A.30-6



John Adams Library.

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No
★ADAMS
174.16

6-8

GEORGII PASORIS,

Gr. L. Profeſſoris,

GRAMMATICA GRÆCA SACRA NOVI TESTAMENTI DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,

In tres Libros tributa:

In gratiam S. Literarum & Linguæ Græcæ Studioſorum,

NUNC PRIMUM EDITA.

GRONINGÆ FRISIORUM,

Typis JOANNIS CÖLLENI, & Sumptibus JOANNIS JANSSONI, Bibliopolæ Amſtelredamenſis, apud quem etiam proſtat,

ANNO CIↃ IↃC LV.

ADAMS 174.16

LECTORI PIETATIS & GRÆCARUM LITERARUM *Studioſo Salutem!*

AB obitu Patris mei τοῦ ἐν ἁγίοις inter Chartas quas reliquit, *Grammaticam* reperi *Græcam Novo Teſtamento* DOMINI NOSTRI J. C. illuſtrando deſtinatam. Hanc tametſi ego protinus, unà cum multis aliis bonis, luce publica non indignam judicarem, preſſi tamen per annos complures, idque variis de cauſis. Multa videbam in illa recognoſcenda eſſe & deſcribenda (id quod per alias occupationes vix licebat) & noſtros Chalcographos ad Græca typîs deſcribenda minùs pronos deprehendebam. Imò, ſi judicium τῶν πολλῶν ſpectandum fuiſſet & famæ popularis rationem habere libuiſſet, ſcriptum hoc premendum fuiſſet in perpetuum. Delicatô enim hôc ſeculô ſtudium

Grammatices, veluti puerile, à multis contemnitur & pleriſque planè eſt neglectui. Aliter interim ſtatuendum, ſi rem ipſam æqua lance expendamus. Etiamſi enim hodiè, uti *Plin.* ait, plerique optima quæque contemnere malint quàm diſcere, *Grammatica* tamen verè eſt, ſemperque manebit, *ſcientiarum clavis* omniſque ſolidæ eruditionis *baſis* ac *fundamentum*. Ut *ſtirpe* arbores, *fundamento* ædes, ſic literariis elementis ardua doctrinarum nixa eſſe rectè judicavit *Lipſius*. Non ergo *contemnenda* ſunt ut *parva*, ſine quibus *magna* conſtare non poſſunt, uti ſcitè *Hieron.* Epiſt. 7. ad Lætam. Apud Veteres certè *Grammatici* titulus minimè vulgaris fuit, uti liquet ex *Saxonis Danorum* Hiſtorici cognomento. *Iuſtino* Dialog. cum *Tryphone* pag. 231. Γραμματικὸς idem eſt quod S. Literarum Profeſſor, à quo non abludit illud *Philippi Melanthonis*: Theologia vera eſt Grammatica quædam divinæ vocis. *Varro*, Latinorum doctiſſimus, ſex libros ſcripſit *de Analogia Grammatica*, quod idem argumentum *I. Cæſar*, Dictator perpetuus & Imperator ſummus, faſtigio ſuo minimè ju-

mè ju-

mè judicavit indignum. Rectè *Fabius* l. 1. Inſtitut. cap. 4. Quò minùs ſunt ferendi qui hanc *artem* ut *tenuem* & *jejunam* cavillantur: Quæ niſi Oratori futuro fundamenta fideliter jecerit, quicquid ſuperſtruxeris, corruit: Neceſſaria *pueris*, jucunda *ſenibus*, dulcis Secretorum Comes & quæ vel ſola omni Studiorum genere, *plus* habet *operis* quàm *oſtentationis.* Ne quis igitur tanquam parva faſtidiat Grammatices elementa, &c. Quia, interiora velut Sacri hujus adeuntibus apparebit, multa rerum ſubtilitas, quæ non modò acuere ingenia puerilia ſed exercere altiſſimam, quoque eruditionem ac ſcientiam poſſit. Et. cap. 7. extremô: An ideo minor eſt *M. Tullius* Orator, quòd idem artis hujus diligentiſſimus fuit & in filio (ut in Epiſtolis apparet) rectè loquendi uſquequaque, aſper quoque exactor? Aut vim, *C. Cæſaris* fregerunt editi *de Analogia* libri? Aut ideo minùs *Meſſala* nitidus, quia quoſdam totos libellos non de verbis modò ſingulis ſed etiam literis dedit? *Non obſtant hæ diſciplinæ per illas euntibus, ſed circa illas hærentibus.* Si qui tamen ſcripta hujuſmodi

veluti puerilia contemnere pergant, ſuo illi fruantur judicio & lectionem eorundem relinquant *ætati florenti*, cui illa inprimis dicata eſſe ultrò agnoſcimus. *Multitudinem Grammaticarum* multi objicient. Verùm, tametſi Grammaticæ Græcæ proſtant infinitæ, hujus tamen generis Grammaticam, quæ tantam exemplorum ſacrorum farraginem contineat, mihi quidem hactenus videre non contigit. Alii nimiam Grammaticę hujus *prælixitatem* ſugillabunt. At, ſi illam ex dictorum Sacrorum varietate ortam expendant, mitiùs forte judicabunt, quia illorum occaſione non modò de Phraſi Græca, verùm de rebus quoque Cœleſtibus & ad æternam ſalutem ſpectantibus Magiſtris cogitare ac diſcipulos commoneſacere licebit. Intereſt juventutis Chriſtianæ, ut dicta iſta Sacra ἀπὸ βρέφους in ſuccum & ſanguinem, quod ajunt, convertere ſtudeat. Accedit, quòd hîc non repræſentatur nuda Grammatica verùm *Syllabus* inſuper omnia ferè Novi Teſtamenti Vocabula Grammaticâ Methodô diſpoſita exhibens. Præceptoris interim prudentis erit magis neceſſaria

ſecer-

ſecernere & tenerioribus, qui à prolixioribus abhorrent, illa ſola à principio commendare. Ἀμεθοδία, quæ fortaſſis hinc inde occurret, æquum lectorem minimè offendet, quia in hoc ſcriptorum genere, quæ à diuturna obſervatione pendent, prima editio, ob maximas ſcribendi & deſcribendi moleſtias, omnia polita & digeſta ſatis vix repræſentare poteſt. *Scopus* pii mei parentis fuit Græcum Novi Teſtamenti textum juventuti Chriſtianæ à primis annis reddere quàm familiariſſimum. Scripſit hunc in finem *Lexicon* Novi Teſtamenti geminum, *Majus* & *Minus*, quod ipſius inſtitutum quàm multis gratum fuerit atque utile, ex variis diverſorum locorum editionibus perſpicuum eſt. Succedit nunc *Grammatica* hæc *Sacra*, in qua quidnam præſtitum ſit doctiorum & pietatis æquè ac profectus juventutis Chriſtianæ ſtudioſorum eſto judicium. Omnes Novi Teſtamenti *voces* variè in ea diſponuntur vel retexuntur, omnes etiam *Syntaxeos Regulæ* Sylvâ quadam dictorum divinorum exornantur atque illuſtrantur, adeo ut liber hic *Theſauri* vel *Promptuarii Sacri Grammatici*

titulum haud injuriâ ſibi vendicare poſſit. Ego in meditationes haſce Grammaticas, ex hæreditate paterna ad me delatas, pluſculum juris mihi ſumpſi, & non tantùm omnia recognovi, verùm (Appendicibûs ferè exceptîs) variè etiam hinc inde mutavi atque illuſtrare conatus ſum. Hoc eo fine moneo, ut quicquid boni ex hoc opere in Scholas Chriſtianas redundabit, poſt Deum, pio meo parenti τῷ μακαρείτῃ transſcribatur, mihi autem, variis aliis ſtudiis atq; occupationibus diſtricto, errores, qui forte hinc inde occurrunt, imputentur, quos monitus promptè & cum gratiarum actione emendare paratus ſum. Vale Lector benevole & noſtrum hunc Studia Sacra bonaſque Literas promovendi conatum æqui bonique conſule. Dabam Groningæ Cal. Mart. M. DC. LV.

MATTHIAS PASOR,
S. Theol. D. ejuſdemque & Phil. Mor. Prof.

DECA-

DECASTICHON,

AD

Reverendum & Clariſſimum Virum,
Dominum

MATTHIAM PASOREM,

S.S. Theol. Doct. & Prof. Celeberr.
& Affinem Chariſſ. Grammaticam
Paternam edentem:

GRammaticos inter laudatur jure DONATUS,
Βιβλικὸς aſt PASOR *Γραμματικὸς melior,*
Verborum & rerum Μυστήρια Sancta revelans,
Quæ noſtris oculis Pagina Sacra dedit:
Dux Elementorum eſt, Sanctarum & Ianua rerum,
Ut rectè diſcas Θεολογεῖν Domino.
Euge DEO *Sancto Sanctè dicata Iuventus,*
Grammaticam hanc Sacram volve revolve manu.
I Φιλόβιβλε; patet tibi Sanctæ Ianua Linguæ,
Noſce DEI *vocem, Γράμματα noſce* DEI.

Gratulationis ergo
ſcripſit
M. GULIELMUS HATZFELD,
Bremenſis,
Paſtor Groninganus.

A" A Λ O.

ἌΛΛΟ.

Εἰς τὴν

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΠΑΣΩ͂ΡΟΣ,
Ἀνδρὸς τοῦ ὀνομαστοτάτου καὶ εὐσεβείᾳ διασήμου,
Γραμματικὴν ἑλληνικήν.

Ἐν τοῖς ἑβραϊκοῖς ἔτυχεν ΜΥΝΣΤΗ͂ΡΟΣ ἐπαίνου,
Καὶ κλέος οὐχ ἧττον μὲν ΠΑΓΑΝΙ͂ΝΟΣ ἔχει.
Οὐ σμικρᾶς τε μέγας ΒΟΥΞΤΟΡΦΙΟΣ ἔμμορε τιμῆς,
Δεινὰ προσεμβάλλων προσθέμασθ᾽ εὑρέμασιν.
Ἑλλάδι τε γλώττῃ ΠΑΣῺΡ ἐπέδωκε τὸ φέγγος,
Πρός τε σοφῶν δάφνην μισθοφορεῖν δύναται.
Πολλῶν ἀρχαίας διαθήκης πράγματ᾽ ἐναργῶς
Ἐμφαίνει, καλῶς λέξεις ἐκθέμενος.
Εὗρε μόνως πρῶτον καινῆς ἄγνωστά ῥ᾽ ὁ ΠΑΣΏΡ,
Ἧψεν καὶ ἡμῖν ἐν Βιβλίοισι φάος.
Χαίρετε παῖδες, ὅσοι τῆς ἑλλάδος ἐστὲ φιληταί.
Καὶ μέθοδον ταύτην ἀσπάσιοι λάβετε.
Γραμματικῆς κανόνας δίζεσθε, ἀεὶ ἀναγνόντες,
Κ᾽ ἐν τάχει πρᾶξιν χήσετε ὠφέλιμον.

ἜΓΡΑΨΕ ΛΆΜΒΡΩΚΟΣ
ὁ ΘΩΜΑ͂Σ,

Καμβρο-Βρέταννος.

Ne vacuum detur apponi curavi

SYMBOLUM NICÆNUM, ad fovendum Pietatem in Juventute.

Symbolum Apoſtolorum Carmine Heroïco repræſentatur infra pag. 760.

ΠΙΣΤΕΥ'ΟΜΕΝ εἰς ἕνα θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων.

Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· Φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός· καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος.

Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν Προφητῶν, εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολογῶ ἓν Βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Τέλος.

D. JOACHIMUS CAMERARIUS,
Præfat. ante Acta Apoſt.

IN eruditione Literarum, ſi non prorſus interire Studia doctrinæ debeant, oportet eſſe quoſdam, quorum aſſiduitate vel potiùs pertinacia diſcendi ad ſua commoda alii abutantur. Hoc genus Grammaticorum eſt &c.

IDEM ALIBI.

FIeri nequit, ut Latina Lingua ſine Græcâ, hæc ſine illâ, non modo doctrinam & eruditionem optimarum artium abſolvere, ſed etiam ipſa cognoſci, atque explicari poſſit; ut eum, qui alterutrius ſcientiâ deficiatur, tanquam avem, unâ alâ revulsâ, evolaturum ad laudem doctrinæ ſperandum non ſit.

ETY-

ETYMOLOGIÆ

CAP. I.

DE LITERIS.

1 LITERÆ GRÆCORUM (aliàs στοιχεῖα, γράμματα, χαρακτῆρες, *Homero*, more Hebræorum, σήματα, *ſigna* Ἰλιαδ. ζ. ὖ. 165.) ſunt 24. quarum ſingularum notetur,

σχῆμα *Figura*,	Ὄνομα *Nomen*,		Προφορά. *Valor*.
Α α	Ἄλφα	Alpha	a
Β β ϐ	Βῆτα	Beta	b
Γ γ Ϲ	Γάμμα	Gamma	g
Δ δ ∂	Δέλτα	Delta	d
Ε ε	Ἔψιλόν	Epſilón	e tenue.
Ζ ζ ζ	Ζῆτα	Zeta	z
Η η	Ἦτα	Eta	e longum.
Θ ϑ θ	Θῆτα	Theta	th
Ι ι	Ἰῶτα	Jota	i
Κ κ	Κάππα	Cappa	c
Λ λ	Λάμβδα	Lambda	l
Μ μ	Μῦ	My	m
Ν ν	Νῦ	Ny	n
Ξ ξ	Ξῖ	Xi	x

Ο ο	Ὀμικρόν	Omicrón, h. e.	o parvum.
Π π ϖ	Πῖ	Pi	p
Ρ ρ ϱ	Ρ῾ῶ	Rho	r
Σ ϲ σ ς	Σίγμα	Sigma	ſ

Et in fine ς, quæ litera in principio aut medio valet στ & tunc vocatur ςῖ *ſti.*

Τ τ ʇ	Ταῦ	Tau	t
Υ υ	Ὑψιλόν	Ypſilón, h. e.	y tenue.
Φ φ	Φῖ	Phi	ph
Χ χ	Χῖ	Chi	ch
Ψ ψ	Ψῖ	Pſi	pſ
Ω ω	Ὠμέγα	Omega	O magnum.

2. De ſingularum literarum *Origine* videatur Lexicon Græco-Latinum N. Teſtamenti. *Omnes* expreſſæ inveniuntur 1. Pet. 3. ỹ. 19, 20.

3. Hunc autem eſſe verum Literarum Græcarum *ordinem* probat: 1. *Arithmetica Græca*, ubi ά cum puncto ſupernè impoſito, ſignificat *unum*: at ͵α cum lineolâ infernè adhæreſcente mille. Sic β' *duo*, γ' *tria*, δ' *quatuor*, έ *quinque*, ς' *ſex*, ζ' *ſeptem*, ή *octo*, θ' *novem*, ί *decem*, κ *viginti*, λ *triginta* &c: *Notula ſuperior* plerumque omittitur. Κεφάλαιον ά *caput primum*. Κεφάλαιον ς' *caput ſextum*. Nota hæc ς *ſti* Elementis Græcis videtur inſerta, ut cum Hebraica Arithmetica conveniat. Sicut enim *Iod* apud Hebræos valet *decem*, ita quoque ἰῶτα apud Græcos, &c. Κεφάλαιον ιά *caput undecimum*. κβ' *vigeſimum ſecundum*, &c. Deinde idem quoque probatur

probatur ex Apoc. cap. 1. ℣. 8. Ubi ait Filius Dei, ἐγώ εἰμι τὸ α καὶ τὸ ω. Ubi videmus α eſſe primam literam, ω verò ultimam. Confer. *Eſaiæ* 44, ℣. 1. (al. 44. ℣. 6.) Non aliter ac *in literis Hebraicis* א eſt litera prima, ת verò ultima, olim in pectorali Aaronico in תמים & אורים expreſſa, tanquam typo D. N. JESU CHRISTI, qui verè eſt *lux* noſtra, Joh. 1, 9. & 8, 12. & *perfectio noſtra*, Coloſſ. 2, 1. Sed de numerandi ratione uberiùs in calce Grammaticæ.

4. *Majuſculæ* literæ apud *Latinos* locum habent tribus in locis, nempè in *principio* periodi, carminis, nec non nominum propriorum: At *Græci* tam ſtrictè hæc non obſervant.

5. Quamvis quoque, ipſâ ratione magiſtrâ, ſingulæ literæ proferendæ ſint, pro nativâ & genuinâ ſuâ poteſtate, tamen uſus obtinuit ut γ ante κ γ χ ξ ſonet ut νῦ. Exempli gratiâ, ἄγγελος legendum *angelos* non *aggelos*. Sic ἀνάγκη *neceſſitas*, ἔγχος *haſta*, σφίγξ *Sphinx*.

6. Ante ζ & λ nunquam eſt ῥῶ & proinde pro ἔρζω (per metatheſin ex ῥέζω) dicitur ἔρδω vel ἕρδω.

7. Lingua Græca caret duabus Conſonantibus *Iod* & *Vau*. Quare Ἰὼβ legendum *I-ob*, non *Iob*, Λευῒ legendum *Leu-i* non *Le-vi*, atque ita efferenda eſſe alia id genus vocabula quæcunque, liquet ex rationibus etiam ſeqq.

1.) *Duo puncta* ſupra Ἰῶτα in Σεμεῒ (*Se-me-i* non *Semei*) Λευῒ, Νινευῒ, Λευΐτης, &c. id luculentiſſimè oſten-

mè oſtendunt. Luc. 3. ℣. 26, 29. & 10. ℣. 32. & 11. ℣. 32.

11.) Μαρία legimus *Ma-ri-a* non *Mar-ja* ad formam τȣ̃ מרים. *Literæ hujus* (τȣ̃ ἰῶτα) tanquam omnium *minimæ* mentio fit Matth. 5. 18. Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία ȣ̓ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τȣ̃ νόμȣ, *Iota unum* aut *unus apex* nequaquam præterierit ex lege.

8. Cæterùm literæ aut ſunt *Vocales* aut ſunt *Conſonantes.* (Φωνήεντα ἢ σύμφωνα) *Vocales* ſunt *ſeptem*, ex quibus ſunt,

Breves	*Longæ*	*Ancipites*
ε. ο.	η. ω.	α. ι. υ.

Græc. τὰ φωνήεντα μακρὰ, βραχέα ἢ δίχρονα.

DE DIPHTHONGIS.

9. Ex *vocalibus duabus* in unam Syllabam coaleſcentibus fiunt Δίφθογγοι q. d. *bis ſonantes.* Sunt verò Diphthongi *duodecim*:

Sex propriæ	*Impropriæ totidem.*
αι αυ ει ευ οι ου	ᾳ ῃ ῳ ηυ. υι. ωυ.

Dicuntur *propriæ*, quòd in iis utriuſque vocalis ſonus audiatur, *impropriæ* contrà. Verbi gratiâ, in αἴας *Ajax* auditur α & ι: in αὖρα *Aura* α & υ: in εἶα *Eja* ε & ι: in εὖγε *euge* ε & υ: in τροία *Troja* ο & ι: in ȣ̃ρον *urina* ο & υ: At ᾳ effertur tanquam

quam α, nec *jota* ſubſcriptum auditur, ut τῇ ὁδῷ *hâc viâ* profertur tanquam *jota* nullum ſit ſubnotatum, & hinc vocantur *diphthongi impropriæ*. Græc. δίφθογγοι, κυρίως ἢ καταχρηστικῶς λεγόμεναι.

Diphthongi αι αυ & οι ſunt *mutabiles*, at ει & ου, contrà: Quamvis *Attici* quoque ευ convertant in ηυ.

10. Diphthongi à *Poëtis*, quum eſt opus, disjunguntur, ac proinde duobûs punctîs poſterior vocalis ſignatur, ut κρίσεϊ pro κρίσει, judicio, παΐς pro παῖς *puer*.

DE CONSONANTIBUS.

11. Conſonantes, quarum ſunt ſeptendecim, ex pronunciationis organis *ſubdividuntur* in literas,

Labii ut β. μ. π. φ. ψ.
Palati ut γ. κ. χ. ξ.
Linguæ ut δ. τ. λ. ν. θ.
Dentium ut ζ. σ. ς. His addunt *Hebræi* ϗ.

Vocales ſeptem (de quibus poſt dicetur) ſunt quaſi elementa *gutturis*, ſeu *pneumatica*, ἅμα *unà cum*.

12. Diſtinctio hæc niſi attendatur, in multis vera *Orthographia* & *flexionis ratio* prorſus ignorantur. Verbi gratiâ, Novimus ſcribendum eſſe ἐμβάλλω & non ἐνβάλλω injicio: Ἄμβροτος *immortalis*, non ἄνβροτος, ubi α eſt ex ἄνευ. At cur ante β. π. φ.

 nunquam

nunquam ſit νῦ ſed μῦ, nemo intellexerit, niſi hanc tenuerit diviſionem. Ajunt id fieri εὐφωνίας ἕνεκα. Τὸ ὅτι indicant, neſcientes τὸ διότι. Altiùs ergò hæc ſunt arceſſenda ex ipſâ literarum naturâ, propriâque earum affectione. Scilicet φῖ & μῦ ſunt literæ ejuſdem organi, & proinde homogeneæ. Sic *Dores* dicunt ἦνθεν pro ἦλθεν, quòd ν & θ ſint literæ ejuſdem organi. *Similis ſimili gaudet.* Sic χιτὼν *tunica* ex κιτὼν, ὦνος ὁ. κ & χ ſunt literæ palati. Ἑκατόγχειρος *centimanus*, γ pro νῦ.

Regula: *Literæ ejuſdem organi ſunt* εὐμετάβολοι, hoc eſt, altera pro altera facilè ponitur: Sic pro βρέμω Latini dicunt *fremo*, pro נִמְרֹד *Nimrod*, Græci dicunt νεβρώδ Geneſ. 10. 8. pro מקל *makkel*, dicunt Latini *baculus*, Græci βακτηρία: Sic γρῖπος & γρῖφος, ἀπκσία & ἀφȣσία dicitur. At *cur* perſæpè pro σ ponitur τ? Sic dicunt Attici τήμερον pro σήμερον *hodie*: Πράττω pro πράσσω *ago* &c: *Reſpondeo*, literam linguæ hîc poni pro litera dentis, tanquam εὐφωνότερον & concinniorem. Litera enim illa dentis (quam ſerpentinam tam à figurâ quàm à ſibilo vocare licet) enunciatu eſt difficilior, nec non aurium judiciô inelegantior. Pro hac itaque litera populi abhorrentes à literis ſibilantibus, tanquam minùs fluentibus, ſubſtituerunt literas linguæ אותיות הלשון, ceu pronunciatu procliviores. Hunc Atticiſmum imitati ſunt *Chaldæi*, dicentes pro זהב *aurum*, דהב & *Belgæ*, ſeu inferiores Germaniæ incolæ, pro *meſſen* dicentes *meten*, pro das / dat / pro Waſſer / Water &c.

13. *Vſus*

13. *Vſus* quoque *diſtinctionis* hujus eſt, ut literæ inter ſe eò accuratiùs diſcernantur, ne τ pro δ, ς pro ξ, vel β pro π, vel γ pro χ (Matth. 3. ℣. 14. ἐγὼ χρείαν ἔχω, *ego neceſſe habeo.* Joh. 5. ℣. 36. ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν, *at ego teſtimonium habeo*) pronuntiemus. Atque hæc eſt antiquiſſima literarum diviſio, ex ipſis Hebræorum fontibus hauſta.

14. *Vulgus* Grammaticorum recentiùs dividit *Conſonantes* in *Mutas* & *Semivocales* (ἄφωνα καὶ ἡμίφωνα)

MUTAS in

Tenues	*Medias*	*Aſpiratas.*
π	β	φ
κ	γ	χ
τ	δ	θ.

SEMIVOCALES in

Liquidas	*Duplices.*
λ. μ. ν. ρ.	ζ. ξ. ψ.

Semivocalis σ ſui juris eſt, neque duplex, neque liquida: ς *sti* tamen duplices imitari videtur.

Vſus vulgaris hujus diſtinctionis occurret tum cap. ſeq. tum alibi. Præcipuum autem ſibi vendicant *Poëtæ*, apud quos Canon eſt:

Mutam cum liquida, Syllabam reddere ancipitem.

Phocyl. εἰ δέ τις οὐ δεδάηκε τέχνην σκάπτοιτο μακέλλῃ.

Si quis verò non didicit artem, fodiat ligone.

Sic quæritur, cur ἄτλας habeat *primam indifferentem*? Reſp. propter τ λ mutam cum liquida.

Σ videri poſſit liquida quia in σκάμανδρος σκ non faciunt poſitionem, Ιλιαδ φ. 305. *Heſiod* θ. 345. At eodem modo ſe habent non modò duæ liquidæ, ſed & *duæ tenues*, in μν. πτ. κτ. Ὀδυσ. δ. 127.

Αἰγυπτίης, ὅτι πλεῖστα δόμοις ἐνὶ κτήματα κεῖται,

Ægyptiacis, ubi plurima in ædibus bona jacent.

15. *Trajectio* literarum in voce *non mutat ſignificationem*, ut κραδία & καρδία cor, κράτος, εος, τὸ & κάρτος, εος, τὸ, *robur* &c: *Excipe* θάρσος, εος, τὸ *fiducia* & θράσος, εος, τὸ *audacia*, quorum illud in bonam, hoc verò, in malam accipitur partem. Eadem eſt ratio *Linguæ Germanicæ* in vocabulis bron / born *fons*, broſt / borſt *pectus*, kruſt / korſt *cruſta*, friſch / ferſch *recens*, forſt / froſt *gelu*, preſſen / perſſen *premere*.

16. Eædem Conſonæ poſſunt *ingeminari* præterquam *tres duplices* ζ ξ ψ & tres *aſpiratæ* φ χ θ v. g. dicimus Græcè κάββαλε pro κατέβαλε Ιλιαδ θ. 249. Ἄγγελος *nuntius*, ubi eſt duplex γ. ἔδδεισα *timui* Ιλιαδ χ 19. κακκεφαλὴν pro κατὰ κεφαλὴν Ιλιαδ π. 412. ἔλλαβε pro ἔλαβε Ιλιαδ ε. 83. καμμύω pro καταμύω *conniveo* Act. 28. ℣. 27. ἐννῆμαρ *novem diebus*. Ιλιαδ. α. 53. Κάππεσε pro κατέπεσε *decidit* Ιλ. ο. 80. Βοῤῥᾶς *boreas* Luc. 13. ℣. 29. ἐτέλεσσα pro ἐτέλεσα *perfeci*. Οδυσ. ψ. 192. Πράττω & communiter πράσσω *facio*.

Atqui (inquies) legimus Marc. 7. 34. ἔφφαθα *aperitor*. Reſpond. Hîc tenendum vocem hanc adhiberi

adhiberi ad exprimendam Syriacam, de qua videatur Lexicon N. T. Nobis hîc ſermo eſt de Græcis dictionibus. Magnum verò eſt diſcrimen inter Hebræam Linguam (cujus dialectus eſt Syriaca) & alias. Apud Græcos ingeminatio literæ ῥῶ eſt elegans, quam Hebræi penitus averſantur.

Cap. II.

De generalibus dictionum affectionibus.

I. DE SYLLABA.

Syllaba alia eſt pura, alia impura. *Pura* dicitur, quam præcedit vocalis, ut in πεποίηται, ται dicitur Syllaba pura.

II. DE QUANTITATE.

Syllaba eſt brevis, longa vel anceps. βραχεῖα, μακρὰ ἢ δίχρονος.

Brevis Syllaba colligitur ex Vocali brevi, ut Act. 17. ṽ. 18. Apoſtolus ex Poëta *Arato* allegat hoc hemiſtichium. Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν, *nam hujus progenies etiam ſumus.*

Hîc in γένος utraque Syllaba brevis eſt.

Syllaba longa cognoſcitur quatuor modîs.

1.) *Ex vocali longa.* Tit. 1. ṽ. 12. κρῆτες *Cretes.*

2.) *Diphthongo.* ἀεὶ ψεῦσται *ſemper mendaces.*

3.) *Poſitione.* κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, *malæ beſtiæ, ventres voraces.*

4.) *Contractione.* Matth. 5. ṽ. 16. φῶς *lux* ex φάος.

At *Poëtæ*, pro ſua licentia, ultimam in κρέα *carnes corripiunt*, quàmvis ſit *Contracta* pro κρέατα κρέαα. Ἰλιαδ. ω. 626. ἀτὰρ κρέα νεῖμεν Ἀχιλλεύς, *ſed carnes diſtribuit Achilles.*

Quantitas Syllabæ ancipitis ex autoritate Poëtarum Græcorum petenda eſt, ut:

Primam in κακὸς brevem eſſe, diſco ex verſu modò citato. Tit. 1. ℣. 12.

Primam in λαὸς eſſe longam, colligo ex Phocylidis, verſu 89.

Λαῷ μὴ πίστευε, πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος, *Vulgo ne crede, verſatilis ingenii eſt turba.*

Ὁ λαός ἐστι θηρίον πολυκέφαλον, Plebs eſt bellua multorum capitum.

Sic ἰῶτα in ὅμιλος ὁ *turba*, ſemper longa eſt, at prima in σίδηρος *ferrum* brevis.

Ἰλιαδ. ζ. 48. ubi opes Agamemnonis recenſentur: Χαλκός τε χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος, *Æſque, aurumque, elaboratumque ferrum.*

Hîc prima in χρυσὸς eſt longa. At φύλαξ ακος ὁ ἡ *cuſtos* ſemper habet primam brevem.

Unde φυλάσσω *cuſtodio.* Ἰλιαδ. κ. 181. οὐδὲ μὲν εὕδοντας φυλάκων ἡγήτορας εὗρον, neque dormientes excubitorum duces invenerunt.

A *quandoque in eadem voce modò longum eſt, modò breve*, ut: Theocritus.

Πολλάκις ὦ Πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. *Sæpe ô Polypheme non pulcra pulcra videntur.*

Sic ἶσος & ἴσος *æqualis* τὸ ἰῶτα habet anceps, uti ex accentu quoque apparet. Ἰλιαδ. ν. 802.

Ἔκλαγ

Ἕκτωρ δ' ἡγεῖτο, βροτολοιγῷ ἶσος ἄρηϊ. *Hector autem præibat homicidæ æqualis Marti.*

Phocyl. - - - - ἰσότης δ' ἐν πᾶσιν ἀρίστη, *æqualitas ubique optima.*

Theocrit. εἰδυλ. I.

οὐ γὰρ ἴσον νοέει, καὶ φθέγγεται. --- *Non enim idem ſentit, & loquitur:* quam ſimulationem Homerus duce natura deteſtatus eſt, ἰλιαδ. ἰῶτα ℣. 311. 312.

Κῦδος & κύδος habet primam ancipitem, ſed in diverſa ſignificatione. Nam κῦδος eſt *gloria*, κύδος verò *probrum.* Ἰλιαδ. χ. 393.

Ἠράμεθα μέγα κῦδος, ἐπέφνομεν Ἕκτορα δῖον, *Retulimus magnam gloriam, interfecimus Hectorem admirabilem.*

Hîc in ἠράμεθα Syllaba θα habetur longa propter cæſuram.

III. DE ACCENTIBUS.

Accentus ſunt tres, Acutus ´, Gravis `, Circumflexus ˜.

Acutus tres habet ſedes, ultimam, penultimam & antepenultimam Syllabam, ut:

Apoc. 17. 14. Κύριος κυρίων ἐστὶ, Dominus dominantium eſt, nempe Jesus Christus.

Gravis accentus non extat niſi in contextu, & ſerie orationis, ubi acutus in fine vocis mutatur in gravem, ut:

1. Cor. 11. ℣. 8. οὐ γάρ ἐστιν ἀνὴρ ἐκ γυναικὸς, ἀλλὰ γυνὴ ἐξ ἀνδρός. Non enim eſt vir ex muliere, ſed mulier ex viro.

Hic

Hîc in γάρ eſt *acutus* ob ſequentem encliticam. In dictionibus ἀνὴρ, γυναικὸς, γυνὴ eſt *gravis* loco *acuti*, idque εὐφωνίας ἕνεκα. Nam κακόφωνον foret accentum toties in uno verſu extollere. In ἀνδρὸς manet *acutus*, quia eſt in fine periodi.

REGULA.

Acutus in fine periodi ſemper manet.

Circumflexus habet duas tantùm ſedes, nempe penultimam, & ultimam Syllabam, ut:

Act. 3. ✠. 5. ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, ille autem intendebat in illos oculos.

1. Cor. 11. ✠. 14. ἀνὴρ ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι, Vir ſi comam alat, id ei eſt dedecori.

Sed de accentibus, Grammaticæ hujus libr. 3. append. 5. fuſiùs agetur. Tantillum primoribus labrîs hîc deguſtâſſe, modò ſufficiat.

Et ſi quis putet παλιλλογίαν hanc in arte non ferendam. *Reſpondeo* cum *Platone* δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά. Et præterea, rationem habendam *juniorum*, cum quibus ταυτολογεῖν ſæpe oporteat; inprimis verò, nos hîc eum artis præceptis conjungere ſuccinctam eorundem *interpretationem*.

IV. DE SPIRITIBUS.

Spiritus duplex eſt, Aſper ‘ *& Lenis* ’.

Aſper ſive denſus valet h *Latinum.* ut, ὁμοῦ *ſimul*, ἅμα *unà, cum.*

Levis ſeu tenuis ita ſcribitur ’ *ſupra literam.* ut ἐγὼ ego. αἴρω tollo.

Semper

Semper autem Vocalis aut Diphthongus in initio vocis alterum poſſidet è ſpiritibus.

Υψιλὸν, itemque ῥῶ *Conſonans in initio dictionis aſpiratur.* ut ὕμνος *hymnus*, ῥώμη robur.

In medio ſi τὸ ῥῶ duplicetur, prius lævigatur, poſterius aſpiratur, ut: βοῤῥᾶς *boreas.* Luc. 13. ℣. 29. σάῤῥα *Sara.* Rom. 4. ℣. 19.

Poëtæ, metro exigente, unum ῥῶ abjiciunt, (more Hebræorum, dicentium לארץ pro להארץ, & לעפר pro להעפר extruſô utrinque ה. Pſal. 7. 6.)

V. G. ἄρεκτον pro ἄῤῥεκτον *infectum.*

Ιλιαδ. τ. 150. ἔτι γὰρ μέγα ἔργον ἄρεκτον, *adhuc enim ingens opus eſt infectum.*

In medio & fine vocis ſi ῥῶ ſit ſimplex nullo notatur ſpiritu. Ut μάρτυρ teſtis, μάρμαρον marmor. Apoc. 18. ℣. 12.

Notetur hîc in majuſculis literis à multis, neque ſpiritum, neque accentum ſcribi, neque τὸ ἰῶτα ſubſcribi, cujus rei videtur cauſa eſſe, quòd typis majoribus ſigna illa minùs commodè addi poſſint.

Alii tamen ſpiritum utrumque repræſentant literâ Η diviſâ, ut Ερμῆς Mercurius Act. 14. ℣. 12. Ελύμας Elymas Act. 13. ℣. 8.

V. DE APOSTROPHO.

A*Poſtrophus* eſt nota rejectæ vocalis ſeu diphthongi, ob ſequentem vocalem aut diphthongum.

Rejiciuntur autem per ἀπόστροφον vocales *breves* ε, ο & *ancipites* α, ι correptæ, itemque *diphthongi finales*

nales αι & οι. Cauſa ejus eſſe videtur, ut tollatur κακοφωνία ex vocalium plurium concurſu.

Joh. 7. ℣. 24. κατ' ὄψιν (pro κατὰ ὄψιν) μὴ κρίνετε, ſecundùm vultum ne judicate.

Sic βύλομ' ἐγώ (pro βύλομαι) volo ego, Ιλιαδ. α. 117.

Si Apoſtrophum *ſequatur vocalis aſpirata*, præcedens tenuis (una vel plures) mutatur in ſuam aſpiratam, ἐυφωνίας ἕνεκα, & quia ſimilis ſimili gaudet. Actorum 24. ℣. 22. διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς (καθ' pro κατὰ vel κατ') diſpiciam res veſtras.

1. Corinth. 15. ℣. 33. φθείρυσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί (χρῆσθ' pro χρηστὰ vel χρῆς') Corrumpunt bonos mores colloquia prava.

Sic νύχθ' ὅλην (pro νύκτα vel νυκτ') noctem integram; & 2. Cor. 11. ℣. 25. νυχθήμερον dies naturalis vel ſpatium 24. horarum, ex νὺξ, νυκτὸς *nox* & ἡμέρα dies.

Apoſtrophi vel Spiritus lenis nota adhibetur etiam *in craſi* vel *commixtione duarum vocum*. Sic τὔνομα pro τὸ ὄνομα nomen, κἀγὼ pro καὶ ἐγὼ & ego, Matth. 21. ℣. 24. πρὔργυ τι ποιεῖν (pro πρὸ ἔργυ) facere operæ pretium.

Apoſtrophi nota interdum *abjicitur*, inprimis in compoſitis, διὸ pro δι' ὅ ideo, καθάπερ pro καθ' ἅπερ quemadmodum, ἐφάπαξ ſemel Rom. 6. ℣. 10. pro ἐπ' ἅπαξ.

Imò *ipſe apoſtrophus* non rarò *negligitur*. Vide infra lib. 3. app. 4. §. 144.

VI. DE

VI. DE SUBUNIONE.

Subunio eſt nota, quâ duæ voces ſic conjunguntur ut unitæ videantur.

Græcè dicitur ὑφὲν, quia, ὑφ' ἓν μέρος λόγου, *ſub unam orationis partem*, duo vocabula quaſi coguntur.

Signum hujus Subunionis eſt Lineà duas voces connectens, quæ vel *ſimplex* eſt, vel *compoſita*. *Simplex*, *curva* ſive ſemicircularis vel *recta*.

Sic ἀει-παρθένος *ſemper-virgo*, epitheton B. Virginis Mariæ τῆς θεοτόκου.

Ὅπως-οὖν *quomodocunque*, pro ὅπως οὖν, accentus prioris dictionis omiſſo.

Apud *Hebræos* virgula duas vel tres dictiones accentu tonico privatas connectit, quæ vulgò dicitur מַקֵּף i. *cinctus*, quòd cinctô quaſi voces conjungat.

Geneſ. 20. ℣. 5. וְהִיא-גַם-הִיא & *illa etiam ipſa*. *Latini* etiam adhibent, ut in illo *Virgil*.

Ante-malorum.

Arabes primo dictionis conjungendæ *Eliph* imponunt ſuum *weſla*.

VII. DE DISTINCTIONE.

Syllabæ duæ non rarò à ſe invicem diſjunguntur *inciſô* vel *virgulâ*, quæ vocatur διαστολὴ *diſtinctio* (à διαστέλλω diduco: ſeparo) ὑποδιαστολὴ *ſubdiſtinctio*, *Euſtachio* χωρισμὸς, *ſeparatio*.

Sic ſcribimus ὅ,τι *quod*, *quicquid* (ab ὅστις) ut diſtinguatur à conjunctione ὅτι, *quòd*, *quia*.

Item

Item ὅ, τε *& hic*, Act. 5. ℣. 24. & τό τε *illudque*, ut diſcriminentur ab adverbiis temporis ὅτε *quando* & τότε *tunc*.

Confer infra l. 3. app. 5. §. 136.

Sic Luc. 23. ℣. 12. ἐγένοντο φίλοι ὅ, τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρώδης, facti ſunt amici Pilatus & Herodes.

VIII. DE INTERPUNCTIONIBUS.

Interpunctiones ſeu Diſtinctiones periodi quod attinet, Græci cum Latinis conveniunt in Commatis & Punctis, ſed non in Colis.

Nam *Latini*, Colon ſcripturi, notant duo puncta, *Græci* verò unum duntaxat ſupernè apponunt, quamvis in Novo Teſtamento perrarò occurrat. Apoc. 20. ℣. 2.

Signum Interrogationis Græci ita pingunt ; Latini contrà illud invertunt? Marc. 5. ℣. 31. Τίς μου ἥψατο; *Quiſnam me tetigit?*

Cap. III.

DE PARTIBUS ORATIONIS & de *Nomine* in genere.

Ratio variis conſtat dictionibus; de quibus ſingulis agit *Etymologia*, de Conjunctis autem *Syntaxis*.

Dictio aut eſt *numeri* aut *ſine numero*.

Vox *numeri Declinatur* vel *Conjugatur*.

Vox

Vox numeri quæ declinatur eſt *Articulus*, *Nomen*, *Pronomen* & *Participium*. (ἄρθρον, ὄνομα, ἀντωνυμία καὶ μετοχή)

Vox numeri quæ conjugatur eſt *Verbum*. (ῥῆμα.)

Vox ſine numero eſt *Adverbium*, *Conjunctio* & *Præpoſitio*. (ἐπίῤῥημα, σύνδεσμος, πρόθεσις.)

Vox quævis *Prima* eſt vel *Orta*; Itemque *Simplex* vel *Compoſita*. Sic κρίσις, εως, ἡ *judicium*, eſt à κρίνω *judico*. Δικαιοκρισία, ας, ἡ *juſtum judicium* Rom. 2. ℣. 5. compoſitum eſt δίκαιος, δικαία, δίκαιον, *juſtus*, *a*, *um* & κρίσις *judicium*, q. d. δικαία κρίσις *juſtum judicium* 2. Theſſ. 1. ℣. 5.

Vox *Prima* Græcè dicitur θέμα, Hebr. שׁרשׁ radix. Sic τέτυπται deſcendit à Themate τύπτω.

Græci *Vocum compoſitarum multitudine* & *elegantiâ* alios facilè ſuperant. Sic ab ἵστημι ſtatuo, fit ἵσταμαι, *ſto*, unde ἀνίσταμαι exſurgo Rom. 15. ℣. 12. ἐπανίσταμαι inſurgo Matth. 10. 21. συνεπανίσταμαι unà inſurgo, conjuro. Καθαπερανεὶ *perinde ac ſi*, conflatur è dictionibus quinque κατὰ, ἃ, περ, ἂν, εἰ.

Numeri (ἀριθμοὶ) ſunt tres	*Singularis* (ἑνικὸς) de uno.
	Dualis (δυικὸς) de duobus.
	Pluralis (πληθυντικὸς) de pluribus.

Dualis numerus apud *Poëtas* ſæpe, apud *Oratores* rarò, in textu autem ſacro N. T. nunquam occurrit. Τὼ ὀφθαλμὼ βλέπετον, duo oculi vident.

Enallage numerorum crebra eſt, uti patebit in Syntaxi.

CASUS SUNT QUINQUE.

Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus & Vocativus.

Græcè πτῶσις ὀνομαστικὴ, γενικὴ, δοτικὴ, αἰτιατικὴ, κλητική.

Græci carent Ablativo, pro quo utuntur Genitivo, aut Dativo.

Nominativus vocatur etiam caſus rectus. Græcè πτῶσις ὀρθὴ ἢ εὐθεῖα, reliqui obliqui, Græcè πλάγιαι.

REGULÆ GENERALES
DECLINATIONUM.

1. *Neutra, more Latinorum, habent in omnibus numeris tres ſimiles caſus, Nominativum, Accuſativum & Vocativum.*

2. *Numerus Pluralis neutrorum deſinit in* α, *exceptâ ſolâ quartâ ſimplicium, ubi deſinit in* ω.

3. *In Duali numero Nominativus, Accuſativus & Vocativus: Itemque Genitivus & Dativus ſemper ſunt ſimiles.*

4. *Vocativus in Plurali numero eſt ſimilis ſuo Nominativo.*

5. *Atticè Vocativus in quovis numero ſimilis eſt ſuo Nominativo.*

6. *Genitivus pluralis in quavis declinatione ſemper deſinit in* ων.

De Septem Novi-Teſtamenti Dialectis, vide infrà libri tertii appendicem quintam.

CAP.

Cap. IV.

DE ARTICULO,

Græcè περὶ ἄρθρου.

1. *Pars hæc Orationis ſic vocatur* κατὰ μεταφορὰν, per Metaphoram. Orationis enim membra hîſce dictiunculîs, ceu Articulìs, concinnè connectuntur.

2. *Articulorum alius eſt Præpoſitivus, alius Poſtpoſitivus.*

Præpoſitivus ita dicitur, quia Nominibus, Pronominibus & Participiis (aut etiam Infinitivis locô nominum adhibitis) *præponitur: Poſtpoſitivus contrà.*

De vario eorum uſu conſulatur Lexicon N. T. nec non infrà Syntaxis.

Articuli carent Vocativo, cujus vicem explet Adverbium vocandi ὦ.

3. *Declinatio Articuli Præpoſitivi.* (Προτακτικοῦ ἄρθρου)

	Maſcul.	*Fœmin.*	*Neutr.*
		Singularis.	
Nominat.	ὁ	ἡ	τὸ
Genitivus	τοῦ	τῆς	τοῦ
Dativus	τῷ	τῇ	τῷ
Accuſativ.	τὸν	τὴν	τὸ
		Dualis.	
N. & Acc.	τὼ	τὰ	τὼ
G. & Dat.	τοῖν	ταῖν	τοῖν

Pluralis.

Nominat.	οἱ	αἱ	τὰ
Genitivus	τῶν per omnia genera.		
Dativus	τοῖς	ταῖς	τοῖς
Accuſativ.	τοὺς	τὰς	τὰ

4. Sic Declinantur etiam *Compoſita*, ὅδε *hic*, ἥδε, τόδε, ὅγε *hic quidem*, ἥγε, τόγε. Jac. 4. ṽ. 13. πορευσώμεθα εἰς τήνδε τὴν πόλιν, *proficiſcamur in illam urbem*. Poëtæ in Dativo Plurali ſcribunt pro τοῖσδε, τοῖσδεσι, & τοῖσδεσσι, accentu non mutato.

5. Declinatio horum Articulorum accuratè & exactè tironibus eſt inculcanda.

Hinc enim non tantùm *Articulorum* Poſtpoſitivorum, ſed etiam *Nominum* primæ, ſecundæ & tertiæ declinationis ſimplicium flexio pendet.

Diſcentes itaque à flexione exorbitantes ad Articulos hoſce ſunt revocandi, quæ convenientia tam judicio, quàm memoriæ eorum mirificè conducet.

Sic ὃς & Τόμος terminant caſus ſuos inſtar Articuli Præpoſitivi ὁ, ἡ & Τιμὴ inſtar Articuli ἡ, &c.

Quare, ſi diſcens Genitivum formes Τιμᾶς, dico ei præpone Articulum, & videbis veram terminationem.

Quamvis enim pro Τιμῆς Dores dicant Τιμᾶς, alia tamen eſt communis flectendi ratio.

6. Decli-

6. Declinatio Articuli Poſtpoſitivi (ὑποτακτικοῦ ἄρθρου)

	Maſcul.	*Fœmin.*	*Neutr.*
		Singularis.	
Nominat.	ὅς	ἥ	ὅ
Genitivus	οὗ	ἧς	οὗ
Dativus	ᾧ	ᾗ	ᾧ
Accuſativ.	ὅν	ἥν	ὅ.
		Dualis.	
N. & G.	ὥ	ἅ	ὥ
G. & D.	οἷν	αἷν	οἷν
		Pluralis.	
Nominat.	οἵ	αἵ	ἅ
Genitivus	ὧν per omnia genera.		
Dativus	οἷς	αἷς	οἷς
Accuſativ.	οὕς	ἅς	ἅ.

7. Eodem modo declinantur *Compoſita*, ὅστις, ἥτις, ὅ, τι.

	Maſcul.	*Fœmin.*	*Neutr.*
		Singularis.	
Nominat.	ὅστις Joh. 8.	ἥτις	ὅ, τι Joh. 2. 5.
Genitivus	οὗτινος ℣. 53.	ἧστινος	οὗτινος.
Dativus	ᾧτινι	ᾗτινι	ᾧτινι.
Accuſativ.	ὅντινα	ἥντινα	ὅ, τι
		Dualis.	
N. & A.	ὥτινε	ἅτινε	ὥτινε.
G. & D.	οἷντινοιν	αἷντινοιν	οἷντινοιν.

Pluralis.

Nominat.	οἵτινες	αἵτινες	ἅτινα. 1. Cor. 6.
	Matth. 19. 12.	(℣. 20. Joh. 21. 25.	
Genitivus	ὧντινων per omnia genera.		
Dativus	οἷστισι	αἷστισι	οἷστισι.
Accuſativ.	οὕστινας	ἅστινας	ἅτινα.

Pro οὗτινος Atticè dicitur ὅτου. Luc. 13. ℣. 8. Sic Ἰλιάδ. μ. 428. ὅτου κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται, cujus gloria nunquam peribit.

8. Ὅσπερ *qui quidem, qui tamen*, & ſimpliciter *qui*.

	Maſcul.	*Fœmin.*	*Neutr.*
		Singularis.	
Nominat.	ὅσπερ	ἥπερ	ὅπερ.
Genitivus	οὗπερ	ἧσπερ	οὗπερ.
Dativus	ᾧπερ	ᾗπερ	ᾧπερ.
Accuſativ.	ὅνπερ	ἥνπερ	ὅπερ.
		Dualis.	
N. & A.	ὥπερ	ἅπερ	ὥπερ.
G. & D.	οἷνπερ	αἷνπερ	οἷνπερ.
		Pluralis.	
Nominat.	οἵπερ	αἵπερ	ἅπερ.
Genitivus	ὧνπερ per omnia genera.		
Dativus	οἷσπερ	αἷσπερ	οἷσπερ.
Accuſativ.	οὕσπερ	ἅσπερ	ἅπερ.

9. Sic declinatur etiam ὅσγε *qui quidem*, ἥγε, ὅγε. Rom. 8. 32. Ὁ δὲ *hic*, ἥδε, τόδε. Pro ὅς ponitur ὁ. Act. 13.

Act. 13. ℣. 9. Σαῦλος δὲ (ὁ καὶ Παῦλος) Saulus autem, qui & Paulus.

Rom. 14. ℣. 2. ὁ δὲ pro ὃς δὲ. Præceſſit enim ὃς μὲν.

Sic Homerus pro ὃς dixit ὁ οδυσ. ψ 360.

Ὁ ψόμενος πατέρ', ἐσθλόν, ὅ μοι πυκινῶς ἀκάχηται,

Viſurus patrem bonum, qui mihi frequentur dolet.

Hoc eſt, ob quem tamdiu abſentem frequenter dolui.

Hîc ponitur ὅ μοι pro ὅς μοι metri cauſâ.

Sic pro ὅτις dixit ὅτις ιλιαδ. π. 260. ὅττινα pro ὅντινα ob metrum οδυσ. θ. 204. οδυσ. ο. 394.

Adſcribo profana exempla, ne Novum Teſtamentum (ut nonnemo ſomniabat) videri poſſit à Græca elegantia longiùs recedere.

10. Dativo plurali deſinenti in σιγμα *Iones* addunt ἰῶτα: At in ἰῶτα deſinenti, ſi ſequatur vocalis, additur νῦ, Τοῖσι τοῖσιν, quod tamen etiam ſæpe fit metri cauſâ, &c. Pro τοὺς Doricè τώς.

CAP. V.

DE NOMINE.

DEclinationes Nominum ſunt decem, quarum quinque priores *Simplices*, reliquæ *Contractæ* dicuntur.

E *Simplicibus* porrò aliæ ſunt *Pariſyllabicæ*, quarum caſus obliqui Rectô Syllabarum numerô pares ſunt, ut quatuor priores: Alia *Impariſyllabica*, ut quinta.

(Αἱ κλίσεις ἁπλαῖ ἢ συνῃρημέναι εἰσίν. Αἱ ἁπλαῖ δὲ ἰσοσύλλαβοι ἢ περιττοσύλλαβοι.)

PRIMA Declinatio *Simplicium* deſinit in ας & ης, eſtque tantùm *Maſculinorum*.

Genitivus deſinit in ου, in Plurali autem in ῶν. Vide infra libr. 3. app. 5. §. 39.

Dativus in ᾳ & ῃ.

Accuſativus in αν & ην.

In *Vocativo* abjicitur σίγμα, ut Act. 9. ℣. 34. Αἰνέα *Ænea*.

In *Duali* & *Plurali* terminatio eadem eſt quæ Articuli gen. fœm.

PARADIGMA NOMINIS

In ας penacuti.

Singularis Numeri.

Nominat.	ὁ Αἰνείας	Accuſativ.	τὸν Αἰνείαν
Genitivus	τοῦ Αἰνείου	Vocativus	ὦ Αἰνεία.
Dativus	τῷ Ἀνείᾳ		

Dualis.

Nominat. Accuſativ. & Vocativ. τὼ καὶ ὦ Ἀνεία.
Genitivus & Dativus τοῖν Αἰνείαιν.

Pluralis.

Nominat.	οἱ Αἰνεῖαι	Accuſativ.	τοὺς Αἰνείας
Genitivus	τῶν Αἰνειῶν	Vocativus	ὦ Αἰνεῖαι.
Dativus	τοῖς Αἰνείαις		

Sic Αἰνέας *Æneas* in Accuſat. Αἰνέαν Act. 9. 33. & in Vocat. Αἰνέα Act. 9. 34.

PARA-

PARADIGMA NOMINIS
In ας penacuti.

Singularis Numeri

Nominat. ὁ ταμίας *penu cuſtos, cellæ cuſtos, promus condus, quæſtor, diſpenſator.*

Genitivus	τοῦ ταμίου	Accuſativ.	τὸν ταμίαν.
Dativus	τῷ ταμίᾳ	Vocativus	ὦ ταμία.

Dualis.

Nominat. Accuſativ. & Vocativ. τὼ ὦ ταμία.
Genitivus & Dativus τοῖν ταμίαιν.

Pluralis.

Nominat.	οἱ ταμίαι.	Accuſativ.	τοὺς ταμίας.
Genitivus	τῶν ταμιῶν.	Vocativus	ὦ ταμίαι.
Dativus	τοῖς ταμίαις.		

PARADIGMA NOMINIS
In ας περισπώμενον, ubi Genitivus ſingularis deſinit in ᾶ *Doricè.*

Sing. Num.

Nominat.	ὁ βοῤῥᾶς *Boreas, aquilo.*	Dativus	τῷ βοῤῥᾷ
Dativus	τοῦ βοῤῥᾶ Luc. 13. ṽ. 29.	Accuſativ.	τὸν βοῤῥᾶν
		Vocativus	ὦ βοῤῥᾶ.

Nomen hoc eſt ὁλοπαθές. Nam pro βορέας dicitur βοῤῥέας, & per craſin βοῤῥᾶς, &c. Sic declinantur nomina virorum, ἑρμᾶς, θωμᾶς, λουκᾶς, ἰωνᾶς, Matth. 12. 39. Κηφᾶς, ἀρέτας, 2. Cor. 11. ṽ. 32. &c. Quædam *Flexionem* utramque admittunt, & *Communem* in ου & *Doricam* in α, ut Ἀρ-

χύτας, Ἀρχύτου & Ἀρχύτα *Archytas*, πυθαγόρας, πυθαγόρου & πυθαγόρα *Pythagoras*.

PARADIGMA NOMINIS
In ης παροξυτόνου ſive *penacuti*.

Sing. Num.

Nominat. ὁ προφήτης *Propheta*.	Dativus τῷ προφήτῃ
Genitivus τοῦ προφήτου	Accuſativ. τὸν προφήτην.
	Vocativus ὦ προφῆτα.

Dualis.

Nominat. Accuſativ. & Vocativ. τὼ καὶ ὦ προφήτα.
Genitivus & Dativus τοῖν προφήταιν.

Pluralis.

Nominat. οἱ προφῆται.	Accuſativ. τοὺς προφήτας.
Genitivus τῶν προφητῶν.	Vocatius ὦ προφῆται.
Dativus τοῖς προφήταις.	

In *Genitivo* pro χρύσου, *Dor.* χρύσα, *Ion.* χρύσεω, *Poët.* χρύσω, & *Æol.* χρύσαο, ut pro ἀίδου, ἀίδαο, Ἰλιάδ. 48.

PARADIGMA NOMINIS
In ης *Paroxytoni*.

Ubi penultima *Brevis* eſt : Ubi penultima *Longa* eſt.

Sing. Num.

Nominat. ὁ οἰκέτης *Servus domeſticus*.	Nominat. ὁ ψεύστης *Mendax*.
Genitivus τοῦ οἰκέτου.	Genitivus τοῦ ψεύστου
Dativus τῷ οἰκέτῃ	Dativus τῷ ψεύστῃ
Accuſativ. τὸν οἰκέτην	Accuſativ. τὸν ψεύστην
Vocativus ὦ οἰκέτα.	Vocativus ὦ ψεῦστα.

Dualis.

Dualis.

N. A. & V.	τὼ ὦ οἰκέτα.	N. A. & V.	τὼ ὦ ψεύστα
G. & D.	τοῖν οἰκέταιν.	G. & D.	τοῖν ψεύσταιν.

Pluralis.

Nominat.	οἱ οἰκέται.	Nominat.	οἱ ψεῦσται.
Genitivus	τῶν οἰκετῶν.	Genitivus	τῶν ψευστῶν.
Dativus	τοῖς οἰκέταις.	Dativus	τοῖς ψεύσταις.
Accuſativ.	τοὺς οἰκέτας.	Accuſativ.	τοὺς ψεύστας.
Vocativus	ὦ οἰκέται.	Vocativus	ὦ ψεῦσται.

Sic καρδιογνώστης ου ὁ *cognitor cordis*, quod de ſolo Deo dicitur. Act. 1. ℣. 24. Κύριε καρδιογνῶστα, Domine, qui corda nôſti.

PARADIGMA NOMINIS In ης *Oxytoni.*

Singularis Numeri.

Nominat.	ὁ κριτής *Iudex.*	Dativus	τῷ κριτῇ.
		Accuſativ.	τὸν κριτήν.
Genitivus	τοῦ κριτοῦ.	Vocativus	ὦ κριτά.

Sic ὑποκριτὰ, ô Hypocrita. Matth. 7. ℣. 5.

Dualis.

Nominativ. Accuſativus & Vocativus τὼ, ὦ κριτά.
Genitivus & Dativus τοῖν κριταῖν.

Pluralis.

Nominat.	οἱ κριταί.	Accuſativ.	τοὺς κριτάς.
Genitivus	τῶν κριτῶν.	Vocativus	ὦ κριταί.
Dativus	τοῖς κριταῖς.		

Actor. 13. ℣. 41. Ἴδετε οἱ καταφρονηταί, videte ô contemptores. Atticiſmus. Eodem modo flectuntur omnia *Verbalia* in τής.

Vocativus

Vocativus nominum in της exit *in* α *Breve*. Sic *Gentilia* ὁ σκύθης ὦ σκύθα, ὁ πέρσης ὦ πέρσα. Et *Poëtica* in πης, ut κυνώπης homo perfrictæ frontis, ὦ κυνῶπα. Item *Compoſita cum Verbis* μετρῶ, πωλῶ, τρίβω. Γεωμέτρης *terræ menſor* ὦ γεωμέτρα, ὀινοπώλης *vini venditor* ὦ ὀινοπῶλα, παιδοτρίβης *puerorum exercitator* ὦ παιδοτρίβα. *Quædam vocativum formant* in η, ut χρύσης, *Chryſes* ὦ χρύση, Ἀτρείδης *Atrides*, ὦ Ἀτρείδη. Sic Ἀιήτης *Æetes*, Ἀιναρέτης *Ænaretes*, Καλλιπέτης *Callipetes*. Judith. 6. ℣. 3. δέσποτα ὀλοφέρνη, *Domine Holophernes*. Dictio προσωποποιΐη, ἑρμῆς pro ἑρμέης *Mercurius* (nomen Philoſophi) patitur craſin in omnibus caſibus. Ut ὁ ἑρμῆς, τοῦ ἑρμοῦ, τῷ ἑρμῇ, τὸν ἑρμῆν, ὦ ἑρμῆ.

Pro ἑρμῆν Act. 14. ℣. 12. legimus etiam Doricè ἑρμᾶν Rom. 14. ℣. 14. Ubi tamen notetur diſcrimen, quòd Act. 14. ℣. 12. per hoc nomen intelligatur *Idolum*, ſed Rom. 16. ℣. 14. Vir *Chriſtianus*.

DIALECTI.

Ἀΐδης ου ὁ *Dis*, *infernus*, pro quo in proſa ᾅδης ου ὁ. Pro ἀΐδου dicunt *Iones* ἀΐδεω, *Æoles* ἀΐδαο, *Dores* ἀΐδα.

Genitivus Plur. exit communiter in ῶν *Doricè* in ᾶν, *Æolicè* in άων, *Ionicè* in έων.

Dativus Plur. deſinit communiter in αις, Jonicè in ῃς vel ῃσι, ῃσιν.

Hîc *Accentus nominativi* manet. Verbi gratiâ ἱκέτης *ſupplex*, Dativ. Plur. ἱκέταις, Jonicè ἱκέτῃσι, ubi ac-

ubi accentus ſemper manet in ε ψιλῷ: Ποιητὴς *Poëta*, in Dativ. Plur. ποιηταῖς, &c.

Poëticè Vocativus ponitur pro Nominativo. Vide infrà libr. 3. append. 4. § 15.

Secunda declinatio deſinit in α *&* η, *& eſt tantùm Fœmininorum.*

PARADIGMA NOMINIS

περιςπωμένε.

Singul.

Nominat.	ἡ γλῶσσα. *Lingua.*	Dativus	τῇ γλώσσῃ.
Genitivus	τῆς γλώσσης.	Accuſativ.	τὴν γλῶσσαν.
		Vocativus	ὦ γλῶσσα.

Dualis.

Nominat. Accuſativ. & Vocativus τὰ καὶ ὦ γλώσσα.
Genitivus & Dativus ταῖν γλώσσαιν.

Pluralis.

Nominat.	αἱ γλῶσσαι.	Accuſativ.	τὰς γλώσσας.
Genitivus	τῶν γλωσσῶν.	Vocativus	ὦ γλῶσσαι.
Dativus	ταῖς γλώσσαις		

PARADIGMA NOMINIS

περιςπωμένε.

Singularis Numeri.

Nominat.	ἡ συκῆ pro συκέη. *Ficus.* Matth. 21. ℣. 19.	Dativus	τῇ συκῇ. Luc. 13. ℣. 7.
Genitivus	τῆς συκῆς. Matth. 24. ℣. 32.	Accuſativ.	τὴν συκῆν. Matth. 21. ℣. 19.
		Vocativus	ὦ συκῆ.

Dualis.

Dualis.

Nominat. Accuſativus & Vocativus. τὰ συκᾶ, ὦ συκᾶ.
Genitivus & Dativus ταῖν συκαῖν.

Pluralis.

Nominat. αἱ συκαῖ. Deut. 8. ℣. 8.	Dativus ταῖς συκαῖς.
Genitivus τῶν συκῶν. Num. 13. ℣. 24.	Accuſativ. τὰς συκᾶς. Pſalm. 104. ℣. 32.
	Vocativus ὦ συκαῖ.

Sic declinatur vocabulum ὁλοπαθὴς, ἡ γῆ, (pro γέα) *terra*. τῆς γῆς, τῇ γῇ, τὴν γῆν. ὦ γῆ.

Item ἡ μνᾶ *libra* (pro μνάα) μνᾶς, μνᾷ, μνᾶν, μνᾶ. D. Μνᾶ, μναῖν. P. Μναῖ, μνῶν, μναῖς, μνᾶς. Luc. 19. ℣. 16.

PARADIGMA NOMINIS τοῦ παροξυτόνου.

Singul.

Nominat. ἡ θάλασσα vel θάλαττα *Mare*.	Dativus τῇ θαλάσσῃ
Genitivus τῆς θαλάσσης.	Accuſativ. τὴν θάλασσαν.
	Vocativus ὦ θάλασσα.

Dualis.

Nominat. Accuſativus & Vocativus τὰ ὦ θαλάσσα.
Genitivus & Dativus ταῖν θαλάσσαιν.

Pluralis.

Nominat. αἱ θάλασσαι	Accuſativ. τὰς θαλάσσας.
Genitivus τῶν θαλασσῶν.	Vocativus ὦ θάλασσαι.
Dativus ταῖς θαλάσσαις	

PARA-

PARADIGMA NOMINIS
παροξυτόνου in α.

S. ἡ Δόξα *gloria*, τῆς δόξης, τῇ δόξῃ, τὴν δόξαν, ὦ δόξα.
D. Τὼ καὶ ὦ δόξα ταῖν δόξαιν.
P. Αἱ δόξαι, τῶν δοξῶν, ταῖς δόξαις, τὰς δόξας, ὦ δόξαι.
S. ἡ Θυσία *victima*, τῆς θυσίας, τῇ θυσίᾳ, τὴν θυσίαν, ὦ θυσία.
D. Τὼ καὶ ὦ θυσία, ταῖν θυσίαιν.
P. Αἱ Θυσίαι, τῶν θυσιῶν, ταῖς θυσίαις, τὰς θυσίας, ὦ θυσίαι.

PARADIGMA NOMINIS
παροξυτόνου in η.

S. ἡ Κώμη *vicus*, τῆς κώμης, τῇ κώμῃ, τὴν κώμην, ὦ κώμη.
D. Τὼ καὶ ὦ κώμα, ταῖν κώμαιν.
P. Αἱ κῶμαι, τῶν κωμῶν, ταῖς κώμαις, τὰς κώμας, ὦ κῶμαι.
Sic. S. ἡ Γνώμη *ſententia*, τῆς γνώμης, τῇ γνώμῃ, τὴν γνώμην, ὦ γνώμη.
D. Τὼ καὶ ὦ γνώμα. Ταῖν γνώμαιν.
P. Αἱ γνῶμαι, τῶν γνωμῶν, ταῖς γνώμαις, τὰς γνώμας, ὦ γνῶμαι.
S. ἡ Νίκη *victoria*, τῆς νίκης, τῇ νίκῃ, τὴν νίκην, ὦ νίκη.
D. Τὼ καὶ ὦ νίκα, ταῖν νίκαιν.
P. Αἱ νῖκαι, τῶν νικῶν, ταῖς νίκαις, τὰς νίκας, ὦ νῖκαι.

PARADIGMA NOMINIS
In η ὀξυτόνου.

Singularis Numeri

Nominat.	ἡ τιμὴ. *Honor, pretium.*	Dativus	τῇ τιμῇ.
Genitivus	τῆς τιμῆς.	Accuſativ.	τὴν τιμήν.
		Vocativus	ὦ τιμή.

Dualis.

Nominativus Accuſativus & Vocativus τὰ ὦ τιμά.
Genitivus & Dativus ταῖν τιμαῖν.

Pluralis.

Nominat.	αἱ τιμαί.	Accuſativ.	τὰς τιμάς
Genitivus	τῶν τιμῶν.	Vocativus	ὦ τιμαί.
Dativus	ταῖς τιμαῖς.		

Dores vertunt η in α. pro ἡ τιμὴ dicentes ἁ τιμὰ. & Jones contrà mutant α in η, ut ἱστορία ας ᾳ, Jonicè ἱστορίη, ἱστορίης, &c. Sic ἡ ἥρα *Iuno*, nomen mulieris, τῆς ἥρας, Jonicè ἥρη, ἥρης. Mihi ſanè religio eſt illa idola nominare deas.

Pro τιμῶν, *Ionicè* τιμέων, *Doricè* τιμᾶν, *Æolicè* τιμάων.

Pro τιμαῖς *Ionicè* τιμαῖσι, τιμῇς & τιμῇσι, ſequente vocali τιμῇσιν.

REGULÆ.

1. D*Eſinentia* in α purum, δα, θα & ρα *retinent* α *in omnibus caſibus Singularis numeri*, ut φιλία *Amicitia* φιλίας, φιλίᾳ; &c. ἡ μάρθα, τῆς μάρθας Joh. 11. ℣. 1. ἡμέρα Dies, τῆς ἡμέρας. Matth. 20. 12.

2. A hîc *longum* eſt tam in ſubſtantivis quàm in Adjectivis, ut, ἀρχαῖος, ἀρχαία *antiquus, a*, ἅγιος, ἁγία, *Sanctus, a*.

Excipiuntur quædam aliunde orta, inprimis ex *Participiis* vel *Peregrinis* vocibus, ut μοῦσα, quaſi μῶσα à μάω inquiro, γλῶσσα *lingua*, (à קלם Chald. laudare) τράπεζα *Menſa*, ex τετρὰς & πέζα, quia quatuor nititur fulcris, (Sir. 6. 11. φίλος τραπεζῶν aſſecla menſarum, hoc eſt, παράσιτος) θάλασσα *Mare*, à θάλλω floreo, στεῖρα, ας, ἡ *Sterilis* Luc. 1. ℣. 7. à στερέω privo, σπεῖρα, ης, ἡ *Cohors* Matth. 27. ℣. 27. à σπείρω Semino.

Huc pertinent nomina *Vrbium* σαμάρεια, ας, ἡ *Samaria*; καισάρεια, ας, ἡ *Cæſarea*, ἀντιόχεια, *Antiochia*, &c.

Item nomina *Mulierum* & muliebrium, ut σάπφειρα, ης, ἡ *Sapphira* Act. 5. ℣. 1. βασίλεια & βασίλισσα, ης, ἡ *Regina* Luc. 11. 31.

His addunt *Poëtæ* δῖος, δῖα, δῖον, *divinus, a, um*. Πότνιος, πότνια *venerandus, a*. Vide l. 3. append. de Accentibus §. 74.

3. *Genitivus Pluralis* hîc ſicut in prima ſimplicium deſinit in ῶν. Vide ſupra cap. 2. §. 7.

Excipiuntur Fœminina ab Adjectivis in ος, ut ἡμετέρων per omnia genera.

Æoles accuratiùs diſtinguunt, qui flectunt ἡμετεράων ab ἡμετέρα, ἀνατελλομενάων ab ἀνατελλομένη, θηλυτεράων à θηλυτέρα.

4. *Fœmina Pluralia* ab Adjectivis orta *imitantur* in Nominat. & Vocat. *Accentum Maſculinorum*,

ut δίκαιοι, δίκαιαι, δίκαια, juſti, *æ*, *a*. Matth. 13. ℣. 43.

Ratio reddetur infra libr. 3. in Append. de Accentibus.

Porrò ex flexionibus nominum primæ & ſecundæ ſimplicium apparet, *has declinationes*, planè cognatas, *differre ſolo Genitivo Singulari.* Nam *Dativ.* exit in ᾳ, ῃ. *Accuſativ.* in αν, ην. *Vocativ.* in α & η. Quæ enim in prima exeunt in σίγμα, illud in Vocativo abjiciunt &c.

Hinc, *quæ Græcè* ſunt *declinationis primæ*, itemque *ſecundæ* ſimplicium, *in Latina Lingua revocantur ad unam declinationem.* Verbi gratiâ, ὁ Ἀδρίας Latiné dicitur *Adria*, ὁ χάρτης *Charta*, ὁ προφήτης *Prophéta*, ὁ ποιητὴς *Poëta*, ὁ μαργαρίτης *Margarita*, ἡ φιλοσοφία *Philoſóphia*, ἡ θεολογία *Theológia*, ἡ Ἐκκλησία *Eccleſia*, &c.

Ut verò harum duarum declinationum affinitas appareat eò evidentior, tabulam utriuſque ſubjiciam.

DECLINATIO SIMPLICIUM.

Prima & Secunda.

Singularis.

Nomin.	ας ης		α η	Accuſat.	αν ην		αν ην
Genitiv.	ου	{	ας ης	Vocativ.	α η	{	α η
Dativus	ᾳ ῃ		ᾳ ῃ				

Dualis.

Nominativus Accuſativus & Vocativus α [α

Genitivus & Dativus αιν [αιν.

Pluralis

Pluralis.

Nomin.	αι	αι	Accuſativ.	ας	ας
Genitiv.	ων	ων	Vocativus	αι	αι.
Dativus	αις	αις			

Verumtamen *veterum diſtinctionem* probo, *propter diverſa genera. Prima* enim eſt tantùm *Maſculinorum*, *ſecunda* verò *Fœmininorum.*

Cap. VI.

T*Ertia Declinatio Simplicium* habet duas terminationes ος & ον.

Deſinentia in ος ſunt aut generis *Maſculini*, ut ὁ λόγος *ſermo*, aut generis *Fœminini*, ut ἡ ὁδὸς *via*, ἡ νῆσος *inſula*, aut generis *communis*, ut ὁ ἡ ἄνθρωπος, *homo*, ὁ καὶ ἡ διάκονος *miniſter*, *miniſtra.*

R E G U L Æ.

1. O*Mnia Verbalia* in μὸς *ſunt generis Maſculini*, ut ὁ ψαλμὸς *Pſalmus*, vide infra lib. 3. appendicem primam, ubi omnia id genus nomina, quæ in N. T. extant, recenſentur.

2. *Omnia Verbalia* in τος *ſunt Adjectiva*, ut διδακτὸς, ἡ, ὸν *doctus*. At χριστὸς *unctus*, cognomen Domini & Servatoris noſtri Jeſu, *ſubſtantivè* capitur, & ſubauditur βασιλεὺς, *Rex.*

3. *Compoſita* cum ὁδὸς *ſunt generis Fœminini*, ut ἔξοδος ου ἡ *exitus*. Sic vocatur liber ſecundus pentateuchi à ſubjecto occupante. Περίοδος ου ἡ *Periodus*,

σύνοδος ἡ *Concilium*, ἄμφοδος ἡ bivium, pro quo etiam legitur ἀμφόδιον Marc. 11. 4.

Deſinentia in ον ſunt tantùm *generis Neutrius*, ut τὸ δένδρον *Arbor*, τὸ δεῖπνον *Cœna*, τὸ ἄριστον *Prandium*.

Excipiuntur hîc *Mulierum* nomina, quæ fœminina ſunt, ut ἡ Γλυκέριον, *Glycerium*; itemque illa quæ non deſinunt in ον ſed in ο, ut ἄλλο *aliud*, τηλικοῦτο *tantum*, τοιοῦτο *tale*, τοσοῦτο *tantum*. Videantur infra in *Pronominibus* plura, ut αὐτὸ, ἐκεῖνο, τοῦτο.

Atticè tamen etiam dicitur in genere Neutro, τοιοῦτον, τοσοῦτον, & ταὐτὸν pro τὸ αὐτὸ, apud *Ariſtoph.* τουτονὶ pro τουτὶ & τοδὶ pro τόδε. Vide *Lexicon* Novi Teſtamenti & confer Apoc. 21. 16. Hebr. 12. ℣. 1. Matth. 18. ℣. 5. ubi iidem Atticiſmi occurrunt.

Genitivus Singularis deſinit in ου, *Dativus* in ῳ, *Accuſativus* in ον, *Vocativus* (nominum in ος) in ε.

Dativus & *Pluralis* numerus terminantur inſtar articuli præpoſitivi ὁ.

PARADIGMA NOMINIS

προπαροξυτόνου.

Singularis Numeri.

Nominat.	ὁ ἄγγελος, *Nuncius*.	N.	ὁ, ἡ ἄνθρωπος, *Homo*.
Genitivus	τοῦ ἀγγέλου,	G.	τοῦ, τῆς ἀνθρώπου.
Dativus	τῷ ἀγγέλῳ.	D.	τῷ, τῇ ἀνθρώπῳ.
Accuſativ.	τὸν ἄγγελον.	A.	τὸν, τὴν ἄνθρωπον. (Ar. 7. Eth. 5. §. 2.)
Vocativus	ὦ ἄγγελε.	V.	ὦ ἄνθρωπε.

Dualis.

Dualis.

Nom. Acc. & Voc. τὼ ὦ ἀγγέλω.	Nomin. Acc. & Voc. τὼ τὰ ὦ ἀνθρώπω.
Genitiv. & Dativ. τοῖν ἀγγέλοιν.	Genitiv. & Dativ. τοῖν, ταῖν ἀνθρώποιν.

Pluralis.

Nominat. οἱ ἄγγελοι.	Nomin. οἱ, αἱ ἄνθρωποι.
Genitivus τῶν ἀγγέλων.	Genitiv. τῶν ἀνθρώπων.
Dativus τοῖς ἀγγέλοις.	Dat. τοῖς, ταῖς ἀνθρώποις.
Accuſativ. τοὺς ἀγγέλους.	Accuſ. τοὺς, τὰς ἀνθρώπους.
Vocativus ὦ ἄγγελοι.	Vocativus ὦ ἄνθρωποι.

PARADIGMA NOMINIS παροξυτόνου.

Singularis Numeri.

Nominat. ὁ λόγος, *Sermo*.	Nominat. ἡ βίβλος, *Liber*.
Genitivus τοῦ λόγου.	Genitivus τῆς βίβλου.
Dativus τῷ λόγῳ.	Dativus τῇ βίβλῳ.
Accuſativ. τὸν λόγον.	Accuſativ. τὴν βίβλον.
Vocativus ὦ λόγε.	Vocativus ὦ βίβλε.

Dualis.

N. A. & V. τὼ ὦ λόγω.	N. A. & V. τὰ ὦ βίβλω.
G. & D. τοῖν λόγοιν.	G. & D. ταῖν βίβλοιν.

Pluralis.

Nominat. οἱ λόγοι.	Nominat. αἱ βίβλοι.
Genitivus τῶν λόγων.	Genitivus τῶν βίβλων.
Dativus τοῖς λόγοις.	Dativus ταῖς βίβλοις.
Accuſativ. τοὺς λόγους.	Accuſativ. τὰς βίβλους.
Vocativus ὦ λόγοι.	Vocativus ὦ βίβλοι.

PARADIGMA NOMINIS
ὀξυτόνου.

Singularis Numeri.

Nominat. ὁ θεὸς, *Deus.*	Accuſativ. τὸν θεόν.
Genitivus τοῦ θεοῦ.	Vocativus ὦ θεὲ. (*Atticè* ὁ θεός.)
Dativus τῷ θεῷ.	

Pluralis.

Nominat. οἱ θεοὶ, *Magiſtratus.*	Dativus τοῖς θεοῖς.
Genitivus τῶν θεῶν. Pſalm. 82. ℣. 1.	Accuſativ. τοὺς θεούς.
	Vocativus ὦ θεοί. (*Atticè* οἱ θεοί.)

PARADIGMA NOMINIS
προπερισπωμένου.

Singularis Numeri.

Nominat. ὁ δοῦλος, *Servus.*	Dativus τῷ δούλῳ.
Genitivus τοῦ δούλου.	Accuſativ. τὸν δοῦλον.
	Vocativus ὦ δοῦλε.

Dualis.

Nominativus Accuſativus & Vocativus τὼ ὦ δούλω.
Genitivus & Dativus τοῖν δούλοιν.

Pluralis.

Nominat. οἱ δοῦλοι.	Accuſativ. τοὺς δούλους.
Genitivus τῶν δούλων.	Vocativus ὦ δοῦλοι.
Dativus τοῖς δούλοις.	

PARADIGMA NOMINIS
παροξυτόνου in ον.

Singularis Numeri.

Nominat. τὸ ἔργον, *Opus.*	Accuſativ. τὸ ἔργον.
Genitivus τοῦ ἔργου.	Vocativus ὦ ἔργον.
Dativus τῷ ἔργῳ.	

Dualis.

Nominativus Accuſativus & Vocativus. τὼ ἔργω.
Genitivus & Dativus τοῖν ἔργοιν.

Pluralis.

Nominat. τὰ ἔργα	Accuſativ. τὰ ἔργα
Genitivus τῶν ἔργων	Vocativus ὦ ἔργα.
Dativus τοῖς ἔργοις	

PARADIGMA NOMINIS
ὀξυτόνου in ον.

Singularis Numeri.

Nominat. τὸ ὠὸν, *Ovum.*	Accuſativ. τὸ ὠόν.
Genitivus τοῦ ὠοῦ.	Vocativus ὦ ὠόν.
Dativus τῷ ὠῷ.	

Dualis.

Nominativus Accuſativus & Vocativus τὼ ὠώ.
Genitivus & Dativus τοῖν ὠοῖν.

Pluralis.

Nominat. τὰ ὠά.	Accuſativ. τὰ ὠά.
Genitivus τῶν ὠῶν.	Vocativus ὦ ὠά.
Dativus τοῖς ὠοῖς.	

PARADIGMA NOMINIS

περισπωμένου.

Matth. 9. ṽ. 5. ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι, *remiſſa ſunt tibi peccata.*

Pluſquamperfectum. Εἵμην, εἷσο, εἷτο.

Aoriſtum primum. Ἕθην, ης, η. ητον, ήτην. Ἕθημεν, ητε, ησαν.

Ἕθην formatur à tertia Singulari Perfecti εἷται, correptâ penultimâ. Pro ἕθην legitur etiam εἵθην, ut in *Compoſit.* ἀφέθην & ἀφείθην.

M E-

MEDIUM.

Aoriſtum primum.

Singularis. Ἡκάμην, ἥκω, ἥκατο, &c.

Aoriſtum ſecundum.

Singularis. Ἕμην, ἕσο (& ἕο contractè οὗ) ἕτο.
Dualis. Ἕμεθον, ἕσθον, ἕσθην.
Pluralis. Ἕμεθα, ἕσθε, ἕντο, &c.

Ἰλιάδ. ἰῶτα ψ. 92.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.

Sed poſtquam potus & cibi deſiderium expulerunt.

Futurum primum. Ἥσομαι *mittam.*

Aoriſtum ſecundum Imperat. Ἕσο, ἕο & οὗ, unde ἀφοῦ *demitte*, προσοῦ *admitte*, προοῦ *præmitte*. Κάθου *demitte*. At κάθου pro κάθησο *ſede*, vide in ἧμαι.

Aoriſtum ſecundum Optat. Εἵμην, εἷο, εἷτο, ad formam θείμην, θεῖο, θεῖτο.

Aliâs οἵμην, οἷο, οἷτο, &c.

Aoriſtum ſecundum Subjunct. Ὧμαι. *Infinit.* Ἕσθαι. *Participii.* Ἕμενος, unde προέμενος *emittens, præmittens.*

5. ἽΗΜΙ *Cupio, Concupiſco,*

In Activa forma non ſolet uſurpari, ſed duntaxat in media.

Præſ. Ἵεμαι, ἵεσαι, ἵεται. *Imperfect.* ἱέμην, ἵεσο, ἵετο. *Partic.* ἱέμενος.

Hinc ἐφίεμαι (ut τίθεμαι) *deſidero* ἐφιέμην, ἐφιέμενος.

6. ἯΜΑΙ

6. ἯΜΑΙ *Sedeo.*

Præſens.

Singularis.	Ἧμαι *ſedeo*,	ἧσαι,	ἧται.
Dualis.	Ἥμεθον,	ἧσθον,	ἧσθον.
Pluralis.	Ἥμεθα,	ἧσθε,	ἧνται.

Ionicè. ἕαται. *Poëticè.* εἵαται.

In *Compoſit.* Accentus retrahitur. Κάθημαι *conſideo*, πάρημαι *aſſideo.*

Imperfectum.

Singularis.	Ἥμην *ſedebam*,	ἧσο,	ἧτο.
			Poëticè. ἧστο.
Dualis.	Ἥμεθον,	ἧσθον,	ἥσθην.
Pluralis.	Ἥμεθα,	ἧσθε,	ἧντο.

Ionicè ἕατο. *Poëticè* εἵατο. Itemque ἥατο. Ιλιαδ λ. ℣. 76.

Οἷσιν ἐνὶ μεγάροισι καθήατο.

Suis in ædibus ſedebant.

Compoſitum κάθημαι, in *Imperfecto* ἐκαθήμην, ἐκάθησο, ἐκάθητο *ſedebam.*

Actor. 23. ℣. 3. Κάθῃ *ſedes*, pro κάθησαι, more Barytonorum.

IMPERATIVI

Præſens.

S. Ἧσο *ſede*, ἥσθω. D. Ἧσθον, ἥσθων. P. Ἧσθε, ἥσθωσαν.

Sic κάθησο *ſede*, *Ion.* κάθηο &, factâ *ſyſtole*, κάθεο & *craſi* Atticâ κάθου, Marc. 12. ℣. 36. Act. 2. ℣. 34. κάθου ἐκ δεξιῶν μου, *ſede ad dextram meam.*

INFINITIVI

Præſens.

Ἧσθαι *ſedere.*

Sic καθῆσθαι, Marc. 4. ꝟ. 1. retento accentu ſimplicis.

PARTICIPII

Præſens.

Sing. Ἥμενος. Hinc καθήμενος *idem*, Coloſſ. 3. ꝟ. 1. Παρήμενος. Odyſſ. ξ. *aſſidens.* De ἕω & εἷμαι *indutus ſum*, Vide Appendic. tertiam de Anomalis.

7. ΚΕῖΜΑΙ *jaceo*, ΚΕῖΣΑΙ, κεῖται, &c.

Imperfectum. S. Ἐκείμην *jacebam*, ἔκεισο, ἔκειτο, &c.

Futurum. Κείσομαι. *Imperativum.* Κεῖσο, κείσθω. *Infinitivi Præſens.* Κεῖσθαι *jacere.*

Accentus hîc manet in Compoſitis. Ut, ἐπικεῖσθαι, Luc. 5. ꝟ. 1. *Imminere.*

At in Præſenti Indicavi retrahitur. Ut, ἀνάκειμαι *diſcumbo*, Matth. 9. ꝟ. 10. Ἀντίκειται *opponitur.* 1. Timoth. 1. ꝟ. 10. Ἀπόκειται *ſtatutum eſt*, Hebr. 9. ꝟ. 29. Παράκειται *adjacet*, Rom. 7. ꝟ. 18. ꝟ. 21.

Participium. Κείμενος, Joh. 11. ꝟ. 41. Unde κατακείμενος *decumbens*, Act. 9. ꝟ. 23. Προκείμενος *propoſitus*, Hebr. 12. ꝟ. 1.

8. ἽΣΗΜΙ

8. ΙΣΗΜΙ *Scio*,

fit ab inuſitato ἰσάω.

Præſens.

Singularis. Ἴσημι, ἴσης, ἴσησι,

(*Doricè* ἴσατι.)

Dualis. Ἴσατον, ἴσατον,

(per Syncopen ἴστον.)

Pluralis. Ἴσαμεν, ἴσατε, ἴσασι.

(*Doricè* ἴσαντι.)

Pro ἴσαμεν per Syncopen legitur ἴσμεν. *Æolicè* ἴδμεν. Pro ἴσατε per Syncopen ἴστε, Hebr. 12. 17. *noſtis.*

Imperfectum.

Singularis. Ἴσην, ἴσης, ἴση.

Dualis. Ἴσατον, ἰσάτην.

Pluralis. Ἴσαμεν, ἴσατε, ἴσασαν,

& per Syncopen ἴσαν.

Imperativi Præſens & Imperfectum.

Singularis. Ἴσαθι, ἰσάτω.

Dualis. Ἴσατον, ἰσάτων.

Pluralis. Ἴσατε, ἰσάτωσαν.

Per Syncopen uſitatus.

Singularis. Ἴσθι, ἴστω.

Dualis. Ἴστον, ἴστων.

Pluralis. Ἴστε, ἴστωσαν vel ἴστων.

Sic *Compoſita* σύνισθι pro συνίσαθι *conſcius eſto.*

PARTICIPII

Præſens.

M. ὁ ἰσάς. F. ἡ ἰσᾶσα. N. τὸ ἰσάν.

ME-

M E D I I

Præſens.

9. Ἵσαμαι, unde, factâ Epentheſî literæ πῶ, eſt ἐπίσαμαι *ſcio*, ἐπίσασαι, ἐπίσαται.

Imperfectum.

Singularis. Ἐπισάμην *ſciebam*, ἐπίσασο, ἐπίσατο.
Dualis. Ἐπισάμεθον, ἐπίσασθον, ἐπισάσθην.
Pluralis. Ἐπισάμεθα, ἐπίσασθε, ἐπίσαντο.

Pro ἐπισάμην, *Atticè* ἠπισάμην, Deut. 28. ṽ. 64. Pro ἐπίσασο, *Ionicè* ἐπίσαο, *Atticè* ἐπίσω.

Futurum.

Singularis. Ἐπισήσομαι *ſciam*, ῃ, εται, &c.

Participium.

Singularis. Ἐπισάμενος *ſciens*, 1. Timoth. 6. ṽ. 4. &c.

P R Æ S E N S.

Singularis. Φημὶ, φὴς, φησί.
Dualis. Φατὸν, φατόν.
Pluralis. φαμὲν, φατὲ, φασί.

Per *Aphæreſin* dicitur ἠμὶ, ἦς, ἠσί. Pro φησὶ, φασὶ, *Doricè* φατὶ, φαντί. In *Compoſitione* Accentus retrahitur. Κατάφημι *affirmo*, κατάφασι, ἀπόφημι *nego*, ἀπόφασι.

Imperfectum.

Singul. Ἔφην *dicebam*, ἔφης, ἔφη.
Dualis. Ἔφατον, ἐφάτην.
Plural. Ἔφαμεν, ἔφατε, ἔφασαν.

 Dicitur

Dicitur etiam abſque augmento φῆν, φῆς, φῆ, & per *Aphæreſin* ἦν, ἦς, ἦ, (uti paſſim apud *Platonem* videre eſt.) Et pro ἔφασαν, per Syncopen ἔφαν.

Aoriſtum primum.

Singularis. Ἔφησα *dixi*, ας, ε, &c.

Aoriſtum ſecundum.

Singularis.	Ἔφην *idem*,	ἔφης,	ἔφη.
Dualis.		Ἔφητον,	ἐφήτην.
Pluralis.	Ἔφημεν,	ἔφητε,	ἔφησαν.
		Boeot.	ἔφαν & φάν.

Dores paſſim τὸ η mutant in α. Notum eſt illud *Pythagoreorum*, αὐτὸς ἔφα, *Ille* (*Pythagoras*) *dixit*. Abjicitur etiam hîc, ut in *Imperfect.* tum augmentum φῆν, φῆς & φῆσθα, (Odyſſ. ξ.) φῆ, tum φ, ἦν, *dixi*, ἦς, ἦ, &c.

Futurum.

Singularis.	Φήσω,	φήσεις,	φήσει.
	D. φασῶ.	*D.* φασεῖς.	*D.* φασεῖ.
Dualis.		Φήσετον,	φήσετον.
Pluralis.	Φήσομεν,	φήσετε,	φήσουσι.

IMPERATIV.

Φάο *dic.* *Ionicè* pro φάσο, Odyſſ. π. 168. φάθι, apud *Platonem*.

OPTATIVUS.

Singularis. Φαίην, φαίης, φαίη, &c. Sicut σταίην, &c.

Pro

Pro prima Plurali φαίημεν, per Syncopen φαῖμεν *diceremus.* Ἰλιαδ. β. 81. & ω. 222.

SUBJUNCTIVUS.

Singularis.	Φῶ,	φῇς,	φῇ,
			(*Ion.* φῇσι.)
Dualis.		Φῆτον,	φῆτον.
Pluralis.	Φῶμεν,	φῆτε,	φῶσι.

INFINITIVI

Præſens.

Φάναι *dicere.* Si ſcribatur προπερισπωμένως φᾶναι, (*Attic.* φῆναι) ſignific. *apparere* à φαίνω.

Aoriſtum primum.

Φῆσαι.

Futurum primum.

Φήσειν.

PARTICIP.

Φάς, φάντος. In Dativo Plurali φᾶσι, quod differt à tertia Plurali Præſentis φασί.

Aoriſtum primum.

Φήσας.

MEDIUM.

Indicat. Aoriſtum ſecundum. Ἐφάμην, (*Dor.* ἐφάμαν,) ἔφασο, ἔφατο, &c.

Infinit. Aoriſtum ſecundum. Φάσθαι, unde *Compoſ.* παρφάσθαι, Odyſſ. π. 287.

Participii Aoriſtum ſecundum. Φάμδμ@, unde *Compoſ.* παρφάμδμ@ & per Syncopen παρφάμδμ@, Odyſſ. β. 189.

In *Compoſito* legitur Ιλιαδ. ι. ϛ̃. 645. ἀπόφαδε, (ſecunda Plurali Aoriſti ſecundi Medii Imperativ.) *renuntiate* ab ἀπόφημι.

Α᾽λλ᾽ ὑμεῖς ἔρχεσθε ϗ ἀγγελίην ἀπόφασθε,
Sed vos abite & legationem renuntiate.

Cap. XXII.

De Verbis Imperſonalibus.

Verba Impersonalia (ἀπρόσωπα) notentur ſequentia.

Α᾽νήκει, προσήκει *convenit*, ἀνῆκε, προσῆκε *conveniebat.* Α᾽νῆκον Philem. 8. *quod convenit.* Epheſ. 5. ϛ̃. 4. Τὰ ἐκ ἀνήκοντα, *quæ non conveniunt.* Rom. 1. ϛ̃. 18. Ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, *facere quæ non conveniunt.* Actor. 22. ϛ̃. 22. ἐ γὰρ καθῆκον ſcil. ἐςὶ, *non enim convenit, expedit.*

Α᾽ρκεῖ *ſufficit*, 2. Corinth. 12. 9. *Imperat.* ἤρκει. *Futur.* ἀρκέσει. *Aoriſt. prim.* ἤρκεσε.

Δεῖ *oportet. Imperativ.* ἔδει *oportebat. Perfect.* δεδέηκε. *Futur.* δεήσει, *oportebit. Aoriſt. prim.* ἐδέησε, *oportuit. Optat.* δέοι. *Subjunct.* δέῃ. *Infin.* δεῖν, *oportere. Aoriſt. prim.* δεῆσαι. *Futur.* δεήσειν. *Part.* δέον, *quod oportet.*

Διαφέρει *refert*, Galat. 2. ϛ̃. 6.

Δοκεῖ *videtur. Imper.* ἐδόκει, *videbatur. Fut.* δόξει, *videbitur. Aoriſt. prim.* ἔδοξε, *viſum fuit.* Act. 15. ℣. 22. *Perfect.* δέδοκται, *idem.*

Ἐνδέχεται *poſſibile eſt*, Luc. 13. ℣. 33.

Μέλει *curæ eſt. Imperfectum,* ἔμελε *curæ erat. Futurum,* μελήσει *curæ erit. Aoriſtum primum.* ἐμέλησε *curæ fuit*, Marc. 4. ℣. 38. *Præteritum.* μεμέληκε, & per (Syncopen) apud *Poëtas* μέμηλε. *Participium,* μεμηλώς.

Μεταμέλει *pœnitet.*

Πρέπει *decet. Imperfect.* ἔπρεπε *decebat. Infinit.* πρέπειν. *Particip.* πρέπον, *decens, decorum.*

Συμβαίνει *contingit. Imperfectum,* συνέβαινε. *Perfectum,* συμβέβηκε. *Aoriſtum ſecundum,* συνέβη. *Futurum primum Activum.* συμβήσει. *Futurum Medium.* συμβήσεται *continget.*

Συμφέρει *expedit, conducit. Imperfectum.* συνέφερε. *Futurum.* συνοίσει *conducet.*

Χρὴ *oportet*, Jac. 3. 10. *Imperfectum.* ἐχρῆν & χρῆν *oportebat. Futurum.* χρήσει *oportebit. Infinitivum.* χρῆναι & (per Apoc.) χρῆν *oportere.* Hinc ἀπόχρη *ſufficit*, per *Apoc.* pro ἀπόχρησι. *Imperfectum.* ἀπέχρη *ſufficiebat. Aoriſtum primum.* ἀπέχρησε *ſuffecit. Futurum.* ἀποχρήσει. *Infinitivum.* ἀποχρῆναι.

Cap. XXIII.

De Enallage Verborum.

Enallage in verbis occurrit multiplex, *Formarum, Modorum, Temporum* & *Perſonarum.*

I. FORMARUM.

1. *Activæ* pro *Paſſiva*.

PRov. 25. ℣. 5. Κατορθώσει *ſtabilietur*, pro κατορθώσονται. Luc. 2. ℣. 20. Ἐπέστρεψαν οἱ ποιμένες, *reverſi ſunt* Paſtores. Et 22. ℣. 32. Καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, & tu aliquando *Converſus*. Act. 2. ℣. 26. χρηματίσαι, *nominari*. Hebr. 6. ℣. 6. Ἀδύνατον πάλιν ἀνακαινίζειν, pro ἀνακαινίζεσθαι, impoſſibile eſt ut denuò *renovetur*. 1. Pet. 2. ℣. 6. Διὸ καὶ περιέχει (pro περιέχεται) ἐν τῇ γραφῇ, quapropter etiam *continetur* in Scriptura.

Sic *Hippocr.* l. 4. Aph. 56. Μηκύνει pro μηκύνεται νοῦσος, *prorogatur morbus*. Et l. 2. Aph. 14. Ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ (pro μεταβάλληται, niſi in prava *mutentur*. Et l. 5. Aph. 46. ἀποπιέζει pro ἀποπιέζεται *comprimitur*. Et l. 3. Aph. 8. ἀποδιδῶσι pro ἀποδιδῶνται *reddantur*, &c. *Ariſtotel.* 5. Pol. Μετέβαλεν ἡ τάξις, *mutatus* eſt ordo. Thuc. 2. ὑμεῖς δὲ μεταβάλλετε, vos autem *mutamini*. Sic *Liv.* l. 5. Annona ex antevecta copia nihil mutavit. *Menand.* Χειμὼν μεταβάλλει εἰς εὐδίαν, tempeſtas *mutatur* in ſerenitatem.

2. *Paſſivæ* pro *Activa*.

Rom. 4. ℣. 21. Planè certioratus, ὅτι ὃ ἐπήγγελται δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι, quòd id quod *promiſit* poteſt etiam efficere.

Conf. ſupra (pag. 147.) Quæſt. 1. & libr. 2. cap. 11. R. 9.

II. MO-

II. MODORUM.

1. *Indicativi* pro *Subjunctivo.*

MArc. 11. ṽ. 18. Πῶς αὐτὸν ἀπολέσουσι, pro ἀπολέσωσι, quomodo eum *perderent.*

Sic *Xenophon.* Παρ' ἐμοὶ οὐδεὶς μισθοφορεῖ, ὅστις μὴ ἱκανός ἐστιν ἴσα ποιεῖν ἐμοί, apud me nullus ſtipendia facit, qui non idoneus *ſit* eadem facere quæ ego.

2. *Subjunctivi* pro *Indicativo.*

Matth. 7. ṽ. 4. ἐκβάλω *ejiciam*, (Aoriſt. ſecund. Act. Subjunct.) pro ἐκβαλῶ. Conf. Joh. 6. ṽ. 37. Johan. 4. ṽ. 14. οὐ μὴ διψήσῃ (pro διψήσει) nequaquam *ſitiet.* Et ṽ. 48. οὐ μὴ πιστεύσητε (pro πιστεύσετε) nequaquam *credetis.* Joh. 6. ṽ. 18. τί ποιῶμεν, pro τί ποιήσομεν; *quid faciemus?* Et ṽ. 35. οὐ μὴ πεινάσῃ, nequaquam *eſuriet.*

3. *Infinitivi* pro *Indicativo.*

Actor. 27. ṽ. 10. ὅτι μέλλειν (pro μέλλει) ἔσεσθαι, quòd futurum ſit.

4. *Infinitivi* pro *Imperativo.*

Exempla paſſim occurrunt *frequentiſſima*, tam in profanis quàm in Sacris Scriptoribus. Vide infra libr. 2. cap. 12. Reg. 10. Videtur autem ſubintelligendum χρὴ, δεῖ, &c.

Rom. 12. ṽ. 15. χαίρειν μετὰ χαιρόντων, *Gaudete* cum gaudentibus.

Hebræis Infinitivus vocatur מקור *fons*, quòd ex illo *Imperativus* & *Futurum* promanent.

5. *Infinitivi* pro *Subjunctivo.*

Matth. 8. ℣. 24. Succuſſio magna facta eſt, ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι, adeo ut navis *operiretur*. 1. Corinth. 13. 2. Si habeam totam fidem, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν, adeo ut montes *tranſponam*. Vide infra libr. 2. cap. 12. Reg. 11.

III. TEMPORUM.

1. *Præſentis* pro *Imperfecto.*

MArc. 3. 13. Ἀναβαίνει pro ἀνέβαινε *aſcendebat*. Joh. 4. 7. ἔρχεται pro ἤρχετο *veniebat*. Joh. 8. 3. ἄγουσι pro ἦγον *adducebant*. Johan. 13. 22. περὶ τίνος λέγει pro ἔλεγε, de quonam *diceret*. Apoc. 4. 8. ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν pro οὐκ εἶχον, non *habebant*.

2. *Præſentis* pro *Præterito.*

Matth. 2. 13. Ipſis regreſsis, ecce Angelus Domini φαίνεται *apparet*, id eſt, apparuit. Marc. 2. ℣. 4. χαλῶσι τὸν κράββατον *demittunt*, id eſt, demiſerunt grabbatum. Johan. 6. 33. ὁ καταβαίνων pro ὁ καταβεβηκὼς, ἢ καταβὰς (℣. 51.) qui *deſcendit*. Actor. 26. 31. οὐδὲν θανάτου ἄξιον πράσσει, nihil morte dignum *facit*, id eſt, fecit, prout πεπραχέναι legitur. Actor. 25. 25. Hebr. 2. 16. Non Angelos ἐπιλαμβάνεται *aſſumit*, id eſt, aſſumpſit, prout ℣. 14. legitur μετέσχε *particeps factus eſt*.

Sic ἥκω

Sic ἥκω ſæpe in Præſenti admittit ſignificationem *Præteriti*. Vide Lexicon Novi Teſtamenti in ἥκω & ἐλπίζω. Luc. 15. 27. ὁ ἀδελφός σου ἥκει, frater tuus *venit*. Johan. 5. 20. οἴδαμεν ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἥκει, novimus Filium Dei *veniſſe*.

3. *Præſentis* pro *Futuro*.

Matth. 2. 4. Ποῦ ὁ χριστὸς γεννᾶται, pro γεννηθήσεται, ubi Chriſtus *naſcetur*. Matth. 5. 46. ἔχετε, pro ἕξετε *habebitis*. Matth. 11. 3. Apoc. 1. 4, 7. ὁ ἐρχόμενος, pro ὁ ἐλευσόμενος. Matth. 17. v. 11. Elias quidem ἔρχεται *venit*, id eſt, ἐλεύσεται veniet primùm. Marc. 12. 26. ὅτι ἐγείρονται, pro ἐγερθήσονται, quòd *excitandi ſunt*. Luc. 13. 32. ἐκβάλλω *ejicio*, pro *ejiciam*, & τελειοῦμαι *conſummor*, pro conſummabor. Johan. 14. 3, 18. ἔρχομαι, pro ἐλεύσομαι *veniam*. Johan. 15. v. 27. ὑμεῖς μαρτυρεῖτε, pro μαρτυρήσετε, *teſtabimini*. Johan. 16. 16. θεωρεῖτε, pro θεωρήσετε, *videbitis*, &c. Johan. 21. ℣. 23. Non dixerat ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει, quòd diſcipulus ille non *morietur*. Heb. 11. ℣. 21. Jacob benedixit ἀποθνήσκων *moriens*, id eſt, mox moriturus. 2. Petr. 3. v. 11. Τούτων πάντων λυομένων, pro λυσομένων, cùm *hæc omnia diſſolvenda ſint*.

4. *Præſentis* pro *Paulò poſt Futuro*.

Matth. 26. ℣. 24. Filius quidem hominis ὑπάγει *abit*, id eſt, paulò poſt abibit; væ autem homini

mini illi per quem Filus hominis παραδίδοται *proditur*, id eſt, paulò poſt prodetur. Talia in hiſtoria paſſionis occurrunt plurima.

5. *Imperfecti* pro *Præſenti.*

Joh. 1. ℣. 15. οὗτος ἦν ὃν εἶπον. Hic *erat*, (i. e. eſt) de quo dicebam.

6. *Præteriti* pro *Præſenti.*

Luc. 8. ℣. 20. ἑστήκασι *ſtant* Luc. 20. ℣. 8. ἤγγικα pro ἐγγίζω *inſto*. Joh. 1. ℣. 26. μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, in medio veſtrûm *ſtetit*, id eſt, ſtat. Johan. 20. ℣. 17. οὔπω ἀναβέβηκα, pro οὔπω ἀναβαίνω, nondum *aſcendo*. Actor. 12. ℣. 14. Annunciavit ἑστάναι τὸν πέτρον *adſtitiſſe*, id eſt, adſtare Petrum ante veſtibulum. Rom. 11. ℣. 20. ἕστηκας *ſtas*. 1. Corinth. 7. ℣. 37. ἕστηκε *ſto*. 2. Corinth. 1. ℣. 10. εἰς ὃν ἠλπίκαμεν (pro ἐλπίζομεν) in quo *ſperamus*. 1. Tim. 6. ℣. 17. ἠλπικέναι pro ἐλπίζειν. 2. Tim. 4. ℣. 6. Tempus remigrationis meæ ἐφέστηκε *inſtat*.

7. *Præteriti* pro *Futuro.*

Joh. 5. ℣. 24. μεταβέβηκεν *tranſivit*, id eſt, tranſibit. 1. Cor. 16. ℣. 22. μαρὰν ἀθὰ, quod *Suidas* rectè vertit, ὁ κύριος ἦλθε, Dominus *venit*, id eſt, veniet, ſcil. ad judicium.

8. *Aoriſti primi* pro *Præſenti.*

Matth. 21. ℣. 33. Aliam parabolam ἀκούσατε *audite*. Matth. 23. ℣. 2. In cathedra Moſis ἐκάθισαν

ſederunt,

ſederunt, id eſt, ſedent. Luc. 1. ℣. 47. Καὶ ἠγαλλίασε, & *exultavit*, id eſt, exultat Spiritus meus ſuper Deo.

Luc. 9. ℣. 22. Δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποδοκιμασθῆναι, καὶ ἀποκτανθῆναι καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι, oportet Filium hominis multa *pati* & *reprobari*, &c. Et *trucidari* & tertia die *ſuſcitari*. Conf. Luc. 17. 25.

Johan. 1. ℣. 12. Ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, dedit eis jus ut Filii Dei *facti ſint*, id eſt, ſint. Conf. Matth. 5. ℣. 45. Marc. 1. ℣. 17. Joh. 13. ℣. 27. Ὃ ποιεῖς ποίησον τάχιον, quod facis *fac* citò. Actor. 3. ℣. 21. Ὃν δεῖ οὐρανὸν δέξασθαι (pro δέχεσθαι) quem oportet ut Cœli *capiant*.

Sic *Ariſtotel.* 1. Eth. 13. §. 1. Ille qui verè eſt Politicus videtur circa virtutem maximè πεπονῆσθαι (pro πονεῖσθαι) *laborare*. Sic cap. 12. ibid. πεπονημένοις pro πονουμένοις.

9. *Aoriſti* pro *Pluſquam Perfecto*.

Matth. 14. ℣. 3. Herodes prehenſum Johannem ἔδησεν αὐτὸν, *vinxerat eum*. Luc. 19. ℣. 15. Juſſit vocari ſervos illos ad ſe οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον, quibus *dederat* pecuniam. Johan. 4. ℣. 44. αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν, ipſe Jeſus *teſtatus fuerat*. Johan. 5. ℣. 13. Ὁ Ἰησοῦς ἐξένευσεν ὄχλου, Jeſus *emerſerat* è turba. Johan. 18. ℣. 24. Ἀπέστειλεν αὐτὸν ὁ Ἄννας, *Miſerat* eum Annas. Apoc. 21. ℣. 1. Primum Cœlum & prima Terra παρῆλθε *abierat*.

10. *Aoriſti primi* pro *Futuro.*

Eſ. 9. ℣. 6. Παιδίον ἐγεννήθη, (pro γεννηθήσεται) ἡμῖν, puer *natus eſt*, id eſt, naſcetur nobis. Luc. 22. ℣. 68. οὐ μὴ ἀποκριθῆτέ μοι, nequaquam reſpondebitis mihi. Johan. 15. ℣. 6. Niſi quis in me manſerit ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα καὶ ἐξηράνθη, ejectus eſt forâs ut palmes & exaruit, id eſt, *ejicietur* & *exareſcet*. Actor. 14. ℣. 9. σωθῆναι pro σωθήσεσθαι, *ſervatum iri*. Rom. 15. ℣. 24. θεάσασθαι pro θεάσεσθαι, *conſpiciam vos*. Hebr. 8. 12. οὐ μὴ μνησθῶ (pro μνησθήσομαι) ἔτι, non *recordabor* ampliùs.

11. *Aoriſti ſecundi* pro *Præſenti.*

Luc. 9. ℣. 36. Ἐν τῷ γενέσθαι (pro γίνεσθαι) τὴν φωνὴν, cùm vox illa *exiſteret*. Hebr. 11. ℣. 35. ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν, ut potiorem reſurrectionem *conſequerentur*.

12. *Aoriſti ſecundi* pro *Futuro.*

Matth. 13. ℣. 14. Auditu audietis καὶ οὐ μὴ συνῆτε & non *intelligetis*, & videntes videbitis, καὶ οὐ μὴ ἴδητε & non *cernetis*. Conf. Luc. 21. 18.

Johan. 16. 32. καὶ ἐμὲ μόνον ἀφῆτε (pro ἀφήσετε) & me ſolum *relinquetis*.

13. *Futuri* pro *Præſenti.*

Luc. 23. 46. Pater, in manus tuas παραθήσομαι *deponam* i. e. depono Spiritum meum. 1. Cor. 15. ℣. 29. τί ποιήσουσιν (pro ποιοῦσιν) quid *faciunt*?

14. *Inſi-*

14. *Infinitivi* pro *Participio.*

Pſalm. 102. ℣. 23. Ἐν τῷ ἐπισυναχθῆναι λαοὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, pro ἐπισυναχθέντων τῶν λαῶν, *convenientibûs populîs.* Luc. 5. ℣. 1. Factum eſt ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ, pro τοῦ ὄχλου ἐπικειμένου αὐτῷ, turba *imminente ei.* Luc. 24. ℣. 30. Factum eſt ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν, pro κατακλιθέντος αὐτοῦ, cùm *diſcubuiſſet* cum illis.

15. *Participii* pro *Præſenti.*

Rom. 5. ℣. 11. Καυχώμενοι *gloriantes*, id eſt, gloriamur.

16. *Participii* pro *Imperfecto.*

Actor. 24. ℣. 5. Εὑρόντες (ἐσμὲν) pro εὑρομεν *invenientes*, id eſt, invenimus. Vide Bezam.

1. Theſſ. 2. ℣. 11, 12. Παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι καὶ μαρτυρούμενοι (ſubintellig. ἦμεν) *hortantes* & *conſolantes* & *obteſtantes* (eramus,) id eſt, hortabamur, & conſolabamur & obteſtabamur.

17. *Participii* pro *Futuro.*

Luc. 22. ℣. 19. Hoc eſt corpus meum τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον, quod pro vobis *datur*, hoc eſt, dabitur. Et ℣. 20. τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, qui (ſanguis) pro vobis *effunditur*, id eſt, effundetur.

18. *Participii* pro *Infinitivo.*

Vide infra libr. 2. cap. 15. Reg. 2.

IV. PER-

IV. PERSONARUM.

ROm. 10. ℣. 18. 19. Ἀλλὰ λέγω ſed *dico*, pro *dicat aliquis*. Vide *D. Bezam*. Rom. 8. 2. Ἠλευθέρωσέ με *liberavit me* pro *liberavit eos* (qui ſunt in Chriſto Jeſu.) Vide Analyſ. *D. Piſc.* & *Par.* Com. 2. Joh. 8. Cavere vobis ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν (pro ἀπολέσητε) *ne perdamus* pro *ne perdatis*.

Cap. XXIV.

DE ADVERBIIS.

1. ADVEBIA quàm larè pateant, & quot ſint eorum ſignificationes ex Latina Grammatica notum eſt.

2. Proponam ferè omnia Novi Teſtamenti Adverbia, eaque in qualemcunque ſeriem, non ut Juventus ordine ediſcat (quam ſervilem memoriæ carnificinam non probo) ſed tantùm ut ſingula intelligere diſcat.

Duo ſunt Adverbia, quæ Epiſtolam *Iudæ* reddunt difficilem, videlicet, ἅπαξ ℣. 5. ubi non ſignificat *ſemel* (quæ eſt uſitata ejus ſignificatio) ſed *certò* & δὶς ℣. 12. quod ibi non *bis* vertendum eſt, ſed *penitus*; unde liquere poteſt, quàm neceſſaria ſit genuina illarum vocularum notitia.

3. De *ſpecie* & *figura* nihil dicam, de quibus ſuprà generatim.

4. Significatio verò aliorum eſt *Temporis* (χρόνου) ut, ἀκμὴν *adhuc*, *in ipſo negotii fervore*, ἔτι *adhuc*, ἤδη *jam*, διαπαντὸς *ſemper*, Marc. 5. 5. ἕως ὅτου *donec*,

rec, πολλὰ Luc. 5. ℣. 33. *ſæpè*, πολλῶς *idem*, καθημέραν *quotidie*, ἄρτι *nunc*, ταχὺ *citò* Matth. 5. ℣. 25. ταχέως *idem*, Luc. 16. ℣. 6. πάλαι, ἔκπαλαι *olim*, τότε *tunc*, ἐξαίφνης, ἐξάπινα *repente*, ἐξ αὐτῆς *eo ipſo momento*, ἀκαίρως *intempeſtivè*, αὔριον *cras*, μεθαύριον *perendie*, ἐπαύριον *poſtridie*, σήμερον *hodie*, χθὲς *heri*, πρόχθες *nudius tertius* (Voor-giſteren) ἄφνω, ex improviſo, *repentè*, προσφάτως *nuper*, πρωῒ *manè*, ὀψὲ *ſero*, Matth. 28. 1. ὕστερον *tandem* Matth. 4. ℣. 2. παραυτίκα, 2. Corinth. 4. ℣. 17. *confeſtum*, οὔπω *nondum*, παραχρῆμα *illico*. Πέρυσι 2. Corinth. 8. 10. *annô ſuperiorî*, πότε *quando?* Matth. 25. ℣. 37. ποτὲ *aliquando*, πώποτε *idem*. Πρὶν *priuſquam*, Luc. 2. 26. ἔννυχον *multa nocte*, Marc. 1. ℣. 35. παιδιόθεν *à juventute*, Marc. 9. ℣. 21. πολλάκις *ſæpè*, αὐτίκα *ſtatim*, οὐδέποτε *nunquam*, οὐδέπω *idem*, οὐκέτι *non amplius*, ὁσάκις *quoties*, ὅτε *quando*, ὄρθρου *ſummo mane* (ὄρθρου ſcil. ὄντος atque ita huc non pertinet) καθ' ἡμέραν *quotidiè*, μέχρι *uſque*, Matth. 11. ℣. 23. ἄχρις *idem*, Actor. 22. ℣. 4. Latinorum *noctu* exprimitur per Genitivum νυκτὸς, 1. Theſſ. 5. ℣. 7. per Dativum cum Præpoſ. ἐν νυκτὶ ℣. 2.

5. Alia *Loci* (τόπου) ἀντικρὺ *è regione*, πέραν *trans*, ἀντιπέραν *è regione*, Luc. 8. 26. ἀπέναντι *coram*, οὗ *ibi*, αὐτοῦ *ibi*, ἐκεῖ *ibi*, ἐνθάδε *hîc*, ἐντεῦθεν *illinc*, ὅπου *ubi*, ἄνω *ſurſum*, κάτω *deorſum*, ὑποκάτω *ſub*, ὀπίσω *poſt*, ὄπισθεν *à tergo*, οὐρανόθεν *è Cœlo*, Actor. 14. ℣. 17. ἀλλαχόθεν *aliunde*, πάντοθεν *undique*, πανοικὶ *cum tota familia*, πανταχοῦ *ubivis locorum*, μακρόθεν *procul*, ἐκεῖ *ibi*, κἀκεῖ *& ibi* Κἀκεῖθεν *& inde*, ἐκεῖσε

illuc,

illuc, ἐνώπιον *coram*, ἔμπροσθεν *coram*, κατενώπιον *idem*, ἐναντίον *coram*, ποῦ *ubi*, χαμαὶ *humi*, πέριξ *circumquaque*, ὑπερέκεινα *trans*.

Notentur etiam hæc Ἀθήναζε pro ἀθήνασδε, ζ pro σδ *Athenas*, Ἀθήνησι *Athenîs*, ἀθήνηθεν *ex Athenis*.

6. *Qualitatis* (ποιότητος) εὖ καλῶς *benè*, κακῶς *malè*, νουνεχῶς *cordatè*, εὐσχημόνως *decenter*, εὐτάκτως *bono ordine*, ἀφόβως *ſine timore*, ἰδίᾳ *privatim*, δημοσίᾳ *publicè*, εὐτόνως *magna contentione*, παῤῥησίᾳ *liberè*, δωρεὰν *gratis*, *fruſtra*, εἰκῆ *temere*, ὁμοθυμαδὸν *unanimiter*, ῥοιζηδὸν *cum ſtudore*, προθύμως *promptè*, σωματικῶς *corporaliter*, φειδομένως *parcè*, σωφρόνως *temperanter*, φιλανθρώπως *humaniter*, τοῦτο *quod plus eſt*, τελείως *perfectè*, ἐκτενῶς *ſerverè*, ἀκριβῶς *accuratè*, ἀπροσωπολήπτως *ſine perſonarum reſpectu*. Πολυμερῶς *multifariam*, πολυτρόπως *multipliciter*, ἐπιμελῶς *diligenter*, ἐσχάτως *extremè*, φιλοφρόνως *peramicè*, δεινῶς *vehementer*, ἑλληνιστὶ *Græcè*, ῥωμαϊστὶ *Latinè*, ἑβραϊστὶ *Hebraicè*, &c.

7. *Quantitatis* (ποσότητος) ἅπαξ *ſemel*, *certò*, ἐφάπαξ *idem*, δὶς, *bis*, *penitus*, τρὶς *ter*, τετράκις *quater*, πεντάκις *quinquies*, ἑπτάκις *ſepties*, ἑβδομηκοντάκις *ſeptuagies*, χιλιάκις *millies*, &c.

8. *Congregandi* (ἀθροισμοῦ) ἅμα *ſimul*, ὁμοῦ *pariter*, καθόλου *omnino*, παμπληθεὶ *cum univerſa turba*, πανοικὶ *cum tota domo*, hoc eſt, *cum omnibus domeſticis*.

9. *Separandi* (διαιρέσεως) ἄνευ *ſine*. 1. Petr. 3. 1. ἄτερ *abſque*. Luc. 22. 6. χωρὶς *ſeorſim*. Matth. 13. ℣. 34. μόνον *tantùm*, κατὰ μόνας *privatim*. Marc. 4. ℣. 10. κατ' ἰδίαν *idem*, δίχα & διχῆ *ſeparatim*.

10. *Simi-*

10. *Similitudinis* (ὁμοιώσεως) ὡς *ſicut*, καθὼς *veluti*, ὥσπερ *idem*, καθάπερ *quemadmodum*, ἄλλως *aliter*, *Poëticè*, ἠύτε, εὖτε *ſicut*, δίκην *inſtar*, ὁμοίως *ſimiliter*, οὕτως *ſic*, παραπλησίως *conſimiliter*, ὡσπερεὶ *ſicuti*, ὡσεὶ *tanquam*, καθαπερανεὶ *perinde*, *ac* (quod adverbium compoſitum eſt ex quinque, nempe καθ' ἅ περ ἄν εἰ) ὡσαύτως *ſimiliter*.

11. *Excipiendi* (ἐξαιρέσεως) πλὴν *præter*, ἐκτὸς, παρεκτὸς *exceptô*. Huc pertinet *limitatio*, Rom. 11. ℣. 13. ἐφ' ὅσον, *quatenus*.

12. *Ordinis* (τάξεως) πρῶτον & πρῶτα *primò*, εἶτα *deinde*, ἔπειτα *idem*, μετέπειτα *poſtea*, ἑξῆς *deinceps*, ἐφεξῆς, καθεξῆς & παρεξῆς *ordine*, *conſequenter*, μεταξὺ *inter*.

13. *Hortandi* (παρακελεύσεως) ἄγε *age*, ἄγετε *agite*, εἶα *eja*, εὖγε *euge*, φέρε *age*, δεῦρο *huc*, δεῦτε *adeſte*.

14. *Interrogandi* (ἐρωτήσεως) τί pro διὰ τί? *quare?* ἱνατί *idem*, Matth. 9. ℣. 4. Itemque ὅττι *Poët.* pro τί ποτε, πότε *quando?* πόθεν *unde?* ἕως πότε *quamdiu?* ποῦ *ubi?* ποσάκις *quoties?* οὐχὶ *annon?* μῶν *num?* ἆρα *an?*

15. *Affirmandi* (βεβαιώσεως) οὕτως, οὑτωσὶ *ſic*, πάντως *omnino*, ὄντως *revera*, ἀληθῶς *verè*, ἀμὴν *idem*, ἦ μὴν *certè*, Heb. 6. 14. Ναὶ *etiam*, *ſanè*, Matth. 11. ℣. 26. Luc. 12. 5. ἀλλὰ *imò*, Joh. 16. 2. γὰρ *profectò*, Actor. 16. 37.

16. *Negandi* (ἀρνήσεως) οὐ (ſequente *conſona*) οὐκ (ſequente *vocali tenuis* Spiritus) οὐχ (ſequente vocali *aſperi* Spiritus) οὐχὶ (ſequente vocali Spiritus cujuſcunque) *non*, μὴ *non*, οὐδαμῶς *nequaquam*, μάτην *fruſtra*, εἰκῆ *idem*.

17. *Iurandi*, ναὶ *ſanè*, ita (*Attic.* ναίχι) νὴ *per in affirmando* (ἐν κατωμόσει) μὰ *per* in *abjurando*, ἐν ἀπωμόσει.

18. *Dubitandi* (ἀπορήσεως καὶ εἰκασμοῦ) ἴσως *fortaſſis*, τυχὸν *fortè*, σχεδὸν *ferme*, τάχα *forſitan*, Rom. 5. ℣. 7. ὡσεὶ *circiter*, *ferè*.

19. Prohibendi (ἀπαγορεύσεως) μὴ *ne*, (cui reſpondet *Hebr.* אל) *unde* μήτε, μηδὲ *neque*, μηδαμῶς, οὐδαμῶς *nequaquam*.

20. *Optandi* (εὐχῆς ἢ εὐκτικά) εἴθε (Poët. αἴθε) ὡς *utinam*, ὤφελον, ὤφελες, (propriè, ô ſi debuiſſem! ô ſi debuiſſes!) ὤφελε & ὄφελον *utinam*, 1. Cor. 4. ℣. 8. Καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, *utinam regnum adepti ſitis*! Galat. 5. 12. ὄφελον καὶ ἀποκόψονται, *utinam & abſcindantur!*

Conjunguntur quandoque, Ιλιαδ. γ 40. Αἴθ' ὄφελες ἄγονός τ' ἔμεναι, ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι, *utinam natus non fuiſſes, & fuiſſes ſine prole!*

21. *Intendendi* (ἐπιτάσεως) ἄγαν *nimis*, λίαν *idem*, πάνυ *admodum*, πολλὰ *multum*. Marc. 5. ℣. 23. σφόδρα *valdè*, πάντη *penitus*, πάμπαν *omnino*, παντάπασι *planè*. Huc referuntur *particulæ augendi* ἀρι, ἐρι, ζα, δα, βου, ἱππο, &c. Et *minuendi* (μειώσεως καὶ στερήσεως) quales ſunt particulæ in Compoſitis α, δυς, νη, νε, νω, ut ἀόρατος *inviſibilis*, δυσνόητος *difficilis intellectu*, νηπενθὴς *ſine luctu*, νέποδες *piſces*, Οδυς δ. 404. νωδὸς, *edentulus*.

22. *Remittendi* (ἀνέσεως) μόλις *vix*, μόγις *idem*, μικρὸν *pauliſper*, *puſillum*, Joh. 16. 17. ὡσεὶ *fermè*, ἠρέμα *ſenſim*.

23. *Declarandi* (διασαφήσεως καὶ ἐξηγήσεως) διαῤῥήδην *luculenter*, ῥητῶς *diſertè*, οἱονεὶ *veluti*, ἤτοι *ſeu*.

24. *Exclamandi* (ἐκφωνήσεως) ὦ *ô*, φεῦ *heu*, οὐὰ *vah*, quod eſt *maledicentium* & *inſultantium*, Marc. 15. ℣. 29.

25. *Comminandi* (ἀπειλῆς) οὐαὶ *væ*, Matth. 24. ℣. 19.

26. *Dolendi* (σχετλιασμοῦ) οἴ μοι *hei mihi*, ἔα *ah*, Marc. 1. 24. Luc. 4. 34

27. *Demonſtrandi* (δείξεως) ἰδοὺ *ecce*, ὧδε *hîc*, ἰδὲ *en*.

28. *Celandi* (κρύψεως) λάθρα *clam*, κρυπτῶς *occultè*, κρυφῇ *idem*.

29. *Comparandi* (συγκρίσεως) μάλα *valde*, μᾶλλον *magis*, μάλιστα *maximè*, ἧττον *minùs*, πλέον *plus*, περισσῶς *abundè*, Marc. 10. 26. περισσότερον, 2. Corinth. 10. ℣. 8. περισσοτέρως, Marc. 15. 14. *abundantiùs*, καλῶς *benè*, κάλλιον *meliùs*, κάλλιστον *pulcherrime*, ταχέως *celeriter*, τάχιον *celerius*, Johan. 20. 4. τάχιστα *celerrimè*, Act. 17. 19. ἐγγὺς *propè*, ἆσσον *propius aliâs*, ἐγγυτέρω, ἐγγυτάτω, *proximè*, μέγα πλούσιος, *valde dives*, μέγα pro μεγάλως, ῥᾳδίως *facilè*, ῥᾷον *faciliùs*, ῥᾷστα vel ῥᾷστον *facilimè*.

Ἀ κάτω *infra*, κατωτέρω pro κατωτέρως *inferiùs*, Matth. 2. ℣. 16. & κατωτάτω *infimô locô*.

Sic à πόῤῥω *procul*, ποῤῥωτέρω pro ποῤῥωτέρως *longiùs*, Luc. 14. ℣. 32. ubi ſigma in fine abjicitur. (Sic Act. 2. 2. ἄφνω pro ἀφνῶς, ex ἀφανῶς, per Syncopen, *repente*, à φάινω.) In *Superlativo* ποῤῥωτάτω *longiſſimè*.

Ab ἄνω *ſupra*, ἀνώτερω *ſuperiùs*, ἀνωτάτω *altiſſimè.*

30. *Cauſæ* [αἰτίας] ἕνεκα, ἕνεκεν *cauſâ*, *ergo*, χάριν *gratiâ*, τοὔνεκα *propterea.*

31. *Nomina* haud raró adverbiaſcunt, εὐθὺς *ſtatim*, Matth. 3. 16. ὄρθρου *ſummo mane*, Johan. 8. 2. παῤῥησίᾳ *liberè*, χάριν *propter*, 1. Johan. 3. 12. &c. Vide infra libr. 2. cap. 16. Reg. 20.

LIBER SECUNDUS

GRAMMATICÆ GRÆCÆ NOVI TESTAMENTI.

De SYNTAXI.

Cap. I.

DE CONVENIENTIA NOMINIS CUM NOMINE, ET ANOMALIIS.

I. NOmen *Convenit* cum Nomine eodem *Numero*, *Genere* & *Caſu.* Talis *Convenientia* eſt:

1. *Subſtantivi* cum *Subſtantivo.*

Marc. 1. ℣. 5. Καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, & baptizabantur omnes in *Iordane fluvio.*

Act. 2. ℣. 37. Ἄνδρες ἀδελφοὶ, *Viri fratres.* Rom. 1. ℣. 1. Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπόστολος, Paulus, ſervus Jeſu Chriſti, Apoſtolus.

2. *Subſtantivi* cum *Adjectivo.*

Johan. 4. ℣. 11. πόθεν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν; unde habes *aquam vivam*? Ζῶν pro ζάον. Tit. 1. 7. Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγαθον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ, id eſt, Oportet *Epiſcopum inculpabilem* eſſe, tanquam Dei diſpenſatorem, non *ſibi placentem*, non *iracundum*, non *vinoſum*, non *percuſſorem*, non *turpi quæſtui deditum*: Sed *hoſpitalem*, *bonorum amantem*, *temperantem*, *juſtum*, *pium*, *continentem.* 1. Petr. 3. 5. Αἱ ἅγιαι γυναῖκες αἱ ἐλπίζουσαι ἐπὶ τὸν θεὸν ἐκόσμουν ἑαυτὰς, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι, *ſanctæ* illæ *mulieres*; quæ *ſperabant* in Deum ornabant ſeſe, *ſubjectæ* ſuis Viris.

II. *Ellipſis Subſtantivi* hîc frequens eſt.

Matth. 5. ℣. 41. Ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο, ſcilicet μίλια, abi cum eo *duo* (milliaria.) Matth. 6. ℣. 3. Ἀριστερὰ, ſcilicet ἡ χεὶρ, *ſiniſtra* manus. Matth. 6. ℣. 34. Ἡ δὲ αὔριον, ſcilicet ἡμέρα, & *craſtina* dies. Et 7. ℣. 11. Ἀγαθὰ, ſcilcet δόματα, *bona* dona. Matth. 10. ℣. 42. Ποτήριον ψυχροῦ, ſcilicet ὕδατος, poculum *frigidæ* (aquæ.) Matth. 16. ℣. 10. τῶν τετρακισχιλίων, ſcilicet ἀνδρῶν, quater mille Virorum.

Matth. 11. ℣. 8. Οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, qui mollia geſtant, ſcilicet ἱμάτια veſtimenta. Matth. 17. ℣. 18. Ἰησοῦς ἐπετίμησεν αὐτῷ, ſcilicet δαιμονίῳ, Jeſus increpavit dæmonium. Matth. 18. ℣. 10. Διὰ παντὸς, ſcilicet χρόνου, per omne tempus. Marc. 1. ℣. 19. Εἶδεν ἰάκωβον τὸν τοῦ ζεβεδαίου, ſcil. υἱὸν, vidit Jacobum Zebedæi (Filium.) Marc. 14. 51. Ἐπὶ γυμνοῦ, ſcilicet σώματος, ſuper nudum (corpus.) Luc. 1. 39. Εἰς τὴν ὀρεινὴν, ſcil. χώραν, in montanam regionem. Luc. 2. 37. Καὶ αὕτη χήρα, ſcil. οὖσα, & hæc quum eſſet vidua. Luc. 7. 27. ἐν τοῖς βασιλείοις, ſcil. δώμασι, in regiis domibus. Luc. 7. ℣. 45. Ἀφ' ἧς (ſubaudi ὥρας,) ex quo tempore. Luc. 8. 31. Εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν, in abyſſum abire. Εἰς ἄβυσσον, ſcil. χώραν. Luc. 12. 47. δαρήσεται πολλὰς, ſcil. πληγὰς, vapulabit *multîs plagîs*. Luc. 14. 18. ἀπὸ μιᾶς, ſubaudi φωνῆς, una voce, uno ore. *Full.* L. Miſc. Cap. 1. ſub intelligit ὥρας, *ex una hora*, id eſt, ſtatim, continuò. Luc. 19. 4. Δι' ἐκείνης, ſcil. ὁδοῦ, illâ viâ. Luc. 23. ℣. 8. Ἐξ ἱκανοῦ, ſcilicet χρόνου, à longo tempore. Luc. 2. 14. Δόξα ἐν ὑψίστοις, Gloria in altiſſimis, ſcil. τόποις, ut Hebr. 1. ℣. 3. ἐν ὑψηλοῖς. Luc. 23. ℣. 41. Οὐδὲν ἄτοπον, ſcil. πρᾶγμα, nihil ubſurdi. Johan. 5. 2. Ἐπὶ τῇ προβατικῇ, ſcil. πύλῃ, ad pecuariam portam. Johan. 20. 12. Ἐν λευκοῖς, ſcil. ἱματίοις, candidîs veſtimentîs. Actor. 2. ℣. 1. Τῆς πεντηκοστῆς, ſcil. ἡμέρας, *quinquageſimi* diei. Scilicet quinquageſimus dies erat à Paſchate, qui apud Judæos feſtus erat, quippe in quo recordabantur

legis

legis latæ in monte Sinai. Exod. 19. Actor. 10. ℣. 33. Ἐξ αὐτῆς, ſcilicet ὥρας, eodem momento. Actor. 13. 6. Εἰς τὴν περίχωρον, ſcil. χώραν, in circumjacentem regionem. Actor. 14. 15. Εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεὸν, annunciantes vobis ut *à vanis illis* (rebus) convertatis vos ad DEUM. Actor. 16. 11. Τῇ τε ἐπιούσῃ, ſcil. ἡμέρᾳ, & ſequenti die. Actor. 11. ℣. 6. Τὰ ἑρπετὰ, ſcil. ζῶα, reptilia animalia. Sic Matth. 6. ℣. 26. Τὰ πετεινὰ, volatilia. Et, 1. Corinth. 15. 39. Τὰ πτηνὰ *volucria*, ubi Græcè ſubauditur ζῶα, & intelliguntur ὄρνεα aves. Act. 13. ℣. 34. Δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Τὰ ὅσια, ſcilicet ἐπαγγέλματα, dabo vobis ſancta illa & certa *promiſſa Davidis*, hoc eſt, Davidi à DEO facta. Actor. 19. ℣. 19. Ἱκανοὶ δὲ τὰ περίεργα, (ſcilicet τεχνήματα) πραξάντων, non pauci verò qui curioſas illas (artes) exercuerant. Actor. 21. ℣. 6. Ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια, ſcil. δώματα vel οἰκήματα, reverſi ſunt domum ſuam. Confer Johan. 19. ℣. 27. Philip. 4. ℣. 6. Ἐν παντὶ, ſcil. χρόνῳ *ſemper*. Sic Matth. 18. ℣. 10. Διὰ παντὸς, ſcilicet χρόνου, per omne tempus. Hebr. 5. ℣. 6. Ἐν ἑτέρῳ, ſcilicet ψαλμῷ, in alio Pſalmo. Apoc. 1. ℣. 13. Ἐνδεδυμένον ποδήρη, ſcilicet ἐσθῆτα, indutum veſte talari. Et capit. 3. ℣. 4. Ambulabunt mecum ἐν λευκοῖς, ſcilicet ἱματίοις, (ex ℣. 5.) in candidis veſtibus. Apoc. 12. ℣. 13. Ἔτεκε τὸν ἄῤῥενα, ſcil. υἱὸν, ſicut additur ℣. 5. Ἔτεκεν υἱὸν ἄῤῥενα, peperit filium maſculum.

Sic in deſignatione *Vxoris*, *Filii*, *Matris*, &c. Matth. 1. ℣. 6. Ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου, ſcil. γυναικὸς, ex ea quæ fuerat Uriæ Uxor. Matth. 4. 21. Εἶδεν Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, vidit Jacobum (*Filium*) Zebedæi. Et cap. 10. ℣. 3. Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, Jacobus (*Filius*) Alphæi. Marc. 16. ℣. 1. Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου, Maria Jacobi *Mater*, prout exprimitur cap. 15. ℣. 40. Actor. 13. 22. Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, inveni Davidem (*filium*) Jeſſe. Rom. 16. ℣. 10. Ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου, ſcilicet οἰκετῶν ἢ οἰκείων, ex *Ariſtobuli domeſticis*.

III. Rarior eſt *Ellipſis Adjectivi*.

Luc. 18. ℣. 4. Ἐπὶ χρόνον, ſubaudi πολὺν, diu. *Homerus* addidit, Odyſſ. ο. ℣. 493.

Καδδραθέτην οὐ πολλὸν ἐπὶ χρόνον, ἀλλὰ μίνυνθα,
Dormiverunt non diu, ſed paululum.

Actor. 19. ℣. 6. Ἐλάλουν γλώσσαις, ſcil. ἑτέραις, (ut legitur Actor. 2. 4.) loquebantur linguîs peregrinîs.

Jac. 2. ℣. 14. Οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔριον, (pro τὸ ἐκβὰν τῆς αὔριον ἡμέρας,) non nôſtis quid futurum ſit poſtero die.

IV. Sæpe *Adjectivum Neutrum* conſtruitur cum *Subſtantivo Maſculino* aut *Fœminino*.

Matth. 6. ℣. 34. Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, *ſufficit diei vexatio ſua*. Ἀρκετὸν, ſcil. πρᾶγμα. Vide infra de *Dialectis* §. 27. Ἀνίκητον ἡ ἀλήθεια, *invicta res eſt veritas*. Subauditur χρῆμα, quod addit

Epictetus,

Epictetus, ubi ait: Ἀθάνατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια, καὶ ἀΐδιον, *Immortalis res & ſempiterna eſt veritas.*

Sæpe tamen *hæc Syntaxis negligitur*:

1. Petr. 4. ℣. 3. Ἀρκετὸς ὑμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι, *Sufficit vobis præterito vitæ tempore, quæ gentibus libent, perpetrâſſe.*

V. *Adjectivum Neutrum* interdum ponitur & conſtruitur *locô Subſtantivi*:

2. Corinth. 5. ℣. 17. Τὸ ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, *Leve*, (id eſt Levitas,) *afflictionis noſtræ*. Phil. 4. ℣. 5. Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω, *æquum*, (id eſt, ἐπιείκεια æquitas,) *veſtrum innoteſcat*. Vide infra de *Dialectis* §. 32.

VI. Id quod apud Latinos *Neutro* genere effertur, interdum exprimitur per *Genus Fœmininum*.

Matth. 21. 42. & Marc. 12. 11. Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, *A Domino factum eſt iſtud & eſt mirabile in oculis noſtris.* Vide *D. Bez.* & *Piſc.* in Matth. 21. 42. Joh. 17. 3. αὕτη (pro τοῦτο) ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωή. *Hæc* (res, vel hoc) *eſt vita æterna.* Conferatur ex Odyſſ. χ. ℣. 411.

Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ᾽ ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.

Non eſt fas (ὁσίη pro ὅσιον) *interfectis viris inſultare.*

Apud *Hebræos* hoc non eſt infrequens. Pſal. 27. ℣. 4. אחת שאלתי unam (rem, hoc eſt, unum petii. Iidem etiam *Maſculinum* interdum *adhibent.* Pſal. 119. 65. טוב עשית *Bonum feciſti cum ſervo tuo.*

VII. Sæpe *Subſtantivum* Adjectivo *non reſpondet Caſu*, ſed eleganter ponitur *in Genitivo Plurali*, ut:

Luc. 13. ℣. 10. Ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν, *in quadam Synagoga*. Actor. 4. ℣. 4. πολλοὶ τῶν ἀκουσάντων, *multi qui audierant*, pro πολλοὶ οἱ ἀκούσαντες, [uti legitur, Johan. 6. 60.] Et 26. 10. πολλοὺς τῶν ἁγίων ἐγὼ φυλακαῖς κατέκλεισα, *multos Sanctorum* ego carceribus incluſi. 2. Corinth. 12. ℣. 21. Καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, & lugeam *multos*, *qui ante peccârunt*. Intelligit hîc omnes, non aliquos. Matth. 11. ℣. 2. Πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, miſit *duos è Diſcipulis ſuis*. Matth. 14. 20. & 15. 37. Καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, & ſuſtulerunt *redundans fragmentorum*, id eſt, id quod ſuperfuerat ex fragmentis.

Sic *Hippocr*. Sect. 2. Aphor. 10. Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις, *Impura corpora* quò plus nutriveris, eò magis læſeris. *Theophraſtus* in Notis: Καὶ παρατεθεαμένος ἐξ ἀκριβείας πολλῆς τούς τε ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς φαύλους, *bonîs* item atque *improbîs hominibûs* diligentiſſimè circumſpectîs. *Euſeb*. Οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων, pro οἱ μάταιοι ἄνθρωποι, *Vani homines*. Hîc *Genitivus Partitivus* non habet locum; quia omnes ad unum Vani ſunt.

VIII. Interdum etiam occurrit *Anomalia Numeri*. Luc. 2. ℣. 13. Στρατιᾶς οὐρανίου αἰνούντων τὸν θεὸν exercitus Cœleſtis, laudantium DEUM. Αἰνούντων

pro αἰ-

pro αἰνέσης, ob nomen *Collectivum.* Et cap. 5. 2. Δύο πλοῖα, *duo navigia.* Et 9. ℣. 13. Δύο ἰχθύες, (pro ἰχθύε) *duo piſces.* Johan. 6. 9. Δύο ὀψάρια, *duos piſciculos.* Et 7. 49. Ἀλλ' ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον ἐπικατάρατοί εἰσι, *Sed turba hæc quæ non novit legem execrabilis eſt.* Actor. 5. 6. πλῆθος φέροντες pro φέρον, *turba adducens.* Et 19. ℣. 34. Ὥρας δύο, *horas duas.* 2. Corinth. 11. 6. Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει, ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες, (pro φανερωθεὶς) quòd ſi *rudis ſum ſermone,* non tamen *cognitione:* Sed *omnino facti ſumus manifeſti.*

IX. Perſæpe & eleganter *poſt Articulos* Præpoſitivos abſolutè poſitos *ſubintelligi ſolet* aliquod *Participium vel Nomen.*

Matth. 1. ℣. 6. Ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου, ſcil. γυναικὸς, ex Uriæ Uxore. Et 16. 23. Οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων, ſcil. ὄντα, *Non ſapis quæ ſunt* DEI, *ſed quæ ſunt hominum.* Et 22. 21. Ἀπόδοτε τὰ καίσαρος καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ, *reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt* DEI DEO. Luc. 24. 35. Τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, ſubaudi πεπραγμένα, *quæ in via geſta erant.* Rom. 11. ℣. 4. Τῇ βαάλ, ſcil. εἰκόνι, *Imagini Bahalis.* Rom. 16. ℣. 5. Καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν, ſcil. οὖσαν, & *Eccleſiam illam quæ in domo eorum eſt.* 1. Corinth. 13. 5. *Charitas non quærit* τὰ ἑαυτῆς, ſcilicet ὄντα, *ea quæ ſua ſunt.* 1. Corinth. 15. ℣. 23. Ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ, ſcilice ὄντες, deinde *qui ſunt Chriſti.*

Philip. 4. ꝟ. 22. Οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας, ſubaudi ὄντες, *qui ſunt ex Cæſaris aula*. Coloſſ. 3. ꝟ. 2. Τὰ ἄνω (ὄντα) φρονεῖτε, *ſuperna quærite*. Et cap. 4. ꝟ. 9. Τὰ ὧδε, *quæ hîc aguntur*, id eſt, *præſentia*. 1. Theſſ. 4. ꝟ. 12. πρὸς τοὺς ἔξω, ſcil. ὄντας, *erga extraneos*.

Sic ὁ πλησίον (ὤν) *proximus*. Luc. 10. ꝟ. 29. τοῦ πλησίον (ὄντος) *proximi*. Lev. 18. ꝟ. 20. τῷ πλησίον (ὄντι) *proximo*. Rom. 13. 10. τὸν πλησίον (ὄντα) *proximum*. Rom. 13. ꝟ. 9. ἡ πλησίον (οὖσα) *proxima*. Joſ. 12. ꝟ. 11.

Sic dicunt Græci οἱ πρὸ ἡμῶν, ſcil. γεγονότες *majores*.

Οἱ μεθ' ἡμᾶς, ſcil. ἐσόμενοι *poſteri*.

Ὁ ἐν τοῖς ἁγίοις, ſcilicet ὤν, *beatæ memoriæ*, qui etiam dicitur ὁ μακαρίτης.

Atque hæc eſt propria hujus vocis ſignificatio, de qua vide Lexicon Novi Teſtamenti, ubi explicatur ἔτυμον Adjectivi μακάριος.

Perperam alii Chriſtianos demortuos vocant *Divos*. Scriptura eos nominat beatos. Apoc. 14. 13. μακάριοι οἱ νεκροὶ, οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες, *beati illi mortui, qui Domini cauſâ moriuntur*, quo uno Epithero aliud auguſtius dari nequit.

X. *Anomalia generis* tam in *Articulis* quàm in *Pronominibus*, ſicut eſt elegantior ita & crebrior.

Matth. 1. ꝟ. 20. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, *Id enim quod in ea* (Maria) *genitum eſt*, eſt ex Spiritu Sancto. Hoc enunciatur de *Chriſto*.

Matth. 12.

Matth. 12. ℣. 6. τȣ̃ ἱερȣ̃ μεῖζόν ἐϛιν ὧδε, Templô *majus* (quid) eſt hîc. Multa tamen exemplaria hîc legunt μείζων. Matth. 18. ℣. 11. Venit filius hominis σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, ut ſervet *quod perierat*, videl. *homines electos*. Matth. 26. ℣. 26. τȣ̃τό ἐϛι τὸ σῶμά μȣ. *Hoc* eſt corpus meum. Ubi τȣ̃το ponitur pro ȣ̃τος, videl. ἄρτος, *panis*, cujus proximè fit mentio. Matth. 28. ℣. 19. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτȣ̀ς (pro αὐτά) *Diſcipulas facite omnes gentes, baptizantes eos*, ſcilicet ἀνθρώπȣς homines. Johan. 3. ℣. 6. τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐϛι, *Id quod genitum eſt*, (id eſt, homo qui genitus eſt) *ex carne* caro eſt, &c.

Johan. 15. ℣. 26. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἐκεῖνος, (pro ἐκεῖνο) μαρτυρήσει, *Spiritus veritatis ille teſtabitur*. Johan. 16. ℣. 13. Ὅταν δὲ ἐκεῖνος ἔλθῃ, *quum ille* (Spiritus) *venerit*.

Rom. 2. ℣. 26. ἐὰν ἡ ἀκροβυϛία, *ſi præputium jura legis obſervet*, ȣ̓χὶ ἡ ἀκροβυϛία αὐτȣ̃, (pro αὐτῆς) *nonne præputium illius* (præputiati) *pro circumciſione reputabitur?* Rom. 9. ℣. 23, 24. Ut notas faceret divitias gloriæ ſuæ ἐπὶ σκεύη ἐλέȣς, ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν. ȣ̔̀ς, (pro ἃ) καὶ ἐκάλεσεν, *erga vaſa miſericordiæ*, quæ præparavit ad gloriam. Quos (pro *quæ*) etiam vocavit.

Gal. 4. ℣. 19. τεκνία μȣ, ȣ̔̀ς (pro ἃ) πάλιν ὠδίνω, *filioli mei, quos iterum parturio*.

Epheſ. 1. ℣. 14. Ὅς (pro ὃ ſcil. πνεῦμα) ἐϛιν ἀῤῥαβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν, *qui* (Spiritus) *eſt arrhabo hæreditatis noſtræ*.

Epheſ. 5.

Epheſ. 5. ꝟ. 6. Μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις. διὰ ταῦτα γὰρ, (ſcilicet πράγματα) ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ, *Nemo vos ſeducat inanibûs ſermonibûs. Propter hæc* enim *venit ira* DEI, &c. Coloſſ. 2. 19. Καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν, ἐξ οὗ (pro ἐξ ἧς) πᾶν τὸ σῶμα ἐπιχορηγούμενον, *Neque retinens caput, ex quo totum corpus ſuppeditatum.* Philem. ꝟ. 10. περὶ τέκνου, ὃ [pro ὃν] ἐγέννησα, *pro Filio quem genui.* Hebr. 7. 7. Τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται, *Id quod minus eſt*, [hoc eſt, Is qui minor eſt] *à majori benedicitur.* 1. Johan. 5. ꝟ. 4 Πᾶν τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ θεοῦ, *Omne quod genitum eſt ex* DEO, [id eſt, quicunque genitus eſt ex DEO] *Vincit mundum.*

Anomalia ejuſmodi generis, apud alios quoque *Authores* occurrit. Ἰλιαδ. χ. ꝟ. 84.

Τῶν μνῆσαι, φίλε τέκνον, ἄμυνε δὲ δήϊον ἄνδρα,

Horum memento, *Chare fili*, fuge autem inimicum Virum.

Demoſth. Olynth. 2. ὁ μὲν [φίλιππος] δόξης ἐπιθυμεῖ, καὶ τοῦτο, [pro ταύτην] ἐζήλωκε, *Philippus gloriæ cupiditate ardet & ad hanc velîs remîſque contendit.*

XI. *Elegans eſt Articulorum trajectio, ubi ſingula ad ſua referenda ſunt articulata.* Clariùs: *Articulorum duorum prior remotiori* nomini *reſpondet, poſterior propinquiori*, ut:

Matth. 13. ꝟ. 5. Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; *Nonne hic eſt Fabri filius?* Johan. 5. 3. ἐκδεχομένων

τὴν τȣ̃ ὕδατος κίνησιν, *Exſpectantium aquæ motum.* Johan. 6. v. 51. Ἡ σάρξ μȣ ἐςὶν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τȣ̃ κόσμȣ ζωῆς, *caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita.* Actor. 24. 5. πρωτοςάτην τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως, *principem hæreſis Nazaræorum.* Rom. 13. v. 4. Ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι, *vindex ad iram ei, qui malum perpetraverit.* Rom. 16. v. 17. Τȣ̀ς τὰς διχοςασίας ποιȣ̃ντας, *diſſidiorum authores.* 2. Timoth. 4. 8. ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης σέφανος, [pro ὁ σέφανος τῆς δικαιοσύνης,] *repoſita eſt mihi juſtitiæ corona.* Hebr. 2. v. 18. Ἵνα διὰ τȣ̃ θανάτȣ καταργήσῃ τ̀ τὸ κράτος ἔχοντα τȣ̃ θανάτȣ, *ut per mortem aboleres eum, qui mortis habet imperium.*

XII *Rariùs ponitur unus Articulus*, ut:

Matth. 23. v. 2. Ἐπὶ τῆς μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν, pro ἐπὶ τῆς τȣ̃ μωσέως καθέδρας, *in Moſis cathedra ſedens.* Actor. 19. v. 3. Εἰς τὸ Ιωάννȣ βάπτισμα, pro εἰς τὸ τȣ̃ Ιωάννȣ βάπτισμα, *in Iohannis Baptizma.*

XIII. *Sæpè Attica illa Articuli trajectio negligitur*, ut:

Matth. 6. v. 22. Ὁ λύχνος τȣ̃ σώματος, *lumen corporis.* Et cap. 21. v. 12. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἱερὸν τȣ̃ θεȣ̃ καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιςῶν κατέςρεψε, *Et ingreſſus eſt in Templum Dei & menſas nummulariorum evertit.* Matth. 16. v. 3. τὸ πρόσωπον τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃, *facies cœli.* Matth. 19. v. 4. Ἡ βασιλεία τῶν ȣ̓ρανῶν, *regnum cœlorum.* Johan. 19. v. 15. Παρὰ τῷ ςαυρῷ τȣ̃

Ἰησȣ̃,

Ἰησοῦ, *apud crucem* Jesu. Act. 19. ℣. 6. Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, *Spiritus Sanctus.*

XIV. *Vnus Articulus* interdum *pluribus nominibus* inſervit, *quæ referuntur*,

1. *Ad idem ſubjectum*: 2. Corinth. 1. ℣. 3. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς καὶ ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως, *Benedictus ſit Deus ac Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater ille miſerationum & Deus omnis conſolationis.* Jud. ℣. 4. Τὸν μόνον δεσπότην θεὸν καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν ἀρνούμενοι, *ſolum illum herum Deum ac Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.*

2. *Ad res diverſas*: Matth. 21. ℣. 12. Καὶ ἐξέβαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας, *& ejecit omnes vendentes & ementes.* Conf. Marc. 11. 15. Luc. 19. ℣. 45.

XV. Aliquando *Articulus* prorſus *omittitur*, (Ἀνάρθρως προφέρεται)

1. *Ad vitandum ambiguitatem.* Marc. 5. ℣. 25. Γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος (pro ἡ οὖσα) mulier quæ erat in fluxione ſanguinis.

Rom. 11. ℣. 13. ἀπόστολος ἐθνῶν, Apoſtolus gentium. Ne videri poſſit certarum gentium fuiſſe Apoſtolus.

1. Pet. 1. ℣. 20. Πρὸ καταβολῆς κόσμου, ante jacta mundi fundamenta. Ne, ſi τοῦ additum fuiſſe, plures mundos innuere videretur.

2. *In interrogatione infinita*, ut: Luc. 10. ℣. 36. Τίς τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι; Quis horum trium tibi videtur proximus fuiſſe? πλησίον, pro ὁ πλησίον.

3. *In Numeralibus*, ut: Johan. 6. ℣. 9. Ἔστι παιδάριον ἓν ὧδε, ὃ ἔχει πέντε ἄρτους κριθίνους, eſt puerulus quidam hic, qui habet quinque panes hordeaceos. Luc. 9. ℣. 13. Οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ δύο ἰχθύες, non ſunt nobis plus quàm quinque panes & duo piſces.

At *additur*, ἐνδείξεως ἕνεκα, ut: Luc. 9. ℣. 16. Λαβὼν δὲ τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, cúm autem accepiſſet quinque illos panes & duos piſces. Luc. 15. ℣. 4. Τὰ ἐννενήκοντα, nonaginta oves, ſcilicet reliquas ex illis centum.

4. *In Titulis Librorum*, ut: Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, Euangelium ſecundùm Matthæum. Πράξεις τῶν ἀποστόλων, Acta Apoſtolorum. Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ θεολόγου, Revelatio Johannis Theologi. Γαληνοῦ ἅπαντα, Galeni opera omnia.

5. In *Inſcriptionibus Literarum* ſæpe omittitur: 1. Macc. 15. ℣. 2. Βασιλεὺς Ἀντίοχος Σίμωνι ἱερεῖ μεγάλῳ καὶ ἐθνάρχῃ καὶ ἔθνει Ἰουδαίων χαίρειν, *Rex Antiochus Simoni ſacerdoti magno & gentis principi, gentique Iudæorum ſalutem.* Et ℣. 16. Λούκιος ὕπατος Ῥωμαίων Πτολεμαίῳ βασιλεῖ χαίρειν, *Lucius Conſul Romanorum Ptolemæo Regi ſalutem.*

Sic, Πλάτων Δημοσθένει φιλοσόφῳ εὖ πράττειν, *Plato Demoſtheni Philoſopho bene agere.*

Additur etiam nonnunquam.

Act. 23. ℣. 26. Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν, *Claudius Lyſias potentiſſimo præſidi Felici Salutem.*

XVI. Cæterùm *varius Articuli præpoſitivi uſus* obſervetur:

1. *Reſtringit*, & eſt ἐμφατικὸς καὶ δεικτικὸς, hoc eſt, *rem certam ſignificanter notat*, ut: Matth. 1. v. 17. Πᾶσαι αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ, Omnes *iſtæ progenies* ab Abrahamo, ſcilicet, quarum Euangeliſta fecerat mentionem. Quaſdam enim ſilentio involvit. Matth. 1. ℣. 23. Ἰδοὺ ἡ παρθένος, *Ecce virgo illa.* Sic *Belg.* Siet de Maghet. Matth. 2. ℣. 2. Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς, *ubi eſt ille* (nuper) *natus Rex Iudæorum*? Et cap. 16. ℣. 16. Σὺ εἶ ὁ χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, *Tu es Chriſtus ille, Filius ille Dei viventis.* Luc. 2. v. 26. *Ipſum non viſurum mortem*, πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν χριστὸν κυρίου, *priuſquam vidiſſet Chriſtum illum Domini*, videlic. Patribus olim promiſſum. Luc. 22. ℣. 32. Μὴ φοβοῦ τὸ μικρὸν ποιμνίον, ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν, Ne metue *parve grex iſte*: Quia libuit Patri veſtro dare vobis *regnum illud*, ſcil. cœleſte. Johan. 1. v. 21. Ὁ προφήτης εἶ σύ; *Eſne tu ille Propheta?* Videl. in Veteri Teſtamento promiſſus, Deut. 18. v. 15. Conf. Actor. 3. v. 22 & 7. v. 37. Johan. 6. v. 32. Non Moſes dedit vobis, τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, *panem illum è cœlo*, ſive cœleſtem. Johan. 10. v. 11. Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, *Ego ſum Paſtor ille bonus*, vid. olim promiſſus. Ez. 34. v. 23.

Actor. 3.

Actor. 3. ℣. 14. Vos autem τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, *ſanctum illum & juſtum abnegâſtis.* Act. 9. ℣. 2. Ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας, ſi quos inveniſſet *hujus viæ*, id eſt, ſectæ. 1. Corinth. 3. v. 11. Fundamentum aliud nemo ponere poteſt, παρὰ τὸν κείμενον, *præter id quod poſitum eſt*, quod eſt Jeſus Chriſtus. Epheſ. 4. v. 13. Donec deveniamus, οἱ πάντες εἰς ἑνότητα τῆς πίστεως, *nos omnes* in unitatem fidei.

Τὸ ſpeciatim præponitur interdum *Vocibus*, vel *Sententiis*, quæ *Materialiter* accipiuntur, vel τεχνικῶς ἢ δεικτικῶς. Luc. 1. v. 62. Ἐνένευον τῷ πατρὶ αὐτοῦ, τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτόν, innuebant patri ejus, *quid vellet eum vocari.* Luc. 22. v. 2. Καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν, & quærebant primarii ſacerdotes & ſcribæ, *quomodo eum interimerent.* Et ℣. 4. Συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς στρατηγοῖς τὸ, πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς, collocutus eſt cum primariis ſacerdotibus & præfectis *de eo, quomodo ipſis eum proderet.* Et ℣. 23. καὶ αὐτοὶ ἤρξαντο συζητεῖν πρὸς ἑαυτοὺς τὸ, τίς ἄρα εἴη ἐξ αὐτῶν ὁ τοῦτο μέλλων πράσσειν. Et ipſi cœperunt mutuò quærere inter ſe *de eo, quis nempe ex ipſis hoc eſſet facturus.* Et ℣. 24. Ἐγένετο καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς τὸ, τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων, Orta eſt etiam contentio inter eos *de hoc, quis eorum videretur eſſe maximus.* Et ℣. 37. τοῦτο τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοὶ, τὸ, καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη, illud ſcriptum oportet perfici in me, *iſtud* (inquam) *Et cum ſceleratis numeratus eſt.* Rom. 13. ℣. 9. Τὸ γὰρ, οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις,

ὀ ψευδομαρτυρήσεις κ'λ, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν, Nam illud, Non mœchaberis, Non occides, Non furaberis, Non dices falſum teſtimonium, &c. *In hoc ſermone ſummatim comprehenditur, nempe*, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Conferatur. Matth. 19. ℣. 18.

Græci Lexicographi paſſim, τὸ illud adhibere ſolent. V. G. ἄναξ τὸ βασιλεύς, *rex*; ἀδολεσχέω τὸ φλυαρέω, *nugor*: Ἶφι τὸ ἰσχυρῶς, *fortiter*. Vide Lexicon Græcum *Phavorini*, &c.

Cæterùm *Ellipſeos Articuli* varia occurrunt exempla, Matth. 1. ℣. 11. & 5. ℣. 20. & 27. ℣. 9. Johan. 5. ℣. 36. Act. 7. ℣. 14, 16. Rom. 6. ℣. 5. 1. Johan. 2. ℣. 2. &c.

2. Eſt ἐξηγητικὸς, ut: Matth. 2. 6. Ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ, qui paſcet populum meum Iſraëlem. Marc. 15. 40. Ἡ μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ, ſcil. μήτηρ, Maria Jacobi parvi Mater. 1. Tim. 1. ℣. 1. τοῦ κυρίου, Ἰησοῦ χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, pro ὅς ἐστιν ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, Domini Jeſu Chriſti, *qui eſt ſpes noſtra*. *Iſocrat.* τὰς ἡδονὰς θήρευε, τὰς μετὰ δόξης, ſectare voluptates cum gloria conjunctas.

3. Eſt Ἀόριστος & *indefinitè* exponitur per *quidam*, *aliquis*. Luc. 8. 5. Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ, exivit *ſator quidam* ad ſerendum ſemen ſuum.

Quum omittitur Articulus, *Vox* quandoque *infinitè* capitur. Luc. 1. 34. Ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω (pro οὐκ ἔγνων, *Enallage temporis*) quandoquidem virum non novi. Virum, nempe quemcunque.

Sic

Sic in Hebræo. Exod. 23. ℣. 7. לֹא אַצְדִּיק רָשָׁע (LXX. ὀ δικαιώσεις τὸν ἀσεβῆ) non juſtificabo vel abſolvam *impium*, nempe quemcunque. In Hebræo ה omittitur.

4. *Subjectum* notat, ut: Matth. 21. ℣. 9. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος, Ille qui venit ſit benedictus. Johan. 1. ℣. 1. θεὸς ἦν ὁ λόγος, *ſermo* erat Deus. Idem cap. 4. ℣. 24. πνεῦμα ὁ θεὸς, *Deus* eſt Spiritus. Et cap. 20. ℣. 9. Μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες, Beati qui non viderunt, & crediderunt. Sic Rom. 3. ℣. 13. & cap. 11. ℣. 29. 1. Cor. 11. ℣. 3.

Interdum tamen additur *Prædicato*, inprimis quando *Pronomen demonſtrativum*, eſt locô ſubjecti.

Matth. 5. ℣. 13. ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς, *Vos eſtis Sal terræ.* Et ℣. 14. ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου, *Vos eſtis lux mundi.* Matth. 21. ℣. 38. Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, *hic eſt hæres.* Johan. 10. ℣. 7. Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων, *ego ſum oſtium illud ovium.* Epheſ. 3. ℣. 1. Ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος τοῦ χριστοῦ, *ego Paulus vinctus ille Chriſti.* 2. Corinth. 1. ℣. 21. Ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς χριστὸν θεὸς, *Deus eſt qui nos confirmat vobiſcum in Chriſtum.* Conf. 2. Cor. 5. v. 5.

Interdum tam *Subjecto* quàm *Prædicato* præponitur, ut: 2. Cor. 3. ℣. 17. Ὁ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν, *Dominus eſt Spiritus.*

5. Eſt ἀναφορικὸς & ponitur pro αὐτὸς, ἢ ὁ, ut: Matth. 1. v. 25. Sed non cognovit eam uſque dum peperit, τὸν υἱὸν αὐτῆς, τὸν πρωτότοκον, filium illum ſuum primogenitum, ſcilicet à ſe conceptum.

Matth. 2. ℣. 5. Οἱ δὲ εἶπον, pro αὐτοὶ δὲ εἶπον, illi verò dixerunt.

Matth. 2. v. 11. Εὗρον τὸ παιδίον, invenerunt *illum puerulum*, cujus in præcedentibus facta fuerat mentio.

1. Corinth. 5. v. 9. Scripſi vobis ἐν τῇ ἐπιστολῇ, id quod nonnulli accipiunt de alia quadam Epiſtola *Pauli*, plerique autem *de hac ipſa Epiſtola*. Res ipſa enim ſatis expreſſa eſt. ℣. 2. 7.

1. Johan. 5. v. 8. Καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι, & *hi tres* in unum conſentiunt. *Verſu* præcedente 7. additur demonſtrativum οὗτοι.

6. *Præponitur Infinitivo tanquam Nomini*, ut: Actor. 25. v. 11. Εἰ ἀδικῶ, οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν, ſi injuriâ quempiam affeci, &c. Non *recuſo mori*. Luc. 22. v. 15. Deſiderio deſideravi hoc Paſcha edere vobiſcum, πρὸ τοῦ με παθεῖν, *antequam ego patiar*. Philip. 1. v. 21. Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, mihi enim Chriſtus eſt vita, & mors lucrum. Τὸ ζῆν, pro ζωὴ, & τὸ ἀποθανεῖν, pro ὁ θάνατος. Et ℣. 29. ὑμῖν ἐχαρίσθη οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν, Vobis gratis datum eſt, non ſolùm in eum (Chriſtum) credere, ſed etiam pro eo pati. Et cap. 2. v. 13. Ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν, καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν, qui effecit in vobis & velle & agere. Hebr. 2. v. 15. διὰ παντὸς τοῦ ζῆν, *per omnem vitam*.

Demoſth. Olynth. 1. Τὸ φυλάξαι τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον, *Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.*

7. Τὸ

7. Τὸ interdum *idem valet* quod τοῦτο. Marc. 9. ℣. 23. Τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι, hoc ſi potes credere, omnia fieri poſſunt credenti.

8. *Articuli præpoſitivi* ponuntur etiam *locô Pronominis relativi*, αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτό.

Matth. 2. v. 5. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, *Illi* autem dixerunt ei. Et cap. 4. v. 20. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα, *Illi* verò ſtatim relinquentes retia. Luc. 5. ℣. 33. Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτὸν, *Illi* verò dixerunt ad eum. Luc. 6. v. 8. Ὁ δὲ ἀναστὰς ἔστη, *Ille* verò ſurgens ſtetit.

9. *Præponitur Participio* & tum vicem ſubit *poſtpoſitivi Articuli*, ut: Matth. 4. v. 16. Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος, (pro ὃς κάθηται) ἐν σκότει, populus qui ſedet in tenebris. Matth. 6. v. 18. Ὁ πατήρ σου, ὁ βλέπων, (pro ὃς βλέπει) ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ, Pater tuus, qui aſpicit in occulto, reddit tibi in propatulo.

Et contrà, *Poſtpoſitivus Articulus* interdum ponitur *locô Præpoſitivi* in *Diviſionibus*, ut: Matth. 13. ℣. 8. Καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα, & ediderunt fructum, *aliud* quidem centena, *aliud* verò ſexagena, *aliud* verò tricena. Rom. 14. v. 2. Ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὃς δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει, *alius* quidem credit veſci (licere) omnibus, *alius* autem infirmus edit olera. Confer. ℣. 5.

1. Corinth. 7. v. 7. Ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃ δὲ οὕτως, unuſquiſque proprium

donum habet ex Deo, *alius* quidem ita, *alius* autem ita. Et 11. ℣. 21. Ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει, hic quidem eſurit, ille verò ebrius eſt.

10. *Articulus Præpoſitus Adjectivo* Neutrius Generis *convertit* illud in *Subſtantivum*, ut: Rom. 2. ℣. 4. Τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ, pro ἡ χρηστότης τοῦ Θεοῦ, Dei benignitas. Vide infra plura *de Dialectis* num. 32.

Sic *ante Participium*. Philip. 3. ℣. 8. Διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ Ἰησοῦ, propter *eminentiam* notitiæ Chriſti Jeſu.

11. Præponitur *Pronominibus Poſſeſſivis*, ut: Johan. 1. ℣. 3. Ἡ κοινωνία ἡ ἡμετέρα, communio noſtra. Johan. 5. ℣. 30. Ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστὶ, ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, Judicium *meum* juſtum eſt, quia non quæro voluntatem *meam*. Johan. 7. ℣. 6. Ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτερος, *tempus* verò *veſtrum*.

12. *Pronomini Demonſtrativo* οὗτος, αὕτη, τοῦτο, ἐκεῖνος, αὐτὸς, Articulus *Poſtponitur*, rarò *Præponitur*. Actor. 18. v. 10. & cap. 22. v. 3. Ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, in hac urbe, pro ἐν ταύτῃ τῇ πόλει. Rom. 15. ℣. 23. Ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, pro ἐν τούτοις τοῖς κλίμασι, in his regionibus. 2. Tim. 4. ℣. 8. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, *in die illo*. Hebr. 10. v. 1. Οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα, non *ipſam* imaginem.

13. Τὸ Præpoſitum aliis vocibus facit ut accipiantur ἐπιρρηματικῶς, ut: Exod. 32. v. 7. Τὸ τάχος *citò*, idem quod ἐν τάχει vel ταχέως. Johan. 10. v. 40. Τὸ πρῶτον, *in Principio*, Ibidem. Τὸ κατ' ἀρχὴν idem. Actor. 4. v. 18. Τὸ καθόλου *prorſus*, *omninò*. 2. Corinth. 13. v. 2. Τὸ δεύτερον, idem quod, τὸ πάλιν,

ſecunda

ſecunda vice, iterum. Gal. 4. v. 13. Johan. 9. v. 8. Τὸ πρότερον, *prius.* Gal. 6. v. 17. Τὸ λοιπὸν, *cæterùm.* Hebr. 10. v. 13. de cætero. 1. Petr. 3. v. 8. Τὸ δὲ τέλος, denique.

Et viciſſim *Articulus, Adverbiis Præpoſitus, illa mutat in nomina.* Johan. 8. v. 23. Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ, vos *ex infernis locis* eſtis, ego *ex ſupernis* ſum.

2. Corinth. 4. v. 17. Τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, *Momentanea leviras* afflictionis noſtræ. Plura vide infra cap. 16.

14. Eleganter adhibetur pro Phraſi *quod attinet ad:* Actor. 2. v. 30. Τὸ κατὰ σάρκα, quod ad carnem attinet. Rom. 1. v. 15. Τὸ κατ' ἐμὲ, quod ad me attinet. Philip. 1. v. 29. Ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, Gratis datum eſt vobis in Chriſti negotio. Et cap. 4. v. 10. Ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, jam tandem reviruſtis in veſtra *pro me* cura. Hebr. 2. v. 17. Πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν θεὸν, fidus pontifex in iis quæ apud Deum agenda. Confer infra cap. 2. §. 13.

15. Cum particulis μὲν δὲ, *Articulus eſt diſtributivus.* Vide ſupra §. 7.

Philipp. 1. v. 16. Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν, οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, *alii* per contentionem Chriſtum annuntiant, *alii* ex charitate.

Ariſt. 1. Eth. cap. 6. §. 4. Τὸ μὲν ἁμαρτάνειν πολλαχῶς ἐστι. τὸ δὲ κατορθοῦν μοναχῶς, peccare quidem poſſumus multifariam, rectè autem agere non niſi uno modo.

Nazianz. Τὸ μὲν ἀληθὲς ἕν. Τὸ δὲ, ψεῦδος πολυειδές, omne *Verum* eſt unum; ſed mendacium varium.

Notetur etiam Matth. 28. ỽ. 17. Et quum vidiſſent eum adorârunt eum, οἱ δὲ ἐδίστασαν, *quidam autem dubitaverunt; ubi non præceſſit*, οἱ μὲν.

Pro ὃς ponitur ὁ. Ὃς μὲν πιστεύων, ὁ δὲ ἀσθενῶν, alius quidem credit, alius autem infirmus eſt. Rom. 14. ỽ. 2.

Sic ὁ pro ὃς legitur ὀδυσ. ψ. ỽ. 360.

Coronidis locô notentur *Obſervationes* ſeqq.

1. *Denominatur* interdum res non *ab eo* quod eſt, ſed ab eo *quod* vel *fuit* vel *futura eſt*.

Exempla Prioris: Matth. 10. ỽ. 3. Ματθαῖος ὁ τελώνης, Matthæus ille *publicanus*, ſcil. quia fuerat talis, cap. 9. ỽ. 9. Matth. 11. v. 5. Χωλοὶ περιπατοῦσι, κωφοὶ ἀκούουσι, *claudi* ambulant, *ſurdi* audiunt, ſcil. qui fuerunt claudi vel ſurdi. Matth. 21. v. 31. Οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι, *publicani* & *meretrices* (ſcil. qui fuerunt tales antequam reſipiſcerent) antecedunt vos in Regnum Dei.

Sic *Apoſtoli* vocantur οἱ δώδεκα, *duodecim illi*, etiam expunctô Judâ, 1. Corinth. 15. v. 5. Et *Rahab* (ἡ πόρνη) *meretrix illa* dicitur juſtificata ex operibus, Jac. 2. 25.

Exempla Poſterioris: *Chriſtus* Johan. 10. v. 16. vocat πρόβατα *oves*, homines nondum converſos, cùm adhuc lupi eſſent. (Conf. Johan. 11. v. 52.) Et *Paulus*, Epheſ. 5. v. 27. *Eccleſiam* vocat (ἔνδοξον, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα) *glorioſam*, non habentem

bentem maculam aut rugam, ſcil. quia talis in altera vita futura eſt.

2. *Idem Nomen* interdum in Novo Teſtamento *iteratur*, ad ſignificandum ἔμφασιν, *Partitionem*, &c. Matth. 27. v. 46. Θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; *Deus mi, Deus mi*, quare deſeruiſti me?

Marc. 6. v. 39. Juſſit ipſos accumbere συμπόσια, συμπόσια, *convivia, convivia*, id eſt, per convivia vel ſingulas convivantium claſſes. Et ꝟ. 40. Dicuntur recubuiſſe πρασιαὶ, πρασιαὶ, *areolæ, areolæ*, id eſt, ſigillatim per areolas. Sic ibidem ꝟ. 7. Ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο, δύο, cœpit illos mittere *duos, duos*, id eſt, binos.

CAP. II.

DE RELATIVO, nec non *Anomalia Generis* & *Numeri*.

I. R*Elativum* ſeu *Articulus Poſtpoſitivus* convenit caſu cum antecedente ſubſtantivo, nullâ habitâ ratione Verbi ſequentis, ut: Marc. 7. ꝟ. 13. Ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν, ᾗ παραδώκατε, irritum facientes ſermonem Dei traditione, quam tradidiſtis. Luc. 3. ꝟ. 19. περὶ πάντων, ὧν (pro ἃ) ἐποίησε, de omnibus quæ fecit. Luc. 5. 9. Ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων, ᾗ συνέλαβον, ſuper captura piſcium, quam ceperant, ᾗ pro ἥν. Johan. 2. 22. & cap. 4. ꝟ. 50. Ἐπίστευσε τῷ λόγῳ, ᾧ (pro ὃν) εἶπε, credidit ſermoni quem dixerat.

Johan. 4. v. 14. Ὃς δ᾽ ἂν πίῃ ἐκ ὕδατος οὗ, pro ὃ δώσω αὐτῷ, qui biberit ex aqua, quam ei dabo. Johan. 15. v. 20. Μνημονεύετε τοῦ λόγου οὗ ἐγὼ εἶπον ὑμῖν, memento te ſermonis illius, quem ego dixi vobis. Johan. 17. v. 5. Τῇ δόξῃ ᾗ, (pro ἣν) εἶχον, eâ gloriâ quam habui. Johan. 21. v. 10. Ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων, ὧν ἐπιάσατε νῦν, ὧν pro ἃ, adferte ex piſcibus, quos modò cepiſtis. Actor. 3. v. 25. Υἱοὶ, διαθήκης, ἧς, (pro ἣν) διέθετο, filii eſtis fœderis, quod Deus pepigit. Actor. 10. v. 29. Πάντων ὧν, (pro ἃ) ἐποίησεν, omnium quæ fecit. Actor. 17. ℣. 31. Ἐν ἀνδρὶ, ᾧ (pro ὃν) ὥρισε, per virum quem conſtituit. Actor. 22. v. 10. Περὶ πάντων, ὧν (pro ἃ) τέτακταί, de omnibus quæ conſtituta ſunt tibi. 1. Corinth. 6. v. 19. Τὸ σῶμα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, οὗ (pro ὃ) ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ, Corpus veſtrum eſt templum Spiritus Sancti, qui eſt in vobis, quem habetis à Deo.

Sæpe *cum nomine ſubintellecto.*

Rom. 4. v. 17. Κατέναντι οὗ ἐπίστευσε, pro κατέναντι Θεοῦ, ᾧ ἐπίστευσε, Coram eo, cui credidit Deo. Luc. 9. v. 36. Ἀπήγγειλαν οὐδὲν, ὧν (pro ἐκείνων ἃ) ἑωράκασι, Nihil renuntiarunt de iis, quæ viderunt. Plura *Exempla* paſſim occurrunt, ut Matthæi 18. ℣. 19. &c.

II. *Duriuſculus* quandoque videtur ille *Helleniſmus.*

Luc. 2. ℣. 20. Ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἤκουσαν, ſuper omnibus *quæ audierant.*

2. Corinth. 1.

2. Corinth. 1. ℣. 4. διὰ τῆς παρακλήσεως ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, eâ ipſâ conſolatione, *quâ nos conſolatur* Deus.

Epheſ. 1. v. 1. Ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, ἧς (pro ἣ) ἐκλήθητε, dignè ambulare vocatione, *quâ vocati eſtis.*

2. Theſſ. 1. v. 4. Ἐν ταῖς θλίψεσιν αἷς, (pro ὧν) ἀνέχεσθε, in afflictionibus, *quas ſuffertis.*

Nec ſemper obſervatur.

Johan. 13. v. 29. Ἀγόρασον (αὐτὰ) ὧν χρείαν ἔχομεν, Eme quibus nobis opus eſt. Rom. 10. v. 14. Πῶς πιστεύσουσιν οὗ οὐκ ἤκουσαν, pro πῶς πιστεύσουσιν αὐτῷ ὃ οὐκ ἤκουσαν; quomodo credent illi quem non audiverunt.

Hebr. 8. v. 2. Τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, Sanctuarii miniſter & veri illius tabernaculi, *quod fixit Dominus* & non homo. (ἣν pro ἧς.) Et cap. 9. ℣. 7. Οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει, non ſine ſanguine, *quem offert.*

III. *Rariùs Relativum* non *convenit genere* vel *numero*, *cum præcedente*, ſed *cum ſequente*, ut;

Marc. 12. ℣. 42. Et quum veniſſet quædam vidua pauper injecit λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης, minuta duo, *quod eſt quadrans*, (pro ἅ εἰσι.)

Galat. 3. ℣. 16. Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς (pro ὅ) ἐστι χριστός, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus.

Epheſ. 1. ℣. 14. Ὅς (pro ὅ, ſcilicet πνεῦμα) ἐστιν ἀρραβὼν, qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ.

Epheſ. 3. ℣. 13. Quapropter peto ne ſegnes fiatis ob afflictiones meas pro vobis, ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν, *quæ eſt gloria veſtra.* Epheſ. 6. ℣. 17. (Δέξασθε) τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὃ (pro ἥ) ἐστι ῥῆμα θεοῦ, apprehendite gladium Spiritus, *quod eſt* verbum *Dei.* 1. Timoth. 3. ℣. 15. Ἵνα εἰδῇς, πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις (pro ὅστις) ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος, ut nôris quomodo oporteat in domo Dei verſari, quæ eſt Eccleſia Dei viventis. 1. Corinth. 3. 17. Ὁ ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς, Templum Dei Sanctum eſt, quod eſtis vos.

IV. *Nomen* interdum *Subjungitur Relativo*, & *Caſu* cum eodem *convenit.*

Marci. 6. ℣. 16. Ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός ἐστιν, pro οὗτός ἐστιν Ἰωάννης, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, Hic eſt Johannes, quem ego decollavi. Rom. 6. ℣. 16. Gratia ſit Deo, quòd fuiſtis quidem ſervi peccati. Ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς, (pro τύπῳ διδαχῆς εἰς ὃν παρεδόθητε,) ſed ex corde auſcultâſtis ei formæ doctrinæ, in quam traditi eſtis.

Conferantur etiam *Exempla* ſeqq.

1. Corinth. 10. ℣. 16. Τὸν ἄρτον, (pro ὁ ἄρτος) ὃν κλῶμεν, panis quem frangimus, nonne communio eſt corporis Chriſti? Hic nomen ἄρτον per ἀντίπτωσιν convenit cum relativo ὅν.

1. Johan. 2. ℣. 25. Hæc illa promiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, τὴν ζωὴν αἰώνιον, pro ἡ ζωὴ αἰώνιος, vita æterna.

Sic apud

Sic apud *Virg.* Urbem, quam ſtatuo, veſtra eſt, ſubducite naves.

Et *Latinè* dicitur: Magiſtratum, quem non geſſerim, nullus eſt.

V. More Hebræorum ſæpe *Redundat Relativum*, ut:

Matth. 8. ℣. 1. Καταβάντι αὐτῷ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι, deſcendentem eum *ſequuta* eſt (*eum*) *turba.* Marc. 7. ℣. 25. Ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον, cujus filiola habebat Spiritum impurum. Hîc *redundat* αὐτῆς. Luc. 3. ℣. 17. Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, cujus ventilabtum in manu ipſius. Ubi *redundat* αὐτοῦ. Johan. 1. v. 27. Οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα, cujus ego non ſum dignus qui ſolvam corrigiam. Hîc *redundat* αὐτοῦ. Act. 15. ℣. 17. Ἐφ᾽ οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ᾽ αὐτούς, *ſuper quos invocatum eſt nomen meum.* Rom. 16. 27. Μόνῳ σοφῷ θεῷ ᾧ ἡ δόξα, *Soli ſapienti Deo* (cui) *ſit gloria.* Coloſſ. 4. v. 17. βλέπε τὴν διακονίαν ἵνα αὐτὴν πληροῖς, *Vide ut miniſterium impleas.*

Jacob. 4. v. 17. Εἰδότι καλὸν ποιεῖν καὶ μὴ ποιοῦντι ἁμαρτία αὐτῷ ἐστι, *Qui novit rectè facere & non facit, is peccati tenetur.*

1. Petr. 2. v. 24. Οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε, *cujus vibicibûs ſanati eſtis.* Ubi αὐτοῦ παρέλκει, ſive redundat. Apoc. 7. ℣. 9. Ὃν ἀριθμῆσαι αὐτὸν οὐδεὶς ἠδύνατο, *quem numerare nemò poſſit.*

De hoc *Pleonaſmo Relativi* vide infra plura Append. de Dialectis Novi Teſtamenti num. 82.

Interdum

Interdum *Nomen*, ad quod refertur relativum, poſt illud *repetitur*.

Matth. 26. ℣. 24. Καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, *Bonum fuiſſet ei, ſi non natus fuiſſet homo ille.*

VI. Notetur *Ellipſis*:

1. *Demonſtrativi*: Luc. 23. ℣. 41. Ἄξια ὧν ἐπράξαμεν (pro ἐκείνων ἃ ἐπράξαμεν) ἀπολαμβάνομεν, *digna factis recipimus.* Johan. 17. ℣. 9. Οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ, ἀλλὰ περὶ ὧν (pro ἐκείνων οὓς) δέδωκάς μοι, *Non pro mundo oro, ſed pro illis quos dediſti mihi.* Johan. 18. ℣. 9. Οὓς δέδωκάς μοι οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα, pro ἐξ ἐκείνων οὓς δέδωκάς μοι οὐκ ἀπώλεσα, *ex iis quos dediſti mihi non perdidi quenquam.* Rom. 6. ℣. 21. *Quem fructum habebatis tunc*, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε, (ſupple ἐξ ἐκείνων, *ex iis*) *de quibus erubeſcitis.*

2. *Relativi, qui*: 1. Johan. 3. ℣. 15. Οὐ καθὼς Κάϊν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν, Non ſicut Cain (qui) ex maligno erat.

3. *Relativi*, (αὐτὸς) *ille, ipſe*: Matth. 21. ℣. 7. Καὶ ἐπεκάθισαν (αὐτὸν) ἐπάνω αὐτῶν, *& collocarunt*, (ipſum) *ſuper ea*, ſcilicet veſtimenta.

Matth. 24. ℣. 33. Γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις, *ſcitote* (illum vid. Filium hominis ex ℣. 30.) *prope eſſe* (&) *ad fores.*

Johan. 3. ℣. 34. Οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα, *non* enim *ad menſuram dat* (illi) *Deus Spiritum.*

Actor. 13.

Actor. 13. ℣. 3. Καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἀπέλυσαν, &, *cùm impoſuiſſent manus illis*, dimiſerunt *eos*. 1. Corinth. 10. ℣. 9. Neque tentemus Chriſtum καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐπείρασαν, *ſicut quidam eorum tentarunt*, ſcil. *ipſum*.

VII. Itemque *Anomalia Numeri*.

Matth. 15. ℣. 8. Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, *appropinquat mihi hic populus ore ſuo*. Ubi pronomen Plurale refertur ad nomen Singulare collectivum. Act. 15. ℣. 36. *Inviſamus Fratres*, κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐν αἷς (pro ἐν ᾗ) ἀνηγγείλαμεν, *per omnem civitatem, in quibus annunciavimus*, &c. 2. Cor. 5. ℣. 19. *Deus erat in Chriſto*, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν, *mundum reconcilians ſibi, non imputando eis offenſas eorum*. Ubi αὐτοῖς, pro αὐτῷ & αὐτῶν, pro αὐτοῦ ponitur ob nomen collectivum κόσμος. Philipp. 3. v. 20. *Noſtra civitas eſt*, ἐν οὐρανοῖς, ἐξ οὗ (pro ἐξ ὧν, niſi ſubintelligamus τόπου) *in cœlis, unde expectamus*. 2. Petr. 3. ℣. 1. δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολὴν, ἐν αἷς, pro ἐν ᾗ, &c. Reſpicit ibi Epiſtolam utramque primam & ſecundam.

Talis ἀνωμαλία occurrit apud *Demoſth*. Olynth. 3. ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι, *populus enervatus*.

VIII. *Anomalia Generis* & *Numeri* interdum concurrit.

Johan. 17. ℣. 2. Ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον, dediſti

ei authoritatem in omnem carnem, *ut quotquot dediſti ei, det eis vitam æternam.* (Πᾶν ὃ pro πᾶσιν οὓς.) Actor. 5. v. 20. Loquimini populo πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης pro ταῦτα, *omnia verba vitæ*, hujus vel potiùs *omnia hæc verba vitæ*, hoc eſt, Euangelium, ex Johan. 6. v. 68.

Philipp. 2. v. 15. Ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν οἷς, pro ἐν ᾗ, ſcilicet γενεᾷ, *inter quos ſplendetis, ut faces.*

IX. *Animatorum Genera, Maſculinum & Fœmininum, conveniunt cum Maſculino Plurali, ceu digniori, ut:*

Luc. 1. v. 6. Ἦσαν δίκαιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, πορευόμενοι, &c. *Erant juſti ambo* (Zacharias & Elizabeth,) *in conſpectu Dei incedentes, &c.*

Luc. 2. v. 33. Καὶ ἦν Ἰωσήφ, καὶ (ἦν) ἡ μήτηρ αὐτοῦ θαυμάζοντες, Joſephus autem & Mater ejus admirabantur.

Jacob. 2. v. 15. Ἐὰν ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχωσι, ſi *Frater* aut *Soror nudi fuerint.*

Apoc. 5. v. 13. Τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα ἤκουσα λέγοντας, pro λέγοντα, ſcilicet creaturæ ſingulæ hîc introducuntur ceu Perſonæ.

X. *Inanimatorum verò Singularia cum Neutro Plurali, ut:*

2. Corinth. 13. verſu ultimo. Νῦν δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα. Nunc verò *manet Fides, Spes, Charitas*, hæc tria.

Epheſ. 5.

Epheſ. 5. ℣. 4. Αἰσχρότης καὶ μωρολογία, ἢ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα, *obſcœnitas & ſtultiloquium, & ſcurrilitas, quæ non conveniunt.* 2, Petr. 3. ℣. 13. Καινοὺς δὲ οὐρανοὺς, καὶ γῆν καινὴν κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ προσδοκῶμεν, ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ, *novos* autem *cœlos & terram novam juxta promiſſionem ejus exſpectamus, in quibus juſtitia habitat.* Ἐν οἷς, ſcil. οὐρανοῖς καὶ γῇ. Οἷς, hîc eſt Neutrius Generis.

XI. *Pronomina Primitiva eleganter ponuntur pro Poſſeſſivis, ut:*

Matth. 6. ℣. 9. Πάτερ ἡμῶν, pro πάτερ ἡμέτερε, Pater noſter.

Notetur elegans μετάθεσις, *ubi Pronomen primitivum, affixum Hebræorum referens, præponitur, ut:* Matth. 8. ℣. 8. Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, *non ſum dignus, ut ſub tectum meum ingrediaris.* Matth. 10. V. 30. Ὑμῶν αἱ τρίχες ἠριθμημέναι εἰσί, *capilli veſtri numerati ſunt.* Et cap. 12. V. 50. Αὐτός μου ἀδελφὸς, καὶ ἀδελφὴ, καὶ μήτηρ ἐστὶ, *is eſt meus Frater, & Soror, & Mater.* Et capit. 17. ℣. 15. Κύριε ἐλέησόν μου τὸν υἱόν, *Domine miſerere filii mei.* Et cap. 19. ℣. 21. Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, *vende quæ habes.*

Marc. 2. V. 9. Ἆρόν σου τὸν κράββατον, *attolle grabbatum tuum.*

Marc. 14. ℣. 3. Κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς, effuderat ſuper caput ejus. Et ℣. 8. προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα, occupavit ungere meum Corpus.

Luc. 2. ℣. 35. Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, *quin & tuam ipſius animam trajiciet gladius.* Luc. 7. ℣. 44. Εἰσῆλθόν σου εἰς τὴν οἰκίαν, *intravi domum tuam.* Et ℣. 45. Καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας, *deoſculans pedes meos.*

Joh. 4. ℣. 18. Quem nunc habes οὐκ ἔστι σου ἀνήρ, *non eſt Vir tuus.* Joh. 6. ℣. 54. Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, *qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam.* Joh. 9. v. 11. Ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμοὺς, *inunxit oculos meos.* Joh. 12. v. 47. Ἐάν τις μου ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων, *ſiquis audierit verba mea.* Joh. 15. ℣. 10. Μένω αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ, *maneo in ejus Patris Charitate.* Et cap. 16. v. 6. Ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν, *triſtitia implevit cor veſtrum.* Et cap. 17. ℣. 1. Δόξασόν σου τὸν υἱὸν, *glorifica Filium tuum.* Conf. ℣. 6. Et cap. 18. v. 37. πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς, *quiſquis eſt ex veritate, audit vocem meam.*

At Primitiva non poſſunt permutari, quoties Paſſivè capiuntur, ut:

2. Corinth. 10. v. 8. Καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν, non *ad deſtructionem veſtri.*

Hîc non licet dicere (prout in aliis id genus exemplis) καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν τὴν ὑμετέραν, non ad deſtructionem veſtram. Differunt enim *deſtructio veſtri*, & *deſtructio veſtra. Deſtructio veſtri*, quâ vos deſtruimini: *Deſtructio veſtra*, verò, quâ deſtruitis. Illud Paſſivè, hoc Activè accipitur.

XII. No-

XII. *Nomen* interdum vel *Pronomen abſolutè* poſitum reperitur.

Matth. 21. ℣. 42. Λίθον οὗτος ἐγενήθη, *quod ad lapidem attinet*, quem reprobârunt ædificatores, is factus eſt caput anguli.

Actor. 7. v. 40. Ὁ Μωσῆς οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ, *Moſes hic*, hoc eſt, Moſen quod attinet, neſcimus quid acciderit ipſi. Actor. 10. ℣. 36. Τὸν λόγον οὗτός ἐστι πάντων Κύριος, *quod attinet ad Sermonem*, quem miſit filiis Iſraël, hic eſt omnium Dominus. Et ℣. 38. Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς, *quod attinet ad Ieſum Nazarenum*, quomodo unxerit eum Deus.

Apoc. 2. v. 26. Καὶ ὁ νικῶν καὶ ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου, δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν, *nam quod attinet* ad eum qui vicerit & ſervaverit ad finem uſque opera mea, dabo ei poteſtatem in gentes. Apoc. 3. v. 12. Ὁ νικῶν ποιήσω αὐτὸν στύλον, *quod attinet ad eum* qui *vicerit*, faciam ut is ſit columna in templo Dei mei. Apoc. 6. v. 8. Καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ, *quod attinet ad illum* qui *ſedebat ſupra* eum, &c.

Pronominis abſolutè poſiti *Exemplum* occurrit. 1. Johan. 2. v. 20. Καὶ ὑμεῖς τὸ χρίσμα ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ὑμῖν μένει. Sed *vos* (*quod attinet*) unctio quam accepiſtis ab eo, in vobis manet. Conf. ſupra cap. 1. xv. §. 14.

XIII. *Pronomina* interdum reſpiciunt *remotiora*, *non autem propiora*, ad quæ videbantur referri poſſe.

 Matth. 16.

Matth. 16. v. 18. Σὺ εἶ πέτρος καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, tu es Petrus, & *ſuper hanc Petram* (ſcilicet quam tu confeſſus es) *ædificabo meam Eccleſiam*. Johan. 6. v. 50. Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος, *Hic eſt panis ille, qui è Cœlo deſcendit*; ubi οὗτος non refertur ad manna (de quo ℣. 49.) ſed *ad ipſum Chriſtum* ℣. 48. Actor. 4. v. 11. Οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενωθεὶς, *hic eſt lapis ille pro nihilo habitus*; ubi οὗτος non refertur ad nomen proximum ὑγιὴς, ſed ad Jeſum Chriſtum, cujus mentio præceſſit ℣. 10. Actor. 8. v. 26. Αὕτη ἐστὶν ἔρημος, hæc vel *quæ eſt deſerta*. Hæc referuntur non ad *Gazam* proximè præcedentem, ſed ad *viam*, cujus antea mentio facta. Angelus enim volebat Philippum viam minùs tritam inſiſtere. 2. Theſſ. 2. ℣. 9. Οὗ ἐστιν ἡ παρουσία, *cujus adventus eſt ex efficacia Satanæ*. Hæc non poſſunt referri ad Dominum, cujus proximè facta mentio, ſed ad *Antichriſtum*, cujus mentio præceſſit. Hebr. 12. v. 17. Καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτὴν, *quamvis cum lacrymis exquiſiviſſet eam*, ſcilicet εὐλογίαν *benedictionem*, non autem μετάνοιαν, cujus immediatè facta fuerat mentio.

XIV. *Pronomen refertur* ad *nomen præcedens*; interdum tamen ad *conſequens*.

Matth. 17. v. 18. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, & *increpavit illud Ieſus*, ubi αὐτῷ refertur ad δαιμόνιον, quod ſequitur, uti patet, tum ex re ipſa, tum ex collatione *Marci* & *Lucæ*.

XV. *Antecedens* ad quod Pronomen refertur *interdum non* diſertè *exprimitur*, ſed ex textu *eruendum eſt.*

Matth. 11. v. 25. Gloriam tibi tribuo, Pater domine cœli & terræ, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, quòd occultaveris *hæc* (ſcilicet myſteria regni cœlorum) ſapientibus & intelligentibus. Marc. 9. v. 44. 46. 48. Ὅπȣ ὁ σκώληξ αὐτῶν ȣ̓ τελευτᾷ, ubi *vermis eorum* (damnatorum in gehenna) non moritur. Marc. 14. v. 69. Ancilla cœpit dicere adſtantibus, ὅτι οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστι, hic eſt ex unus, *ex ipſis*, vid. Diſcipulis Nazareni Jeſu ℣. 67. Joh. 9. v. 22. Conſtituerant Judæi ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ χριστὸν, ſi quis *eum* (Jeſum ſcilicet) confiteretur eſſe Chriſtum, &c. Conf. Johan. 20. ℣. 15.

CAP. III.

DE RECTIONE SUBSTANTIVI.

I. S*Vbſtantivum regit Subſtantivum rei diverſæ in Genitivo caſu, ut;*

Lucæ 14. ℣. 17. Τῇ ὥρᾳ τȣ̃ δείπνȣ, *horâ Cœnæ.* Luc. 18. v. 16. Τοιȣ́των ἐστὶν ἡ βασιλεία τȣ̃ θεȣ̃, *talium* (nempe puerulorum) *eſt regnum Dei.*

Actor. 15. ℣. 1. Τῷ ἔθει Μωϋσέως, *ritu Moſis.* 1. Corinth. 3. v. 22. Πάντα ὑμῶν ἐστι. Ὑμεῖς δὲ χριστȣ̃. Χριστὸς δὲ Θεȣ̃. *Omnia veſtra ſunt*: VOS CHRISTI: CHRISTUS *verò* DEI.

1. Tim. 3. ℣. 15. Ἐκκλησία οἶκος θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, *Eccleſia eſt domus* Dei *viventis, columna & ſtabilimentum veritatis.*

1. Tim. 6. v. 10. Ῥίζα πάντων κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία, *radix omnium malorum eſt avaritia.*

II. *Genitivus ſæpè adjectivi locô eſt, ubi abſtractum ponitur pro concreto*, vide infra Appendic. de Dialect. num. 90.

Luc. 16. v. 8. Ὀικονόμον τῆς ἀδικίας, hoc eſt, οἰκονόμον ἄδικον, *œconomum injuſtitiæ*, id eſt, injuſtum, &c. Epheſ. 3. v. 11. Κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων, *ſecundum propoſitum ſeculorum*, id eſt, æternum. Epheſ. 4. v. 16. Διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, *per omnes commiſſuras ſuppeditationis*, id eſt, ſuppeditatas. Et ℣. 22. Κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, *ſecundùm cupitates ſeductionis*, id eſt, ſeductrices.

Philipp. 3. v. 21. Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, qui transfigurabit *corpus noſtrum humile*, ut fiat conforme *corpori ejus glorioſo*. Vide infra §. 5. 2.

III. *Dativus rariùs, per Hebraiſmum, pro Genitivo ponitur.* Vide infra libr. 3. Append. 4. de Dialectis. §. 99.

IV. Syntaxis *Rectionis* interdum adhibetur pro Syntaxi *Appoſitionis* & viciſſim.

Actor. 7. v. 36. 40. Ἐν γῇ Αἰγύπτου, *in regione Æpypti* pro Ægypto. Actor. 8. v. 5. Cùm deveniſſet εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, *in urbem Samariæ*, id eſt, Samariam. Marc. 3. v. 16. Καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα πέτρον, Et impoſuit Simoni *nomen Petrum*, id eſt, Petri.

V. *Infinitivus* ſæpe ponitur pro *Genitivo*, & explicatur per *Gerundium*.

Ruth. 2. v. 14. Ἤδη ὥρα τοῦ φαγεῖν, πρόσελθε δὴ ὧδε, quum eſt *tempus edendi*, accede tunc eò.

Luc. 22. v. 6. Ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν, quærebat *opportunitatem eum prodendi*. Et cap. 24. ℣. 25. Βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, *tardi corde ad credendum*, omnibus quæ loquuti ſunt Prophetæ. Phil. 1. v. 23. Ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, *deſiderio teneor revertendi*. Judæ ℣. 3. Ἀνάγκην ἔχον γράψαι (pro τοῦ γράψαι) ὑμῖν, *neceſſe habeo vobis ſcribere*. Apoc. 14. ℣. 15. Ὅτι ἦλθέ σοι ἡ ὥρα τοῦ θερίσαι, quia venit tibi *tempus metendi*.

VI. Ne verò quis putet omnes illos *Genitivos* eodem ſe habere modo, accuratè eos eſſe *diſcernendos* & *dignoſcendos*, Logicum lumen nos docet.

1. Nam datur *primò Genitivus efficientis*: Ut, 1. Samuel. 26. v. 13. Θάμβος Κυρίου, *pavor Domini*. Epheſ. 4. v. 18. Ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ, qui ſunt abalienati *à vita Dei*.

1. Tim. 1. v. 4. Οἰκοδομίαν θεοῦ, *ædificationem Dei*, ſcilicet quâ ædificat. Hebr. 6. v. 5. Θεοῦ ῥῆμα, *Dei verbum*. Jacob. 5. v. 4. Αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων, *clamores eorum qui meſſuerunt*. Et ✠. 14. Τέλος τοῦ κυρίου, *finem Domini*, hoc eſt, quem Dominus dedit. Et ✠. 15. Ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως, *preces fidei*, hoc eſt, ex fide ortæ.

2. *Genitivus inſtrumenti*. 2. Tim. 2. v. 8. Κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, ſecundùm Euangelium meum. Μου hîc *Genitivus inſtrumenti*, vel, alia conſideratione, *Adjuncti occupati*. Apocal. 12. v. 14. Τὴν πληγὴν τῆς μαχαίρας, *plagam gladii*, id eſt, per Gladium illatum. Gladius hîc eſt inſtrumentum.

3. Genitivus *Materiæ*, ut. Num. 35. v. 16. Ἐὰν δὲ ἐν σκεύει σιδήρου πατάξῃ αὐτόν. Si vero *inſtrumentô ferri* (hoc eſt ferreo) percuſſerit aliquem. Job. 4. ✠. 19. Οἰκίας πηλοῦ, in Hebr. *domos luti*, hoc eſt, domos luteas, οἰκίας πηλίνας. Job. 20. v. 24. Καὶ οὐ μὴ σωθῇ ἐκ χειρὸς σιδήρου, & non liberabitur *ex manu ferrea*.

In Novo Teſtamento ſæpe negligitur hic Hebraiſmus. Legimus enim:

Actor. 12. v. 10. Ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν, *ad portam ferream*. 2. Corinth. 3. v. 3. Ἐν πλαξὶ λιθίναις, *tabulis lapideis*. Et cap. 4. v. 7. Ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι, *in teſtaceis vaſculis*. Apoc. 2. v. 27. Ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, *virga ferrea*.

4. *Genitivus finis*. Matth. 21. v. 13. Ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς, domus mea, *domus eſt precum*.

1. Cor. 10.

1. Cor. 10. v. 16. Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, *poculum gratiarum actionis*, hoc eſt, Cœnæ dominicæ: Ubi eſt *Genitivus finis*. Propterea enim frequentamus Cœnam Domini, ut publicè Deo pro opere redemptionis agamus gratias. 2. Theſſ. 2. 9. Τέρασι ψεύδους, *prodigiis mendacii*, ſcilicet mendacii ſtabiliendi cauſâ editis.

5. *Genitivus effecti*. Prov. 29. v. 10. Ἄνδρες αἱμάτων, *Viri ſanguinum*, hoc eſt, Viri crudeliſſimi, qui effundunt ſanguinem.

Johan. 6. ℣. 48. Ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, *panis vitæ*, hoc eſt, ut ſequitur ℣. 51. Ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, *panis vivus* vel *vivificus*.

2. Corinth. 4. ℣. 13. Πνεῦμα τῆς πίστεως, *Spiritus fidei*, hoc eſt, qui creat fidem in animis electorum. Apocal. 13. ℣. 3. Ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου, *plaga mortis*, id eſt, lethalis.

6. *Genitivus Subjecti recipientis ad ſe*. Luc. 22. ℣. 41. Ἀπεσπάσθη ἀπ᾽ αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴν, abſceſſit ab iis, *ad jactum lapidis*. Lapis recipit ad ſe illum jactum, & motum. Eſt enim à vi externa.

7. *Subjecti loci*. Geneſ. 19. v. 4. Οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως, *Viri Civitatis*.

Matth. 24. v. 30. Πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, omnes *tribus terræ*.

8. *Subjecti recipientis in ſe*. Matth. 21. v. 21. Οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε, non ſolum hoc *quod factum eſt ficui*, facietis. Τὸ τῆς συκῆς, ſcil. πρᾶγμα. Hîc ergo ſubſtantivum ſubintelligitur.

Luc. 4.

Luc. 4. ℣. 22. Ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, ſuper *ſermonibus gratiæ*. Eph. 4. ℣. 16. Τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται, incrementum capit *Corpori conveniens*. Epheſ. 4. ℣. 18. Διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας, hoc eſt, διὰ τὴν καρδίαν τὴν πεπωρωμένην, (ſicut legimus Marc. 8. ℣. 17.) propter *duritiem cordis*.

Apoc. 14. ℣. 12. Ὧδε ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστί, hîc *tolerantia ſanctorum* eſt.

9. *Subjecti occupantis*. Eſaiæ. 42. ℣. 13. כְּאִישׁ מִלְחָמוֹת ὡς ἀνὴρ τῶν πολέμων, ut *Vir bellorum*, hoc eſt, bellicoſus. Matth. 9. ℣. 35. Prædicans τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, *Euangelium regni*, ſeu de regno Cœlorum. Matth. 10. ℣. 1. Dedit eis ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων, *poteſtatem Spirituum impurorum*, id eſt, ἐπὶ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα, in impuros Spiritus Luc. 9. v. 1. Matth. 12. ℣. 31. Ἡ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται, *Blaſphemia in Spiritum* non remittetur. Matth. 13. ℣. 19. Λόγος τῆς βασιλείας, *Sermo de regno*. Matth. 14. ℣. 1. Τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ, *famam de Ieſu*. Marc. 1. ℣. 1. Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, principium *Euangelii de Ieſu Chriſto*, prout hæc benè vertit, M. Lutherus. Marc. 11. ℣. 22. Ἔχετε πίστιν θεοῦ, *habete fidem Dei*, hoc eſt, quâ creditur Deo. Luc. 6. ℣. 12. Καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ θεοῦ, & noctem tranſigebat *in oratione ad Deum*. Act. 4. ℣. 9. De nobis hodie quæſtio habetur ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, *ſuper beneficentia hominis ægroti*, hoc eſt, in hominem ægrotum collata. Gal. 3. ℣. 22. Ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, promiſſio *ex fide Ieſu Chriſti*, hoc eſt, in Jeſum Chriſtum.

10. *Adjuncti adhærentis.* Geneſ. 6. ỽ. 4. אנשי השם ἄνδρες ὀνόματος, *Viri nominis* ſeu *famæ*, hoc eſt, celeberrimi. Græcè ἄνδρες ὀνομαστοί. Actor. 7. ỽ. 2. Ὁ θεὸς τῆς δόξης, *Deus* ille *gloriæ*, hoc eſt, Deus gloriâ & majeſtate plenus. *Gloriæ* eſt Genitivus *quaſi adjuncti.* Dico *quaſi adjuncti*, quia ad accuratè hæc explicanda, Dei ipſius Logica opus foret. Humana Logica hîc deficit. 1. Petr. 1. ỽ. 1. Παρεπιδήμοις διασπορᾶς, *advenis diſperſionis*, hoc eſt, diſperſis. Apoc. 18. ỽ. 14. Καὶ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας, & *fructus concupiſcentiæ*, hoc eſt, fructus concupiſcibiles ſeu deſiderabiles.

11. *Adjuncti locati.* 1. Regum 19. ỽ. 6. Καμψάκης ὕδατος, *poculum aquæ*, quam Latini voce Græcâ vocant *hydriam.* 2. Chron. 22. ỽ. 11. Ταμεῖον τῶν κλινῶν, *conclave lectorum.* Matth. 13. ỽ. 50. Εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς, *in caminum ignis.* Matth. 26. ỽ. 7. Mulier habens ἀλάβαστρον μύρου βαρυτίμου, *alabaſtrum unguenti gravis pretii*, id eſt, unguento tali plenum. Act. 2. ỽ. 2. Ὡσεὶ πυρὸς ſubaudi γλῶσσαι, tanquam *linguæ ignis*, hoc eſt, ignitæ.

12. *Adjuncti temporis.* Jonæ 4. v. 10. בן לילה υἱὸς τῆς νυκτὸς, *filius noctis*, hoc eſt, qui (ſcilicet ricinus) una nocte crevit.

13. *Adjuncti inhærentis.* Pſalm. 5. ỽ. 7. איש מרמה ἀνὴρ δόλου, hoc eſt, ἀνὴρ δόλιος, *Vir doloſus.*

Actor. 1. ỽ. 18. Ἐκ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀδικίας, ex mercede injuſtitiæ.

Hebr. 3. v. 12. Καρδία ἀπιστίας, pro καρδία ἄπιστος, cor infidele.

14. *Adjuncti*

14. *Adjuncti adhærentis & inhærentis ſimul.* Philipp. 3. v. 21. Σώματι τῆς δόξης, Corpori glorioſo.

15. *Adjuncti occupati.* Rom. 4. v. 13. Διὰ δικαιοσύνης τῆς πίστεως, per juſtitiam fidei, hoc eſt, circa quam apprehendendam fides occupatur.

16. *Adjuncti occupati & Objecti.* 1. Theſſ. 2. v. 13. Παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς τοῦ Θεοῦ, poſtquam accepiſtis ſermonem *auditus*, id eſt, quem audiviſtis, *Dei*, id eſt, de Deo.

17. *Relati.* Ut, Rom. 1. v. 1. Παῦλος, δοῦλος Ἰησοῦ χριστοῦ, Paulus, Servus Jeſu Chriſti. Servus & Dominus ſunt relata.

18. *Contrarii.* Ut, Matth. 10. v. 1. Ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων, *poteſtatem adverſus Spiritus Impuros.*

19. *Minoris.* Ut, Hebr. 9. v. 3. Σκηνὴ ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων, tabernaculum, quod dicitur *Sanctum Sanctorum.* 1. Regum 8. v. 27. Ὁ οὐρανὸς τῶν οὐρανῶν, *Cœlum cœlosum*, hoc eſt, ſummum Cœlum.

20. *Similis.* Ut, Luc. 1. v. 17. Ipſe præcedet in conſpectu ejus, ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει ἠλίου, *in Spiritu & virtute Eliæ*, id eſt, inſtructus donis Spiritus Sancti qualia fuerunt in Elia. 2. Petr. 2. v. 16. Subjugale mutum, ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον, quod loquutum *voce hominis*, id eſt, voci humanæ ſimili. Jud. ℣ 11. Τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, ingreſſi ſunt *viâ Cain*, id eſt, viâ Caïni viæ ſimili. Eodem ſenſu ibidem fit mentio, *erroris Balaami* & *contradictionis Core.*

21. *Mem-*

21. *Membri.* Ut, Actor. 37. v. 22. Ἀποβολὴ ψυχῆς οὐδεμία ἔςαι, *jactura animæ* nulla erit.

22. *Speciei.* Ut, Johan. 2. ℣. 21. loquebatur περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ, *de Templo Corporis ſui*; Et cap. 11. ℣. 13. περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου, *de dormitione ſomni.*

Rom. 4. ℣. 11. Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης, & *ſignum* accepit *circumciſionis*, ſigillum juſtitiæ. Signum eſt *Genus*, circumciſio verò *Species*.

23. *Integri.* Ut, Luc. 21. ℣. 24. Καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας, & cadent *acie gladii.* Acies eſt pars, gladius verò integrum. Sic 2. Petr. 3. ℣. 18. Εἰς ἡμέραν αἰῶνος, *in diem Ævi*, veniunt, in tempus ſempiternum. Apoc. 22. ℣. 2. Φύλλα τοῦ ξύλου, *folia arboris.*

24. *Generis.* Ut, Eſaiæ 41. ℣. 18. Ἕλη ὑδάτων, *paludes aquarum.* Matth. 8. ℣. 20. Ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, *filius hominis.* Johan. 12. ℣. 24. Κόκκος τοῦ σίτου, *granum frumenti.* Judæ ℣. 13. Ὁ ζόφος τοῦ σκότους, *caligo tenebrarum.*

VII. *Sæpe hîc occurrit hypallage Hebraica Genitivi.* Ut,

Matth. 13. ℣. 5. Marc. 4. ℣. 5. Διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς, quia non *habebant profundam terram.* Βάθος γῆς, pro γῆν βάθεος, *terram profunditatis*, hoc eſt, γῆν βαθεῖαν, *terram profundam.* Marc. 4. ℣. 19. Ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, pro ὁ πλοῦτος τῆς ἀπάτης, *divitiæ deceptionis*, hoc eſt, divitiæ deceptrices.

Luc. 1.

Luc. 1. v. 48. ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. Hypallage pro ἐπὶ τὴν δούλην τῆς ταπεινώσεως, hoc eſt, ἐπὶ τὴν δούλην αὐτοῦ τὴν ταπεινόφρονα, *quia reſpexit humilem ſuam ſervam.* Hujus Hypallages interpretationem illuſtrat locus, qui eſt Philipp. 3. v. 21. Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, qui *transfigurabit corpus noſtrum humile*, ut conforme fiat ejus *corpori glorioſo.*

Johan. 7. v. 35. Εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων, pro εἰς τοὺς Ἕλληνας τῆς διασπορᾶς, hoc eſt, εἰς Ἕλληνας τοὺς διεσπαρμένους ſeu διεσκορπισμένους, *ad Græcos diſperſos.* Confer. Johan. 11. ℣. 52. 1. Cor. 1. v. 21. Placuit Deo (διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος) *per ſtultitiam prædicationis*, id eſt, *per prædicationem* (hominum judiciô) *ſtultam* ſervare credentes. Gal. 3. ℣. 14. Ut acciperemus per fidem τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος, *promiſſionem Spiritus*, id eſt, Spiritum promiſſionis, vel Spiritum promiſſum. Galat. 4. ℣. 4. Poſtquam venit τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, *complementum temporis*, id eſt, tempus complementi vel completum. 1. Theſſalon. 1. v. 3. Indeſinenter commemorantes ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως, veſtrum *opus fidei*, id eſt, *veſtram fidem* operis vel *operoſam*, καὶ κόπου τῆς ἀγάπης & *laborem charitatis*, id eſt, charitatem laboris ſeu laborioſam καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος & *patientiam ſpei*, id eſt, ſpem patientiæ vel patientem. 2. Cor. 5. v. 1. Ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, ſi *terreſtris noſtra domus tabernaculi*, id eſt, ſi terreſtre hoc tabernaculum,

in quo

in quo, veluti in domo, habitamus, diſſolvatur. Epheſ. 4. ℣. 29. Πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, *ad ædificationem uſus*, id eſt, ad uſum ædificationis.

Coloſſ. 3. ℣. 24. Ἀπὸ κυρίου ἀπολήψεσθε τὴν ἀπόδοσιν τῆς κληρονομίας, à Domino reportabitis *mercedem hæreditatis*, hoc eſt, hæreditatem vitæ æternæ, tanquam mercedem. 2. Theſſ. 2. ℣. 7. Μυστήριον τῆς ἀνομίας, *myſterium iniquitatis*, hoc eſt, iniquitas occulta, velata. Velum eſt nomen Eccleſiæ, quod Antichriſtus jactitat. Vide de hac voce Lexicon Novi Teſtamenti. 2. Theſſalon. 2. ℣. 11. Ἐνέργειαν πλάνης, pro πλάνην ἐνεργείας, id eſt, ἐνεργουμένην, *errorem efficacem*. Hebr. 6. ℣. 10. Ἐπιλαθέσθαι τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, oblivisci *laborioſæ Charitatis*. Τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, pro τῆς ἀγάπης τοῦ κόπου, hoc eſt, τῆς ἀγάπης κοπώδους, Charitatis laborioſæ, hoc eſt, quâ quis facilè delaſſari poſſit. *Plautina* hæc eſt Phraſis, in Aſin: Hominem labore *delaſſatum* totam noctem ſtertere. Apoc. 17. ℣. 1. Κρίμα τῆς πόρνης, *damnationem meretricis*, pro meretricem damnationis, hoc eſt, damnatiſſimam illam meretricem. Et cap. 18. v. 3. Mercatores terræ ditati ſunt, ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς, *ex potentia laſciviæ*, hoc eſt, laſcivia potente ejus.

CAP. IV.

DE RECTIONE COMPARATIVI ET SUPERLATIVI.

I*Nitium faciemus à Gradibus, ſeu ab Adjectivis Quantitatis.*

Comparativus ac Superlativus regunt Genitivum, & hic Pluralem. Ut, Luc. 12. v. 23. Ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς. πλεῖον, ſcilicet πρᾶγμα. *Vita eſt res præſtantior alimentô.* Johan. 1. v. 15. Μείζω τούτων ὄψει, *majora hîſce videbis.* Johan. 15. v. 13. Μείζονα ταύτης ἀγάπης οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων, *majorem hâc dilectione nemo habet, quàm iſtam, ut quiſpiam vitam ponat pro amicis.* Hîc ἢ nota Comparationis ſubintelligitur. 1. Corinth. 15. ℣. 8. Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, *Ego* enim *ſum minimus Apoſtolorum.* 2. Petr. 2. v. 20. Γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων, *facta eſt ultima eorum conditio deterior priore.* Hebr 11. ℣. 26. Μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ, majores ducens divitias probrum Chriſti, quàm Ægypti Theſauros.

Pindarus Pyth. od. 1. Κρέσσων οἰκτιρμῶν φθόνος, potior commiſeratione invidia. Joh. 3. ℣. 4. Μειζοτέραν τούτων οὐκ ἔχω, ἵνα ἀκούω τὰ ἐμὰ τέκνα ἐν ἀληθείᾳ περιπατοῦντα, *majus* iſtis *gaudium non habeo,* (quàm) *ut audiam filios meos ſincerè incedere.* Hîc ſubauditur ἢ & περιπατοῦντα ponitur Atticè pro περιπατεῖν.

Exprimitur verò Particula ἢ, ſeu ἤπερ, *& Comparativum indicat.* Marc. 9. ℣. 43. Καλόν σοι ἐστὶ κυλλὸν εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ τὰς δύο χεῖρας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν. Καλὸν pro κάλλιον vel καλὸν μᾶλλον, ut ℣. 42. *Satius tibi eſt mancum in vitam ingredi, quàm duas manus habentem abjici in gehennam.* Johan. 12. ℣. 43. Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, *dilexerunt* enim *gloriam hominum*

potiùs,

potiùs, quàm gloriam Dei. Exemplar quoddam hîc, habet ὑπὲρ pro ἤπερ, ſed mendoſè, quamvis idem prorſus maneat ſenſus. 1. Corinth. 14. ℣. 5. Μείζων ὁ προφητεύων, ἢ ὁ λαλῶν, *major eſt qui Prophetat,* (hoc eſt, Prophetas interpretatur) *quàm qui loquitur,* ſcilicet linguis. *Res enim verbis ſunt potiores.*

Παρὰ, ὑπὲρ *Comparativum indicant.* Vide infra Præpoſitiones.

Quandoque μᾶλλον *per Pleonaſmum additur.* Ut, Actor. 20. v. 35. Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν, *beatius eſt dare, quàm accipere.* Marc. 7. 36. μᾶλλον περισσότερον, pro τοσούτῳ περισσότερον, *tantò magis.* 2. Corinth. 7. ℣. 13. περισσοτέρως δὲ μᾶλλον, *at longè magis.* Philipp. 1. ℣. 23. πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον, *nam id valde multò melius.*

III. *Enallage gradus hic notanda eſt.*

1. Enallage *Poſitivi* pro *Comparativo,* & *Comparativi* pro *Superlativo.*

Matth. 8. ℣. 12. Εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, pro τὸ ἔξωτατον, *in extimas tenebras.* Matth. 11. ℣. 11. Ὁ δὲ μικρότερος, (pro μικρότατος) Sed *qui eſt minimus in regno cœlorum,* major eſt eo, vid. Johanne. Matth. 13. ℣. 32. Ὃ μικρότερόν ἐστι τῶν σπερμάτων, ὅταν αὐξηθῇ μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστι, *Granum ſinapis,* quod *minus,* (id eſt, minimum) eſt ſeminum, cùm creverit *majus* (id eſt, maximum) eſt olerum. Matth. 18. ℣. 1. Τίς ἄρα μείζων ἐστὶν, *quis major,* (id eſt, μέγιστος maximus) *eſt in regno cœlorum?*

Matth. 18. ℣. 8. Καλόν σοι, pro κρεῖττον ἢ ἄμεινόν σοι, *melius eſt tibi in vitam ingredi claudum.*

Matth. 27. ℣. 23. Οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον, *at vehementius vociferabantur.* Περισσῶς pro περισσοτέρως. Marc. 4. ℣. 31. Μικρότερος πάντων, *minimus omnium.* Luc. 10. v. 42. Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς, *Maria* verò *meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Ἀγαθὴν pro κρείττω. Ratio comparationis eſt in illis verbis, *quæ non auferetur ab ea.* Luc. 22. v. 24. Μείζων pro μέγιστος, *maximus.*

Johan. 2. v. 10. Πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, *omnes primò generoſius vinum apponunt.* Τὸν καλὸν οἶνον, pro τὸν κρείττω, uti ex voce oppoſita τοῦ ἐλάσσω, quæ continuè ſequitur, manifeſtè apparet.

1. Corinth. 12. v. 22. Μέλη ἀσθενέστερα pro ἀσθενέστατα, *infirmiſſima membra.* 1. Corinth. 13. v. 3. Μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. Μείζων pro μεγίστη, *maxima harum charitas. Regit hîc Comparativus*, ſicut & Luc. 9. v. 46. 48. *Genitivum Pluralem*, quia pro Superlativo adhibetur.

1. Timoth. 4. v. 1. Ἐν ὑστέροις (pro ὑστάτοις) καιροῖς, *in poſtremis temporibus.*

2. *Pariter ſe habent Adverbia.* Ut, Matth. 26. ℣. 60. Ὕστερον pro ὕστατα, poſtremò. 1. Corinth. 14. ℣. 1. Μᾶλλον ponitur pro μάλιστα, *maximè.*

3. *Viciſſim datur Enallage Superlativi pro Comparativo.* Ut, Johan. 1. v. 15. Πρῶτός μου ἦν, pro πρότερός μου, *prior me erat.* Et cap. 15. v. 18. Ὁ κόσμος ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν, (pro πρότερον ἢ ὑμᾶς) μεμίσηκεν, *mundus*

mundus me prius quàm vos odio habuit. 1. Corinth. 14. ℣. 30. Si verò alii revelatum fuerit ſedenti, ὁ πρῶτος σιγάτω, *primus*, (id eſt, ὁ πρότερος *prior*) *taceat.* 1. Johan. 4. v. 19. Nos diligimus eum, quoniam *ipſe* πρῶτος ἠγάπησεν ἡμᾶς, *primus*, (id eſt, prior) *dilexit nos.* Apoc. 13. v. 12. Τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρώτου θηρίου, *poteſtatem primæ*, (id eſt, prioris) *beſtiæ.*

Ariſt. Τὰ ἄῤῥενα κυήματα κινητικώτατά, (pro κινητικώτερά) ἐστιν, maſculi in utero magis ſe movent, quàm fœmellæ.

4. *Enallage Comparativi pro Poſitivo.* Ut, Act. 17. ℣. 21. Καινότερόν τι, pro καινόν τι, *novi aliquid.*

Act. 24. ℣. 22. Ἀκριβέστερον, pro ἀκριβῶς, *accuratè.* Act. 25. v. 10. Σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις. Κάλλιον, pro καλῶς, *tu probè noſti.*

Interdum ἐλλείπει Nomen quod regitur. Ut, Luc. 5. v. 39. Ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστι, ſubaudi, τοῦ νέου, vetus (vinum) utilius eſt novô.

IV. *Gradus Superlativus, quem Græci* ὑπερθετικὸν *vocant, Variè ab ipſis indicatur, idque more Hebræorum, qui hoc gradu carent.*

Refero hæc ad *Syntaxin*, quòd plures unâ concurrant voces. Si quis putet ad Etymologiam *pleraque* pertinere, non admodùm repugnavero. *Exemplîs res evadet clarior.* Atque hîc non ſemper tam Grammatica ſpectanda eſt comparatio, quàm ipſarum rerum, verbi gratiâ: Matth. 13. v. 46. Πολύτιμος, pretioſiſſimus. Marc. 14. v. 3. πολυτελὴς, idem. Epheſ. 13. v. 10. πολυποίκιλος σοφία τοῦ θεοῦ, *admodùm varia ſapientia Dei.*

Jacob. 5. v. 11. Πολύσπλαγχνος, *qui eſt multæ commiſerationis*, ſenſu eſt Superlativi gradus, q. d. ἐλεημονέστατος, *miſericordiſſimus*. Verùm in ſeqq. *modos duodecim* quibus *Superlativus* in Novo indicatur Teſtamento, oſtendemus.

1. Superlativus *ſine Periphraſi* in Novo Teſtamento rariùs occurrit. V. G.

Matth. 5. v. 19. Ἐλάχιστος κληθήσεται, *minimus* vocabitur.

Πλεῖστος à πολὺς. Matth. 21. v. 8. Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν, *plurima* autem *turba* ſtraverunt.

Luc. 6. v. 36. Καὶ υἱοὶ τοῦ ὑψίστου ἔσεσθε, & eritis Filii Altiſſimi. Act. 24. v. 3. Κράτιστε Φῆλιξ, Præſtantiſſime Felix.

Κράτιστε τῶν ἄλλων. Hîc intelligitur Genit. Plural. Ejuſmodi *Ellipſes* ſunt in ſeqq. complures. Ratio enim ipſa nobis dictitat, non poſſe eſſe ejuſmodi comparationem, niſi inter complures. Ergo, aut exprimuntur, inter quos inſtituitur Comparatio, aut ſubintelliguntur.

Actor. 26. v. 5. Κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν, *ſecundùm exquiſitiſſimam* illam *ſectam*. 1. Corinth. 15. v. 9. Ἐγώ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, *Ego ſum minimus Apoſtolorum*. Judæ v. 20. Τῇ ἁγιωτάτῃ ἡμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες ἑαυτοὺς, *ſanctiſſimæ noſtræ fidei*, ſuperſtruentes vos ipſos. Apoc. 21. v. 11. Λίθος τιμιώτατος, *pretioſiſſimus lapis*.

Plato libr. 7. de LL. ὁ δὲ παῖς πάντων θηρίων ἐστὶ δυσμεταχειριστότατον, *puer omnium animalium* eſt *maximè intractabile*.

2. *Super-*

2. *Superlativum innuit vocis ejuſdem aut* συνωνύμε *ingeminatio vel Rectio.* Apoc. 4. v. 8. Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, hoc eſt, ἁγιώτατος, *Sanctiſſimus*. Sic (ut ſimilî explicemus.) Joh. 1. v. 52. Ἀμὴν ἀμὴν, idem quod ἀληθῶς, ἀληθῶς, hoc eſt, ἀληθέστατα, *veriſſimè*. 1. Johan. 4. v. 3. Ἤδη νῦν *jam nunc*, ἐμφατικῶς, ἀντὶ τοῦ, μάλιστα νῦν, *maximè nunc*.

Sic Ιλιαδ. ι. 317. Νωλεμὲς αἰεὶ, *ſemper*, *ſemper*, hoc eſt, πυκνότατα, frequentiſſimè.

Ιλιαδ. β. 8. Βάσκ' ἴθι, *abi abi*, hoc eſt, ὅτι τάχιστα ὕπαγε, *quam ocyſſimè hinc te proripe*.

Nec tantùm Adjectivi ſed etiam Subſtantivi repetitio hîc locum habet. Ut, Matth. 7. v. 22. Κύριε, κύριε, Domine, Domine.

Rectionis vocis ejuſdem exempla vide infra §. 8.

Rectio Synonymi:

Pſalm. 40. v. 3. מטיט היון, *è luto cœni*, id eſt, cœnoſo. Zach. 10. v. 1. מטר גשם pluviam imbris, id eſt, abundantiam pluviæ.

Judæ ṽ. 13. Οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς τὸν αἰῶνα τετήρηται, quibus *caligo tenebrarum*, (hoc eſt, denſiſſima vel tenebricoſiſſima) in æternum ſervata eſt. Conf. 2. Petr. 2. v. 17.

Interdum tamen *Rectio Synonymi* vel *cognati* vocabuli *Superlativum non innuit*. Rom. 1. v. 23. Mutârunt gloriam incorruptibilis Dei, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, *in ſimilitudine imaginis*, id eſt, in efformatam imaginem corruptibilis hominis. 2. Corinth. 5. v. 1. Ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους, ſi diſſolutum fuerit terreſtris noſtra *domus*

tabernaculi, id eſt, tabernaculum hoc, in quo; veluti domo, habitamus.

3. *Sicut apud Hebræos* מאד *indicat Superlativum, ita apud Græcos* λίαν, σφόδρα, μάλα, καθ' ὑπερβολὴν, πάνυ, &c.

Geneſ. 1. ℣. 31. Καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν, *& ecce erant* (quæ Deus creaverat) *valde bona*, hoc eſt, optima, nempe in ſuo genere. Matth. 2. ℣. 10. Ἐχάρησαν χαρὰν σφόδρα μεγάλην, *gaviſi ſunt gaudiô magnô valdè*, hoc eſt, maximô. Matth. 4. ℣. 8. Εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν. hoc eſt, εἰς ὄρος ὑψηλότατον, *in montem altiſſimum*. Matth. 8. ℣. 28. Λίαν χαλεποὶ, *ſævi valde*, hoc eſt, χαλεπώτατοι, ſæviſſimi. Marc. 9. ℣. 3. Λευκὰ λίαν, hoc eſt, λευκότατα, *candidiſſima*, ſcilicet erant veſtimenta Chriſti, in ejus glorificatione. Marc. 16. ℣. 2. Λίαν πρωῒ, *valde mane*, hoc eſt, ſummo mane, primô diluculô. Et ℣. 4. Ἦν γὰρ μέγας σφόδρα, nam erat *maximus* (lapis.) Rom. 7. ℣. 23. Καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς, *maximè peccans*. 2. Corinth. 4. ℣. 17. Καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, id eſt, juxta *Eraſm. mirè ſupra modum*. 2. Cor. 11. ℣. 5. Λογίζομαι μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπερλίαν Ἀποστόλων, *puto me nihilo inferiorem fuiſſe ſummîs Apoſtolîs*. 2. Corinth. 12. ℣. 7. Τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων, *excellentiâ revelationum*, id eſt, ſupereminentiſſimîs revelationibûs. 2. Corinth. 12. ℣. 11. Ὑπὲρ τῶν λίαν ἀποστόλων, *ſummîs Apoſtolîs*. Epheſ. 3. ℣. 20. Τῷ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπερεκπερισσοῦ, illi qui poteſt facere *ſuper omnia ſumma cum exuperantia*, &c.

Sic in illo Verſuum antiquiſſimo, quem vice proverbii celebratum teſtatur *Aul. Gell.* libr 2. cap. 6.

Πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπε, id eſt, *Sæpe etiam eſt olitor valde opportuna locutus.*

Μάλα καίριον, *valde opportunum*, pro καιριώτατον, *opportuniſſimum.*

4. *Adjectivum* regens nomen *cum præpoſitione*, ἐν (ב) *Superlativè* ſumitur. Luc. 1. ℣. 28. Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, *benedicta tu es inter mulieres*, hoc eſt, tu Maria omnium mulierum es benedictiſſima. Singularis hæc eſt *Superlativi* ratio apud Hebræos. Sic Proverb. 30. ℣. 30. ליש גבור בבהמה ad verbum λέων ἰσχυρὸς ἐν θηρίοις, Leo *fortis in beſtiis*, hoc eſt, ἰσχυρότατος ἐστι, *fortiſſimus eſt beſtiarum.* Cantic. 1. ℣. 7. היפה בנשים ἡ καλὴ ἐν γυναιξὶν, *pulcra es inter Mulieres*, hoc eſt, tu omnium Mulierum es pulcerrima. Hobadiæ ℣. 2. הנה קטן נתתיך בגוים ἰδοὺ ὀλιγοστὸν δέδωκά σε ἐν τοῖς ἔθνεσι. *Ecce parvum te conſtitui inter gentes*, hoc eſt, *minimum.*

Exempla plura vide in *Theſ. Buxt.* libr. 2. cap. 3. Reg. 6.

5. Vox DEI indicat *Superlativum* & *excellentiam.* Ut, Actor. 7. ℣. 10. Ἀστεῖος τῷ θεῷ, *venuſtus Deo*, hoc eſt, ἀστειότατος ἦν, venuſtiſſimus erat. 2. Corinth. 10. ℣. 4. Δυνατὰ τῷ θεῷ, hoc eſt, δυνατώτατα; *validiſſima.* Sic Jonæ. 3. ℣. 3. נינוה היתה עיר גדולה לאלהים. Νινευὶ ἦν πόλις μεγάλη τῷ θεῷ. *Nineve fuit Civitas magna Deo*, hoc eſt, *maxima.*

2. Tim. 3. ℣. 17. Ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, *homo Dei*, & 1. Tim. 6. ℣. 11. Σὺ δὲ ὦ ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ ταῦτα φεῦγε, tu verò, ô *homo Dei*, iſta fuge. Sic 1. Chron. 23. ℣. 14. Moſes dicitur ἄνθρωπος θεοῦ, *Vir Dei*, hoc eſt, legatus Dei, miſſus ad annunciandum Dei voluntatem.

Cedri altiſſimæ dicuntur Pſalm. 80. ℣. 11. ארזי אל αἱ κέδροι τοῦ θεοῦ, *cedri Dei*, ut Pſalm. 36. ℣. 7. Montes altiſſimi הררי אל ὄρη θεοῦ, *montes Dei*.

Act. 6. ℣. 15. Εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου, viderunt faciem ejus, quaſi *faciem Angeli*, hoc eſt, tanquam pulcerrimam faciem. Pari ratione optimus ſuaviſſimuſque panis vocatur,

Pſalm. 78. ℣. 25. לחם אבירים, *panis robuſtorum*, id eſt, angelorum, hoc eſt, qualem vel angeli comederent, ſi quem comederent. 1. Corinth. 13. ℣. 1. Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ſi *linguîs* hominum loquar & *Angelorum*.

Hunc Hebraïſmum imitati videntur *Poëtæ* Græci, qui tamen Hebraïcè neſciverunt.

Homero Odyſſ. α. ℣. 332. *Penelope* dicitur δῖα γυναικῶν, hoc eſt, Mulierum præſtantiſſima.

Et *Heſiodo* Ἀσπ. ℣. 338. *Minerva* δῖα θεάων, hoc eſt, dearum præſtantiſſima.

Ἰλιαδ. α. ℣. 1. ἀνδρὲς Ἀχαιοῦς.

Θεσπεσίη ἔχε φύζα.

Sed *Achivos*.

Maxima inceſſit fugiendi *cupiditas*.

Θεσπεσίη,

Θεσπεσίη, id eſt, μεγίστη, vel, juxta *Didymum*, πολλὴ φύζα, hoc eſt, φυγὴ μετὰ δέους, *fuga cum timore* maximo.

6. Contrà ᾅδης notat *miſerrimam conditionem*. Matth. 11. ℣. 23. Καὶ σὺ καπερναοὺμ ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ, & tu Capernaum, quæ es uſque ad cœlum ſublata, *uſque ad inferos* detraheris. Confer Eſaiæ 14. ℣. 15. Obadiæ ℣. 4. Amoſi 9. ℣. 2.

7. Præpoſitiones ὑπὲρ, περὶ, indicant Superlativum, inprimis in compoſitione. Ut, Luc. 16. ℣. 8. Φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς, *filii hujus ſeculi prudentiores filiîs lucis*, hoc eſt, in rebus hujus mundi ſunt omnium prudentiſſimi.

Pſalm. 19. ℣. 11. מתוקים מדבש γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι, *dulciora melle*.

Matth. 16. v. 38. Περίλυπος, *valde triſtis*, hoc eſt, triſtiſſimus.

Marc. 7. v. 37. Ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο, *maxima percellebantur admiratione*.

Luc. 1. v. 51. 2. Timoth. 3. v. 4. Ὑπερήφανος, *longè ſuperbiſſimus*. Propriè, qui ſupra alios vult eminere, & apparere, hoc eſt, ut Mœonides loquitur,

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. 2. Corinth. 7. v. 4. Ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ, *Superabundo gaudiô*, hoc eſt, maximâ perfuſus ſum lætitiâ. Galat. 1. v. 14. Προέκοπτον ὑπὲρ πολλοὺς, *profeci ſupra multos*, hoc eſt, maximè profeci. Epheſ. 2. ℣. 7. Τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον, *ſummas opes*, &c.

1. Tim. 5.

1. Tim. 5. ℣. 13. Περίεργος, *valde negotioſus*; hoc eſt, negotioſiſſimus. In malam partem accipitur & idem eſt quod πολυπράγμων. 2. Petr. 2. ℣. 18. Υ'πέρογκος, *prætumidus*, hoc eſt, ſuperbiſſimus. Sic 2. Corinth. 12. ℣. 7. Υ'περαίρωμαι, *ſupra modum efferar*, hoc eſt, ne evadam inſolentiſſimus.

8. *Subſtantivum ſeipſum vel aliud* συνώνυμον *Genitivô regens, Superlativam locutionem non ſine Emphaſi denotat.* Geneſ. 9. ℣. 25. עבד עבדים Aquil. δοῦλος, δούλων, Chamus erit *ſervus ſervorum*, hoc eſt, ſummâ, longiſſimâ & viliſſimâ ſervitute premetur. Deut. 1. v. 17. אלהי האלהים θεὸς τῶν θεῶν, Dominus eſt *Deus Deorum*. 1. Regum 8. v. 27. שמי השמים ὁ οὐρανὸς τῶν οὐρανῶν, *cœlum cœlorum*, hoc eſt, ſummum cœlum, quod ab Apoſtolo, (2. Corinth. 12. v. 2.) vocatur tertium. Sic Cant. 1. v. 1. שיר השירים, ᾆσμα ᾀσμάτων, *canticum canticorum*, hoc eſt, Præſtantiſſimum Canticum.

1. Timoth. 1. v. 17. Εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, *in ſecula ſeculorum*, hoc eſt, in omnem æternitatem. Apocal. 17. v. 14. & 19. v. 16. Filius Dei D. N. dicitur βασιλεὺς βασιλέων, καὶ κύριος κυρίων, *Rex Regum & dominus dominantium*, hoc eſt, ſummus Rex, cui data eſt omnis poteſtas in Cœlo & in Terra.

9. *Genitivus Pluralis apud Hebræos vim habet Superlativi gradus.* Ut, Daniel. 10. v. 11. Δανιὴλ ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν, *Daniel vir deſideriorum*, hoc eſt, maximè deſiderabilis.

Judæ ỹ. 18. Κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀσεβειῶν, *ſecundùm cupiditates impietatum*, hoc eſt, ſecundùm cupiditates impiiſſimas, ſi ita liceret loqui.

10. Ὁ *Articulus Præpoſitivus* ſæpè etiam *Superlativum* indicat. Ut, Johan. 1. v. 21. Ὁ προφήτης εἶ σύ; Eſne tu *ille Propheta?* qui eſt Propheta Prophetarum, vel *ſummus Propheta*, hoc eſt, qui eſt Meſſias, de quo Prophetavit Moſes. Deuter. 18. v. 15. Sic apud *Hebræos* ה præfixum. Jon. 4. v. 11. Nineve העיר הגדולה, *Civitati illi magnæ*, id eſt, maximæ. Græc. τῆς πόλεως τῆς μεγάλης.

11. Itemque *negatio contrarii*. Matth. 2. v. 6. Et tu Bethlehem terra Juda οὐδαμῶς ἐλαχίστη, *nequaquam minima*, id eſt, μεγίστη, *maxima* es.

12. *Idem fit, quum collatio inſtituitur cum Stellis, aut arena Maris.* Ut, Apocal. 20. v. 8. Ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, quorum numerus eſt, *ſicut arena Maris*, hoc eſt maximus, ſeu innumerabilis. Sic Ιλιαδ. 1. v. 385.

Οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε,

Neque ſi mihi tantum (opum) *daret, quantum arenæ & pulveris eſt.*

VIII. *Gradibus, inprimis* Comparativo, *conveniunt etiam ſua adverbia*, ὅσῳ, πόσῳ, τοσούτῳ, *quantò*, πολλῷ πολὺ *multò*. At ſoli Superlativo conveniunt ὡς, ὅτι *quàm*.

Hebr. 8. v. 6. Νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τετύχηκε λειτουργίας, ὅσῳ καὶ κρείττονός ἐστι διαθήκης μεσίτης, at nunc *noſter ille Pontifex tantò præſtantius* miniſterium ſortitus eſt, *quantò* præſtantioris pacti eſt mediator.

Hebr. 10. v. 29. Πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος; *quantò*, putatis, acerbiori ſupplicio dignus cenſebitur, qui Filium Dei conculcarit, & ſanguinem federis profanaverit?

2. Corinth. 3. v. 11. Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον διὰ δόξης, πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον ἐν δόξῃ. Nam ſi id quod aboletur, fuit glorioſum; *multò magis* eſt *glorioſum* id quod manet.

Hebr. 1. v. 4. Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ᾽ αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα, tantò præſtantior factus Angelîs, *quantò excellentius nomen* præ illis ſortitus eſt.

1. Petr. 1. v. 7. Ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως πολὺ τιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου, εὑρεθῇ εἰς ἔπαινον καὶ τιμὴν καὶ δόξαν, ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ χριστοῦ, ut exploratio fidei veſtræ *multò pretioſior exploratione* auri, quod perit, tamen per ignem exploratur, comperiatur vobis eſſe laudi & honori & gloriæ, quum patefiet Jeſus Chriſtus.

CAP. V.

DE ADJECTIVIS REGENTIBUS GENITIVUM.

1. *Adjectiva partitiva regunt Genitivum Pluralem.* Ut, Matth. 26. v. 22. Ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ ἕκαστος αὐτῶν, μήτι ἐγώ εἰμι κύριε; cœperunt *ſinguli eorum* ei dicere; Num ego ſum Domine?

Matth. 11.

Matth. 11. v. 2. & Marc. 14. v. 13. Ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν, mittit *duos ex Diſcipulis*. Luc. 19. v. 30. Οὐδεὶς ἀνθρώπων, *nullus hominum*. Actor. 4. v. 7. Μηδενὶ ἀνθρώπων λέγειν, *nulli mortalium* dicere. Et cap. 15. v. 17. Οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων, *reliqui homines*. Rom. 14. v. 7. Οὐδεὶς ὑμῶν ἑαυτῷ ζῇ, *nemo veſtrûm* ſibi ipſi vivit. Rom. 15. v. 2. Ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ θεῷ, *unuſquiſque noſtrûm* de ſe ipſo reddet rationem Deo. 1. Corinth. 1. v. 14. Οὐδένα ὑμῶν ἐβάπτισα, *nullum veſtrûm baptizavi*. 1. Corinth. 15. v. 38. Καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα (θεὸς δίδωσι,) *ſingulis ſeminibus* proprium corpus dat Deus.

Sic Hippocrat. Οἱ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν γίγνονται ἐκ χολῆς, *plurimæ febres* oriuntur ex bile.

Cum Præpoſitione, ἐκ, ἐξ. Johan. 8. v. 46. Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; *Quis ex vobis* arguit me de peccato? Johan. 21. v. 2. Ἄλλοι ἐκ τῶν μαθητῶν, *alii ex Diſcipulis*. Actor. 27. v. 22. Ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν, amiſſio enim nulla erit *ex vobis*.

2. *Adjectiva copiæ, Participationis, dignitatis, accuſationis, aut contrà, Genitivum adſciſcunt.*

Copiæ. Johan. 19. v. 29. Σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστόν, vas illic erat poſitum *plenum aceto*. Actor. 5. v. 3. Πλήρεις πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας, *plenos Spiritu Sancto & Sapientia*. Actor. 9. v. 36. Πλήρης ἐλεημοσυνῶν, ὧν ἐποίει, *dives Eleemoſynis*, quas erogabat. Jacob. 3. v. 8. Μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου, lingua *plena veneno* mortifero.

Partici-

Participationis. 2. Corinth. 1. v. 7. Εἰδότες ὅτι ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως, ut qui ſciamus vos, ſicut *participes* eritis *Perpeſſionum*, ita etiam participes fore *Conſolationis*. Epheſ. 2. v. 12. Ξένοι τῶν διαθηκῶν ἐπαγγελίας, *extraneus à pactis* promiſſionis. 2. Petr. 1. v. 4. Θείας κοινωνοὶ φύσεως, *divinæ participes naturæ.*

Dignitatis. 1. Tim. 5. v. 18. Ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ, *dignus* eſt operarius *mercede ſua.*

1. Corinth. 6. v. 2. Εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται, (pro κριθήσεται) ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων; ſi per vos judicabitur mundus num *indigni eſtis minimis judiciis?*

1. Timoth. 6. v. 1. Τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν, heros ſuos *omni dignentur honore.*

Hebr. 11. v. 38. Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, *quibus indignus* erat hic mundus.

Ponitur quandoque Infinitivus pro Genitivo. Ut, 1. Corinth. 16. v. 4. Ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, ſi verò fuerit res digna, ut & ipſe proficiſcar. Apocal. 5. v. 12. Ἄξιος εἶ λαβεῖν, (pro τοῦ λαβεῖν) τὴν δόξαν καὶ τιμὴν, *dignus es qui accipias* gloriam & honorem.

Accuſationis. Matth. 26. v. 66. Ἔνοχος θανάτου ἐστὶ, *reus mortis eſt.* Marc. 3. v. 29. Ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως, *damnas eſt æterni judicii.*

Ἔνοχος (ſicut & ὑπεύθυνος,) *Dativum* etiam adſciſcit. Ut, Matth. 5. v. 21. Ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει, *reus* erit *judicii.*

Intercedit interdum Præpoſitio ἀπὸ. Matthæi 27. ℣. 24. Ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος δικαίου τούτου, *innoxius* ego ſum *à ſanguine hujus juſti.*

3. *Huc pertinent quoque Adjectiva notitiæ, ſtudii ſeu deſiderii, dominatus, potentiæ, pretii, & ſimilia.* 2. Macc. 10. ℣. 17. Ἐγκρατεῖς ἐγένοντο τῶν τόπων, *compotes* facti ſunt *locorum.* Tob. 5. ℣. 8. Εἰ ἔμπειρος εἶ τῶν τόπων; an *peritus es locorum illorum?* Hebr. 5. ℣. 13. Ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης, *rudis ſermonis juſtitiæ.*

Ariſtot. Ἄπειροι τῶν ὀνομάτων παραλογίζονται, imperiti & ignari nominum captioſè diſputant. Scilicet in diſputatione non prætermittenda eſt vocis notatio, nec non ὁμωνυμίας enodatio, ne in ſenſu vocis ambiguitas orta tenebras offundat ipſi diſſertationi. Idem, ἄπειρος τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων ὁ νέος, *Iuvenis* eſt *imperitus negotiorum*, quæ in vita occurrunt.

Nazianz. Διψαλέος αἵματος, *ſitiens Sanguinis.*

Lucian. Φιλομαθὴς τῶν ἑλληνικῶν μαθημάτων, *Græcis Literis deditus.* Idem, πόσου νῦν ὁ πυρὸς ἐστιν ὤνιος; *Quanti* nunc *venale eſt triticum?*

Sic Verbalia in τὸς, κος. Johan. 6. v. 45. Διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, *docti à Deo.* Θεοδίδακτοι. Matth. 11. v. 11. Γεννητοὶ γυναικῶν, *nati mulierum*, id eſt, ex mulieribus.

Sic paſſim legimus in Vet. Teſtamento נאם יהוה, *dictum* DOMINI, hoc eſt, à DOMINO.

1. Macc. 5. v. 4. Καὶ οὗτοι διδακτοὶ πολέμου, & hi erant *periti rei militaris.*

Baſil. Ἀγαθὸς ὁ θεὸς καὶ ἀγαθῶν ἐστι παρεκτικὸς, Deus bonus eſt & *bonorum largitor.*

Jacob. 1. v. 13. Ὁ γὰρ θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, *Deus malîs tentari non poteſt.* 2. Petr. 2. v. 14. Ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, *qui à peccatis deſiſtere nequeunt.*

Lucianus. Ἀναίσθητος ὀδύνης, *ſenſu doloris carens.*

4. *Quædam Adjectiva regunt Genitivum, ita ut ſubaudiatur* ἕνεκα. Ut, Μακάριοι τῆς δικαιοσύνης, *beati ſunt juſtitiæ cauſâ.* Sic Latinè, *Viri eximia virtute, ſcilicet præditi.*

Conferatur Matth. 5. v. 10. Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, *beati perſecutione preſſi juſtitiæ cauſâ*, &c. 1. Petr. 3. v. 14. Εἰ καὶ πάσχοιτε διὰ δικαιοσύνην, μακάριοι, ſi patiamini *propter juſtitiam*, beati eſtis.

Huic Syntaxi affinis eſt illa Phraſis, quâ Petrus utitur. 2. Epiſt. 3. v. 9. Οὐ βραδύνει κύριος τῆς ἐπαγγελίας, (ſcilicet ἕνεκα) *non tardat Dominus, quod ad promiſſionem attinet.* Οὐ βραδύνει, hoc eſt, οὐ βραδύς ἐστι.

Cap. VI.

DE ADJECTIVIS REGENTIBUS DATIVUM.

1. *ADjectiva, Commodi, Facilitatis, Similitudinis, Aptitudinis, Æqualitatis, aut contra, aſciſcunt Dativum.*

Commodi.

Commodi. Tit. 2. v. 11. Ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις. *Illuxit* enim *gratia illa Dei ſalutifera quibuſvis hominibus.*

Tit. 3. v. 8. Ταῦτά, (ſcilicet προΐστασθαι καλῶν ἔργων) ἐστὶ τὰ καλὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις, *iſta ſunt bona & utilia hominibus*, ſcilicet, præire bene agendo. Sir. cap. 7. v. 23. Εἰ ἔστι σοι χρήσιμα, ἐμμενέτω σοι, *Si* (pecora) *utilia ſunt tibi, permaneant tibi.*

Aliquando accedit Præpoſitio πρὸς, εἰς, &c. 1. Tim. 4. v. 8. Ἡ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστι, *pietas ad omnia utilis eſt.* Sap. 13. v. 11. Κατεσκεύασε χρήσιμον σκεῦος εἰς ὑπηρεσίαν ζωῆς, *conſtruxit inſtrumentum utile ad miniſterium vitæ.*

Facilitatis. Linus:

Ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν,
Facilia omnia Deo perfectu, & impoſſibile nihil.

Marc. 9. v. 23. Πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι, *omnia ſunt poſſibilia credenti.*

Cum Præpoſitione: Luc. 18. v. 27. Πάντα δυνατὰ ἐστι παρὰ τῷ θεῷ, *omnia ſunt poſſibilia apud Deum.*

Sic Conſtruuntur, βαρὺς *gravis*, χαλεπός, *difficilis*, &c.

Actor. 9. v. 5. Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν, *durum fuerit tibi contra ſtimulos calcitrare.*

Aptitudinis. 1. Corinth. 7. v. 35. Πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ (verbotenus) ut *decenter* & *adhærenter* (ſi ita liceret loqui) *Domino.*

Quandoque Præpoſitione εἰς *indicatur Dativus.* Ut, Luc. 14. v. 35. Οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστι, *neque ſterquilinio aptum eſt*, ſcilicet Sal.

At Jacob. 2. v. 16. Ἐπιτήδεια τοῦ σώματος, pro ἐπιτήδεια τῷ σώματι, *quæ ſunt apta corpori.*

Similitudinis. Matth. 11. v. 16. Ὁμοία (ἡ γενεὰ αὕτη) ἐστὶ παιδαρίοις, *ſimilis eſt hæc gens puerulis.*

Actor. 14. v. 15. Καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῖν ἄνθρωποι, *& nos ſumus homines iiſdem quibus vos obnoxii affectionibus.*

Galat. 5. v. 21. Καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, *& his ſimilia.*

At ὅμοιος *ſemel* in Novo Teſtamento *cum Genitivo.* Joh. 8. v. 55. Καὶ ἐὰν εἴπω, ὅτι οὐκ οἶδα αὐτὸν, ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν ψεύστης, *& ſi dixero, quòd eum non noverim, ero ſimilis veſtri, id eſt, ero mendax.* Sic Sir. 48, v. 4. Τίς ὅμοιός σου καυχᾶσθαι, *quis par tibi ut glorietur?*

Æqualitatis. Matth. 20. v. 21. Καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας, *& pares nobis illos feciſti.* Heſiod. Ἐργ. v. 350.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ᾽ ἄτῃσι,

Ne malè lucreris, mala lucra æqualia damnis.

Hanc Syntaxin imitatur etiam ἱκανὸς, ut. 1. Corinth. 2. v. 6. Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη, *ſufficit iſtiuſmodi homini hæc increpatio.*

2. *Adjectiva Paſſivæ ſignificationis, itemque compoſita cum Voculis* ὁμοῦ, σὺν, *Dativum poſtulant.* Ut, Marc. 14. v. 44. Σύσσημον αὐτοῖς, *commune inter eos ſignum.* Johan. 8. v. 29. Ἀρεστὰ αὐτῷ ποιῶ, *grata illi facio.*

Actorum 1. v. 19. Γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι, *innotuit omnibus.*

Actor. 15. v. 18. Γνωςὰ ἀπ' αἰῶνός ἐςι τῷ θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτῦ, *nota ſunt Deo ab æterno omnia opera ipſius.*
Actor. 16. v. 15. Εἰ κεκρίκατέ με πιςὴν κυρίῳ, εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκόν μου μείνατε, *ſi judicaſtis me fidelem eſſe Domino, ingreſſi domum meam, manete.*

Philipp. 3. v. 21. Σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης, *conforme corpori glorioſo.*

Herodot. Τῷ πάππῳ ὁμώνυμος, *idem cum Avo nomen habet.*

Sæpe tamen *Genitivum* etiam admittunt. Luc. 1. v. 36. Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου, *Elizabet cognata tua.* Et ỳ. 68. Καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς, *& cognati ejus.*

3. *Dativus Subjecti, cauſæ, inſtrumenti aut modi etiam ab Adjectivis regitur.* Ut, Matth. 5. v. 3. Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, *beati pauperes Spiritu.* Et ỳ. 8. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, *beati mundi corde.*

Luc. 19. v. 3. Ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν, *quòd ſtaturâ parvus eſſet.*

Actor. 14. v. 4. Ἀδύνατος τοῖς ποσὶν, *captus pedibus.* Rom. 4. v. 19. Ἀσθενήσας τῇ πίςει, *infirmus fide.* Tit. 2. v. 3. Μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας, *non vino multo mancipatas.*

Aliquando additur Præpoſitio. Ut, Act. 7. v. 32. Ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις, *erat potens dictîs & factîs.*

4. *Græci eleganter utuntur gemino Dativo, interveniente copula* καὶ. Ut, Matth. 8. v. 29. Τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ; *Qui nobis tecum negotii eſt, Ieſu Fili Dei?*

Et cap 27. v. 19. Μηδέν σοι καὶ δικαίῳ ἐκείνῳ, ſcilicet ἔςω, *nihil tibi rei ſit cum juſto iſto.*

Johan. 2. v. 4. Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, γύναι; *Quid mihi tecum mulier?*

Hæc exempla, ob *Ellipſin* Verbi Subſtantivi, magnam affinitatem habere videntur cum cap. 10. Reg. 4.

Demoſthenes. Περὶ σεφ᾽, addit vocem, πρᾶγμα. Διομνύμενος μηδὲν εἶναί σοι καὶ Φιλίππῳ πρᾶγμα, *adjurans nihil tibi cum Philippo eſſe negotii.*

Herod. in Terpſich. Σοὶ δὲ καὶ τούτοισι πρᾶγμα τί ἐςι, *quid tibi rei cum hiſce?*

CAP. VII.

DE ADJECTIVIS REGENTIBUS ACCUSATIVUM.

I. ADjectiva quædam gaudent *Accuſativo*, idque per Ellipſin præpoſitionis κατὰ *ſecundùm*, ut: Σύρος καὶ τοὔνομα καὶ τὴν πατρίδα, *Syrus & nomine & Patria.*

Ιλιαδ. α. 58. *Achilles* dicitur πόδας ὠκύς, *pedibûs celer.* Sic *Virgil.*

Os humeroſque DEO *ſimilis, Vocemque coloremque.*

Matth. 27. v. 57. Ἄνθρωπος τοὔνομα Ἰωσήφ, *homo nomine Ioſeph.* Τοὔνομα pro κατὰ τὸ ὄνομα.

Hac Syntaxi *uſitatior* eſt in Novo Teſtamento illa *cum caſu tertio.*

Actor. 17. v. 34. Γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, *mulier nomine Damaris.* Et cap. 18. v. 7. Εἰς οἰκίαν τινὸς

ὀνόματι

ὀνόματι Ἰούςου, *in domum cujuſdam nomine Iuſti.* Et cap. 20. v. 9. Νεανίας ὀνόματι Εὔτυχος, *adoleſcens nomine Eutychus.*

Alia Conſtructio occurrit. Marc. 5. v. 9. Τί σοι ὄνομα; λεγεὼν ὄνομά μοι, *quodam tibi eſt nomen? Legio mihi nomen eſt.*

2. Verbalia in τέον (quæ nonnulli *Adverbia Poſitionis* appellant) præter *Dativum Perſonæ*, quem ſæpe adjunctum habent, *regunt caſum primitivorum*, ut: Γραπτέον ἐμοὶ ἐπιςολὴν, *ſcribenda mihi eſt Epiſtola.*

Marc. 2. v. 22. Οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον, *Vinum novum in utres recentes immittendum eſt.*

Ariſtot. 1. Ethic. 6. §. 8. Ταῦτα ἀφετέον τὸ νῦν, *hæc nunc omittenda ſunt.* Et cap. 7. §. 8. Οὐκ ἀπαιτητέον τὴν αἰτίαν ἐν ἅπασιν ὁμοίως, *Non oportet requirere cauſam* in omnibus pariter.

Idem: Τοῖς μὲν ὑπάρχουσι νόμοις χρηστέον, καινοὺς δὲ εἰκῆ μὴ θετέον, *Præſentibus* quidem *legibus utendum eſt: Novæ* autem *non temere ferendæ ſunt.*

Dicitur χρηστέον ἐμοὶ, pro ἄξιόν ἐστί μοι τὸ χρῆσθαι & χρηστέον ἐμὲ, pro ἄξιόν ἐστιν ἐμὲ χρῆσθαι.

Demoſth. βοηθητέον τοῖς πράγμασι, *opem ferre debetis Reipubl.*

Hippocr. Aphor. 17. l. 1. Δοτέον δέ τι τῇ ὥρῃ καὶ τῇ χώρῃ καὶ τῇ ἡλικίῃ καὶ τῷ ἔθει, *dandum eſt aliquid tempeſtati anni, & regioni, & ætati, & conſuetudini.*

Pluralis etiam interdum adhibetur pro *Singulari*, apud *Atticos. Soph.* Τῶν κρατέντων ἐπὶ πάντ' ἀκουστέα, *Magiſtratibus omnino obtemperandum eſt.*

 3. Ali-

3. Aliquando illa *abſolutè ſine caſu* ponuntur. *Did.* Ἰστέον, *tenendum eſt. Plut.* Εἰς ἅπαντας λεκτέον, *apud omnes dicendum. Eurip.* οἰστέον καὶ ἐλπιστέον, *ferendum & ſperandum eſt. Euſtath.* ad Ἰλιάδ. β. 674. Νοητέον, *intelligendum eſt.*

4. Interdum quoque, *more aliorum Adjectivorum*, conveniunt cum Subſtantivis, *eodem Genere, Numero & Caſu*, ut: *Ariſtot.* 4. Ethic. 3. §. 4. Κατ' ἀλήθειαν ὁ ἀγαθὸς μόνος τιμητέος, in rei veritate, *ſolus probus honorandus eſt. Eurip.* Ἐατέος ὁ πλοῦτος ἄδικος ὤν, *divitiæ* injuſtæ *omittendæ ſunt. Soph.* Ἡ δ' ὁδὸς πορευτέα, *via quâ eundum eſt.*

5. *Adjectiva quædam Infinitivum admittunt qui reſpondet Latinorum Supino vel Gerundio.* Ut, Eph. 5. ℣. 12. Τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν, nam *quæ occultè fiunt ab iſtis, turpe eſt dicere*, hoc eſt, turpia ſunt dictu.

Hebr. 5. ℣. 11. Δυσερμήνευτος λέγειν, *difficilis explicatu.*

Socrates ad *Demonicum*: Ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μήτε λέγειν εἶναι καλόν, *quæ factu ſunt turpia, ea nec dictu eſſe honeſta exiſtima.*

CAP. VIII.

DE CONVENIENTIA VERBI CUM NOMINE.

1. N*Ominativo jungitur verbum Perſonale, Finitum, ſimilî Numerô & Perſonâ.* Ut, Luc. 12. ℣. 48. Ὧ ἐδόθη πολὺ, πολὺ ζητηθήσεται παρ' αὐτοῦ, *cuicunque multum datum eſt, multum repetetur ab eo.*

Et cap. 19.

Et cap. 19. ℣. 40. Ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται, *ſi tacuerint iſti, ipſi lapides mox clamabunt.* Et cap. 21. ℣. 11. Λιμοὶ καὶ λοιμοὶ ἔσονται, *fames & peſtis erunt.*

Johan. 1. ℣. 43. Σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται πέτρος, *tu vocaberis Cephas*, quod eſt, ſi interpreteris, lapis. *Simon* vocatur *Petrus* non *Petra. Euſtathius* in Ἰλιάδ. ν. ad ℣. 137. 139. & Ἰλιάδ. π. ℣. 734. docet πέτρον eſſe lapidem manu tractabilem, *Petram* autem rupem immotam & ſaxum ingens. Et ſanè *ſolus* Deus eſt *rupes* noſtra. Pſal. 62. ℣. 3. Ut ergo *Chriſtianus* dicitur à Chriſto, ita *Petrus* à Petra.

Actor. 25. ℣. 27. Ἄλογον γάρ μοι δοκεῖ, *nam præter rationem mihi videtur.* Rom. 3. ℣. 11. Οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, & ℣. 12. πάντες ἐξέκλιναν, καὶ ἠχρειώθησαν, *Non eſt qui intelligat. Omnes deflexerunt & inutiles facti ſunt.*

Hebr. 12. ℣. 7. Εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός. Τίς γάρ ἐστιν υἱὸς, ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; *Si caſtigationem ſuſtinetis, Deus ſeſe vobis exhibet ut filiis. Quis enim eſt filius, quem non caſtigat pater?* Apocal. 3. ℣. 19. Ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω, *ego quoſcunque amo, arguo & caſtigo.*

Nominativus quandoque quâdam Periphraſi proponitur. Ut, Luc. 12. ℣. 8. Καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ, etiam *filius hominis* confitebitur eum. Ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, hîc ponitur, pro κἀγώ, ut Matthæi 10. ℣. 32.

Galat. 4. ℣. 7. A *Plurali* numero fit tranſitio ad *Singularem*, idque propter Specialem applicationem, quæ *Enallage Numeri* Hebræis familiaris eſt. Nam, poſtquam dixiſſet *Apoſtolus* ℣. 6. Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, *quia eſtis filii*, ſubjungit ℣. 7. Ὥστε οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, pro οὐκ ἔτι ἐστὲ δοῦλοι, *quare non ampliùs tu* (quicunque es ex numero fidelium) *es ſervus.*

2. Duobus *Nominativis Singularibus* rerum diverſarum reſpondet *Verbum Duale*. *Heſiodus*. ἐργ. ℣. 197.

Ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους.
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις.

Deorum ad familiam abierunt, relictîs hominibûs
Pudor & Nemeſis.

Ἴτον eſt tertia Dualis Præſent. Activ. ab εἶμι, *eo.*

In Novo Teſtamento *Verbum Plurale* adhibetur.

Actor. 15. ℣. 35. Παῦλος καὶ Βαρνάβας διέτριβον ἐν Ἀντιοχείᾳ, *Paulus & Barnabas commorati ſunt Antiochiæ.*

Colloſſenſ. 4. ℣. 9. Πάντα ὑμῖν γνωρίσουσι τὰ ὧδε (*Tychicus* & *Oneſimus*) *omnia vobis exponent*, quæ hîc aguntur. Tit. 1. ℣. 15. Τοῖς ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις, Incredulis nihil eſt mundum, ſed polluta eſt eorum mens & conſcientia. Judæ ℣. 7. Ὡς Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα πρόκεινται δεῖγμα, πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι, ſicut Sodoma & Gomorrha præpoſitæ ſunt exemplo, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

3. Ἄμφω

3. Ἄμφω & δύω *Dualibus* verbum jungitur *Duale* vel *Plurale*.

Dicimus enim ἄμφω τρέχετον & ἄμφω τρέχουσι, *ambo currunt*.

In Novo Teſtamento *Pluralis Numerus* obſervatur.

Matth. 19. ℣. 5. & 1. Corinth. 6. ℣. 16. Ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, *hi duo erunt in carnem unam*. Matth. 8. ℣. 28. Ὑπήντησαν αὐτῷ δύο, *occurrerunt ei duo*. Et cap. 9. ℣. 27. Ἠκολούθησαν αὐτῷ δύο τυφλοὶ, ſequuti ſunt eum duo cœci. Apocal. 9. ℣. 12. Ἔρχονται ἔτι δύο οὐαὶ μετὰ ταῦτα, veniunt adhuc duo væ poſt illa.

4. *Neutrum Plurale gaudet verbo Singulari, idque Atticè*. Ut, Luc. 1. ℣. 65. Καὶ διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα, & divulgata ſunt omnia iſta. Et cap. 10. ℣. 20. Χαίρετε ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς, Gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et cap. 14. ℣. 17. Ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα, *omnia parata ſunt*. Et cap. 15. ℣. 31. Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστιν, *omnia mea tua ſunt*. Joh. 3. ℣. 23. Ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ, quòd aquæ multæ ibi eſſent. Et cap. 9. ℣. 3. Ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, ut fierent opera Dei manifeſta. Et cap. 10. ℣. 27. Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, oves meæ vocem meam audiunt.

1. Corinth. 1. ℣. 10. Ἵνα μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ne ſint inter vos diſſidia. 1. Corinth. 10. ℣. 20. Ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, quæ immolant gentes dæmoniis immolant.

1. Corinth. 15.

1. Corinth. 15. v. 28. Ὅταν ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, *quum* verò *fuerint ei omnia ſubjecta*.

5. *Quandoque negligitur hic Atticiſmus*. Ut, Matthæi 12. ℣. 21. Ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι, in ejus nomine *gentes ſperabunt*. Luc. 24. ℣. 11. Ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν, *viſa ſunt apud eos, quaſi deliramentum, verba ipſarum*.

Johan. 10. ℣. 8. Οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα, *non audiverunt eos oves*. Ibidem ℣. 12. Οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια, *cujus oves non ſunt propriæ*. 1. Corinth. 10. ℣. 6. Ταῦτα τύποι ὑμῶν ἐγενήθησαν, *hæc ut typi noſtri acciderunt*. Apoc. 11. ℣. 18. Τὰ ἔθνη ὠργίσθησαν, *gentes iratæ ſunt*. Et cap. 15. ℣. 4. Πάντα τὰ ἔθνη ἥξουσι, *omnes gentes venient*. Et cap. 16. ℣. 20. Ὄρη οὐχ εὑρέθησαν, *montes non ſunt inventi*.

Sic *Hom*. Odyſſ. χ.

Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τ' ἤματα μακρὰ πέλονται,

Tempore verno, quando dies longi ſunt.

Utraque Syntaxis *conjungitur*. Johan. 10. ℣. 27. Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, *oves illæ meæ vocem meam audiunt, & ego eas agnoſco & ſequuntur me*.

6. *Vocativus, ceu ſecundæ perſonæ, jungitur Imperativo*. Ut, Matth. 15. ℣. 22. Ἐλέησόν με κύριε υἱὲ Δαβίδ, miſerere mei Domine, fili Davidis.

7. *Sæpe Atticè pro Vocativo eſt Nominativus*. Ut, Luc. 8. ℣. 54. Ἡ παῖς, ἐγείρου, pro ὦ παῖ ἐγείρου, *puella ſurge*. Hebr. 1. ℣. 9. Ἔχρισέ σε ὁ θεὸς, ὁ θεός σου, *unxit te ô Deus, Deus tuus*. Vide Append. 4. de Dialectis. §. 18.

8. *Infini-*

8. *Infinitivus ſæpe ponitur pro Nominativo.* Conf. ſupra cap. 5. §. 2.

Rom. 14. v. 21. Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, *bonum eſt non comedere carnes.*

Ariſtot. Τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι, *divitiæ in uſu potius, quàm in poſſeſſione conſiſtunt.*

Plut. Τὸ τοῖς κακοῖς ἀρέσκειν, τοῖς ἀγαθοῖς ἐστιν ἀπαρέσκειν, *Placere malis eſt diſplicere bonis.*

10. *Ellipſis Nominativi* eſt, quoties ἐγὼ, σὺ, aliudve nomen, &c. omittitur. Ut, Rom. 7. ℣. 15. Οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω, ἀλλ᾽ ὃ μισῶ τοῦτο ποιῶ, non enim quod volo, hoc ago, ſed quod odi hoc facio.

Pronomina illa quando exprimuntur *Emphaſin* innuunt. Johan. 10. ℣. 9. Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, *Ego ſum illud oſtium.* Et ℣. 11. Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, *Ego ſum Paſtor ille bonus.*

Galat. 6. poſt ℣. 18. Πρὸς Γαλάτας ἐγράφη, (ſcilicet ἡ ἐπιστολὴ) ἀπὸ Ῥώμης, Ad Galatas ſcripta fuit hæc Epiſtola Româ. Conf. Eph. 6. ℣. 25. Gal. 5. ℣. 19. &c.

Luc. 24. ℣. 21. Τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, tertiam hunc diem agit hodie. Ἄγει, ſcilicet ὁ χρόνος, *tempus agit*, hoc eſt, durat. Aliter D. Beza in notis.

Ellipſis hæc Nominativi crebra eſt *in Verbis* nonnullis *Actionem divinam deſignantibus.* Ut, ὕει *pluit*, νίφει *tringit*, ἀστράπτει *fulgurat*, βροντᾷ *tonat*, ubi ſemper ſubintell. θεὸς Deus.

Nomina-

Nominativus ille interdum *exprimitur*. Gen. 2. ℣. 5. Οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν, non enim pluviam demiſerat Deus ſuper terram. Et cap. 19. ℣. 24. Καὶ κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα, & Dominus demiſit pluviam ſuper Sodomam.

Matth. 5. ℣. 45. Βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, (Pater cœleſtis) pluit ſuper juſtos & injuſtos.

Sic *Xenoph.* Ὅταν νίφῃ ὁ θεὸς, cùm Deus ninxerit. Et *Lucian.* Ζεὺς ὑέτω, Jupiter pluat.

10. *Verbum quandoque ſubauditur.* Matth. 21. ℣. 30. Ἐγώ ſubintellige πορεύομαι, *ego abeo* (in vineam.) Marc. 14. ℣. 29. Ἀλλ' οὐκ ἐγώ, ſubaudi σκανδαλισθήσομαι, at non ego ſcandalizabor.

Actor. 5. ℣. 4. Τί ὅτι ἔθου ἐν καρδίᾳ; τί (ſcil. ἦν,) quid erat cur induceres in animum tuum?

Rom. 8. ℣. 3. Quod impoſſibile erat legi, ὁ θεὸς *Deus*, ſcilicet fecit. Rom. 9. v. 28. Λόγον συντελῶν καὶ συντέμνων, (ſcilicet ἔσεται) *rem* enim *conficiet & concidet.*

2. Corinth. 11. ℣. 22. Ἑβραῖοί εἰσι; κἀγώ. Hebræi ſunt, etiam ego, *ſubaudi* εἰμὶ *ſum.*

Apocal. 11. v. 8. Καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλατείας πόλεως τῆς μεγάλης, ſcilicet κείσονται, & cadavera eorum jacebunt in platea urbis magnæ. Apocal. 19. v. 10. Ὅρα μὴ, *vide ne*, ſubint. *Feceris.*

11. *Sæpe etiam repetendum eſt verbum* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Ut, Matth. 26. v. 47. Καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν, (ſcilicet ἦλθε, quod verbum repetendum eſt) *& cum illo turba multa cum gladiis*, ſcilicet

venit.

venit. Græci dicunt ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, quia illud verbum commune eſt, & non duntaxat ad præcedens nomen, ſed etiam ad conſequens referri debet.

Hippocr. Libr. 2. Aph. 22. Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα νοσήματα γίνηται, κένωσις ἰῆται καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος πλησμονὴ. Καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις. Hîc bis repetendum ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἰῆται. Morbos qui ſunt ex repletione curat evacuatio, eos verò qui ſunt ex evacuatione repletio (ſubaudi *curat*) & in cæteris contrarietas (ſubaudi) *curat.*

Luc. 9. v. 58. Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις (ſubaudi ἔχουσι) vulpes habent luſtra, & volucres cœli nidos, ſcilicet habent.

12. *Numerus Pluralis interdum, more Hebræorum, adhibetur pro Singulari.* Ut, Matth. 27. v. 44. Οἱ λῃσταὶ ὠνείδιζον αὐτοῦ, *latrones exprobrârunt* ei, hoc eſt, unus ex iis. Confer Luc. 23. v. 39. Luc. 19. v. 33. Εἶπον οἱ κύριοι αὐτοῦ, pro εἶπεν ὁ κύριος αὐτοῦ, *dixit dominus ejus*, ſcilicet pulli.

Johan. 3. v. 11 Ὃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, pro ὃ οἶδα λαλῶ, quod ſcio, loquor.

13. *Verba Subſtantiva & Nuncupativa regunt ante & poſt ſe Nominativum.*

Verba *Subſtantiva* ſunt, εἰμὶ, ὑπάρχω, Τυγχάνω, γίνομαι vel γίγνομαι.

Luc. 8. v. 41. Αὐτὸς ἄρχων τῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε, *ille*, (Jairus) *Rector Synagogæ erat*: Vide infra de Dialectis. Actor. 21. v. 28. Οὗτός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, hic eſt ille homo.

Rom. 11. v. 23. Δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεός πάλιν ἐγκεντρίσαι αὐτούς, *potens enim eſt Deus rurſus eos inſerere.* 1. Corinth. 3. ℣. 17. Ὁ δὲ ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιός ἐστι, *nam templum Dei ſanctum eſt.* Galat. 3. v. 24 Ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν, *Lex Pædagogus noſter fuit.* Jacob. 2. ℣. 15. Ἐὰν δὲ ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχωσι, *Si frater aut ſoror nudi fuerint.* Joh. 18. ℣. 10. Ἦν δὲ ὄνομα τῷ δούλῳ Μάλχος, erat autem nomen ſervo Malchus. Latini etiam dicunt *Malchi* vel *Malcho.* Matth. 13. ℣. 55. Οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριάμ; nonne mater ejus dicitur Maria? Luc. 1. ℣. 32. Οὗτος ἔσται μέγας καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται, *hic erit magnus & filius Altiſſimi vocabitur.*

Verbum Subſtantivum quandoque *omittitur.* Ut, Matth. 24. ℣. 32. Ἐγγὺς τὸ θέρος, pro quo legimus. Luc. 21. ℣. 30. Ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν, *prope eſt æſtas.* Marc. 5. ℣. 7. Τί ἐμοὶ καὶ σοί; ſcilicet ἐστὶ, quid rei mihi tecum eſt?

Plura *exempla* hujus Ellipſeos vide apud *D. Glaſſium* Philol Sacr. l. 3. tr. 3. Can. 56.

Interdum πλεονάζειν videtur. Matth. 7. ℣. 28. Καὶ ἐγένετο, & *factum* eſt, quum finiſſet Jeſus ſermones iſtos, percellebatur turba. Act. 2. ℣. 21. Καὶ ἔσται, & *futurum* eſt, omnis qui invocaverit nomen Domini ſervabitur.

14. *Nomini* multitudinis *ſingulari* reſpondet *Verbum Plurale*, ubi non tam ad Verba, quàm ad ſenſum oculus eſt reflectendus.

Matth. 21. ℣. 8. Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια, plurima autem turba ſtraverunt veſtimenta

menta ſua in via. Et cap. 26. ✠. 22. Ἤρξαντο ἕκαστος λέγειν, cœperunt ſinguli dicere. Marc. 5. v. 24. Ὄχλος συνέθλιβον αὐτὸν, turba premebant ipſum.

Johan. 6. v. 2. Ὄχλος ἑώρων, *turba videbant.* Johan. 16. v. 32. Σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, *diſpergamini unuſquiſque* ad ſua.

Actor. 2. ✠. 6. Ἤκουσεν εἷς ἕκαστος, *audiverunt ſinguli.* Et ✠. 8. Ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος, *nos audivimus ſinguli.* Actor. 6. v. 7. Πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει, *multaque turba ſacerdotum auſcultabat fidei.* Actor. 11. v. 29. Τῶν μαθητῶν ἕκαστος ὥρισαν, *ſinguli diſcipulorum decreverunt.*

1. Theſſal. 5. v. 11. Οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, *ædificate ſinguli ſingulos.*

1. Timoth. 2. v. 15. Σωθήσεται δὲ γυνὴ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, ſervabitur verò mulier liberos gignendo, *ſi manſerint in fide.* Hîc γυνὴ eſt quaſi nomen multitudinis, ſexum muliebrem deſignans, ac proinde conſtruitur cum verbo Plurali.

Apoc. 18. v. 4. Ἐξέλθετε ἐξ αὐτῆς ὁ λαός μου, pro ἔξελθε ἐξ αὐτῆς ὦ λαέ μου, *exite ex ea popule mi.* Apocal. 9. v. 18. Ὑπὸ τῶν τριῶν τούτων ἀπεκτάνθησαν τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, à tribus illis *occiſa eſt tertia pars hominum.* Apocal. 20. v. 13. Ἐκρίθησαν ἕκαστος, *judicati fuerunt ſinguli.*

Non planè alienus hîc eſt locus. 1. Corinth. 6. ✠. 5. Διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ, *judicium ferre inter fratrem,* id eſt, fratres, ἀδελφὸς ponitur quaſi collectivum.

15. *Quodlibet verbum* admittit *poſt ſe Nominativum*, ſignificantem *habitum* aliquem aut *geſtum*. Actor. 1. v. 18. Καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, & *præcipitatus crepuit medius*, & effuſa ſunt viſcera ejus.

Idem *Nominativus interdum præcedit*. Johan. 1. ℣. 26. Μέσος ὑμῶν ἕστηκεν ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, *in medio veſtrûm ſtat*, quem vos non nôſtis.

CAP. IX.

DE SYNTAXI VERBI CUM GENITIVO.

1. Verbum ἐστὶ, quum *ad aliquid pertinere* vel *ineſſe alicui* ſignificat, more Latinorum, regit *Genitivum*. Ut, Rom. 14. v. 8. Ἐάν τε ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ Κυρίου ἐσμέν, ſive vivamus, ſive moriamur, Domini ſumus.

1. Corinth. 1. v. 12. Ἕκαστος ὑμῶν λέγει, ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου· ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ· ἐγὼ δὲ Κηφᾶ· ἐγὼ δὲ Χριστοῦ, quiſque veſtrûm dicit, ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, at ego Chriſti.

1. Corinth. 3. v. 23. Πάντα ὑμῶν ἐστιν· ὑμεῖς δὲ Χριστοῦ, (ſcilicet ἐστὶ) Χριστὸς δὲ θεοῦ, Omnia veſtra ſunt: Vos, autem Chriſti: Chriſtus verò Dei.

1. Corinth. 6. v. 19. Οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν, non eſtis veſtri juris.

2. *Verba ſenſuum* aſciſcunt etiam *Genitivum*, qualia ſunt ἀκούω *audio*, ὀσφραίνομαι *olfacio*, γεύομαι *guſto*, ἅπτομαι ἢ ψαύω *tango*.

Atticè

Atticè tamen conſtruuntur etiam *cum Accuſativo*, uti monebitur infra in Verbis quæ regunt caſus geminos.

Excip. verba *videndi* ὁράω, ὄπτομαι, βλέπω, θεωρῶ, &c. Itemque ψηλαφάω *tango*. Luc. 16. ℣. 23. Ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν, *vidit Abraham* è longinquo. Actor. 16. V. 27. Εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν, ſi *forte palpando eum*, (Dominum) invenirent.

Johan. 1. V. 18. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, Deum nemo vidit unquam. Johan. 20. V. 25. Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, niſi videro in manibus ejus veſtigium clavorum.

Actor. 9. ℣. 8. Οὐδένα ἔβλεπε, neminem videbat. Apocal. 22. V. 4. Καὶ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, & videbunt faciem ejus.

Ἀκούω *audio*. Johan. 10. ℣. 16. Τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν, (oves adducendæ) *vocem meam audient*, fietque unus grex & unus Paſtor. Actor. 7. V. 37. Αὐτοῦ ἀκούσεσθε, *illum* (Prophetam) *audietis*. Et capit. 9. V. 7. Ἀκούοντες τῆς φωνῆς, *audientes vocem*. At ℣. 4. Ἤκουσε φωνήν, *audivit vocem*. Actor. 25. V. 22. Ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι, velim etiam ipſe *hominem audire*.

Interdum *interveniente Præpoſitione*. Actorum 9. ℣. 12. Κύριε, ἀκήκοα ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, Domine *audivi ex multis de viro iſto*.

Atticè cum *Accuſativo*. Johan. 3. V. 8. Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ventus

quò vult ſpirat & *ſonum ejus audis*. Sic Johan. 9. ℣. 40, 47.

Ὀσφραίνομαι *odoror*. Lev. 26. v. 21. Οὐ μὴ ὀσφρανθῶ τῆς ὀσμῆς τῶν θυσιῶν, neque *odorabor odorem ſacrificiorum*. Jud. 15. v. 14. Ἡνίκα ἂν ὀσφρανθῇ πυρὸς καὶ ἐτάκησαν, quando *odorata fuerunt ignem*, diſſoluta fuerunt.

Atticè cum *Accuſativo*. Geneſ. 27. v. 27. Καὶ ὠσφράνθη τὴν ὀσμὴν τῶν ἱματίων αὐτοῦ, & *odoratus eſt odorem veſtimentorum ejus*.

Γεύομαι, *guſto*. Johan. 8. v. 52. Ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσεται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα, ſi quis ſermonem meum ſervaverit, *planè non guſtabit mortem* in æternum, id eſt, nunquam. Sic Luc. 14. ℣. 24. 2. Macchab. 6. v. 20. Ὧν οὐ θέμις γεύσασθαι, *quæ guſtare nefas eſt*. Hebr. 6. v. 4. Γευσαμένους τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, *qui guſtaverunt donum illud cœleſte*.

Atticè cum *Accuſativo*. Johan. 2. ℣. 9. Ἐγεύσατο τὸ ὕδωρ, *guſtavit aquam*. Hebr. 6. ℣. 5. Καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα, & *guſtaverint bonum Dei verbum*. Syr. 36. v. 19. Φάρυγξ γεύσεται βρώματα θήρας, *fauces guſtant cibos venaticos*.

Ἅπτομαι, *tango*. Marc. 5. ℣. 30. Τίς μου ἥψατο τῶν ἱματίων; *quis tetigit veſtes meas?*

Luc. 18. v. 15. Προσέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη, ἵνα αὐτῶν ἅπτηται, adferebant verò ad eum etiam infantes, *ut eos tangeret*.

1. Corinth. 7. v. 1. Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι, bonum eſt homini *mulierem non attingere*, id eſt,

id eſt, non ducere uxorem, ſcilicet, durante illa perſecutione, uti patet ex verbis Apoſtoli ℣. 26. διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, *propter inſtantem neceſſitatem.*

1. Johan 5. v. 18. Ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ, *Malignus ille non attingit eum.*

Syr. 13. v. 1. Ἁπτόμενος πίσσης μολυνθήσεται, *qui tangit picem*, contaminabitur.

Eurip. Δυσχερὲς ψαύειν νοσοῦντος ἀνδρός, Difficile eſt *tangere ægrotum.*

Act. 3. v. 7. Καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε, & prehenſa manu ejus dexterâ, erexit eum.

At ἅπτω *accendo*, regit *Accuſativum.* Luc. 15. ℣. 8. Οὐχὶ ἅπτει λύχνον; annon *accendit lucernam?*

3. Huc videtur referenda illa Syntaxis, Lucæ. 16. ℣. 24. Ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, ut *intingat extremitatem digiti ſui* in aqua. Ὕδατος, pro ἐν ὕδατι, quæ Syntaxis legitur. Odyſſ. 1. ℣. 392.

Sic Ιλιαδ. ε. ℣. 6. Λελουμένος ὠκεανοῖο, *lotus in Oceano.* Et Ιλιαδ. ζ. ℣. 508. Λούεσθαι ποταμοῖο, *lavari in flumine.*

Heſiod. θεογ. ℣. 5. Λοεσσάμεναι περμήσσοιο, *lotæ in Termeſo fluvio*, pro ἐν περμήσσῳ.

Arat. Βάπτων ὠκεανοῖο, immergens in Oceanum.

Verba hæc cum *Genitivo* conſtruuntur, quæ, *quamvis non ſint verba tangendi*, tamen id deſignant quod ſine tactu fieri nequit. Similem σύνταξιν annotatam vide ad verba *deſiderii.*

4. Verba *deſiderii*, *ſtudii* & *curæ*. Ut, Matth. 5. ℣. 28. Πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, id eſt, quicunque aſpicit mulierem, *ut eam concupiſcat*, jam adulterium cum ea commiſit in corde ſuo. Luc. 10. 34. Ἐπεμελήθη αὐτοῦ, *curam ejus egit*. Et ℣. 35. Ἐπιμελήθητι αὐτοῦ, *curam illius habe*. Actor. 20. v. 35. Δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, oportet *curam ſuſcipere infirmorum*.

1. Corinth. 9. v. 9. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; Num *boves Deo curæ ſunt*?

1. Timoth. 3. v. 1. Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ, Si quis *Epiſcopatum deſiderat*, *præclarum officium deſiderat*.

Ariſtot. Πάντες τῆς φύσει τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται, omnes naturâ *ſcire deſiderant*. Et 1. Eth. 1. §. 1. Τἀγαθὸν, οὗ πάντα ἐφίεται, Bonum eſt *quod omnia appetunt*.

Interveniente Præpoſitione: Johan. 12. ℣. 6. Περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, *pauperes curabat ipſe*.

At ἐπιποθέω, *expeto*, conſtruitur cum *Accuſativo*. 1. Petr. 2. v. 2. Ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε, ut modò geniti infantes *lac illud ſermonis ſincerum expetite*.

Ἐπιθυμέω etiam *interdum*, ut, Exod. 20. ℣. 17. Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, Non *concupiſces uxorem proximi tui*, &c.

5. Huc referuntur quoque *verba*. 1. Prioribus *contraria*, ὀλιγωρέω, ἀμελέω, *negligo*, *non curo*, &c. 1. Timoth. 4. v. 14. Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, *ne negligito donum*, quod in te eſt.

Hebr. 12.

Hebr. 12. v. 5. Υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει παιδείας, fili mi, *ne parvi facito caſtigationem.*

Rom. 2. v. 4. Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς; An *divitias benignitatis ejus* & tolerantiæ & lenitatis *contemnis?*

2. Quæ *Actionem* ſignificant *cum deſiderio conjunctam.*

Pſalm. 2. ℣. 12. Δράξασθε παιδείας, *apprehendite eruditionem.* Qui aliquid deſiderat prenſare illud ſolet.

Matthæi. 9. v. 25. Ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς, *prehendit manum ejus.* Et cap. 28. v. 9. Ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, *prehenderunt eum* (ſecundùm) pedes.

Sic Ιλιαδ. α. ℣. 407. Καὶ λάβε γούνων, & *apprehende genua.* Supplices olim genua ſolebant apprehendere.

Luc. 1. v. 54. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, *ſuſcepit Iſraël* puerum ſuum. Luc. 16. v. 13. Ἑνὸς ἀνθέξεται, *uni adhærebit.* Actor. 9. v. 1. Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου, Saulus autem adhuc *ſpirans minas & cædem.* Actor. 21. ℣. 33. Ἐπελάβετο αὐτοῦ, *prehendit eum*, ſcilicet ſingulari curâ. Actor. 27. v. 13. Δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι, putantes ſe *propoſiti ſui factos compotes.* Actor. 27. v. 36. Καὶ αὐτοὶ προσελάβοντο τροφῆς, etiam ipſi *ſumpſerunt cibum.* Odyſſ. 1. ℣. 103.

Μήπω τις λωτοῖο φαγὼν νόστοιο λάθοιτο, id eſt,

Ne quis *lotum comedens reditus oblivíſceretur.*

6. Verba *incipiendi*, *ceſſandi*. 1. Chronicor. 1. v. 10. Οὗτος ἤρξατο τοῦ εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς, is (Nimrodus) *cœpit* eſſe potens in terra. 2. Chronic. 20. ℣. 23. Ἐν τῷ ἄρξασθαι αὐτοὺς τῆς αἰνέσεως καὶ τῆς ἐξομολογήσεως, cùm *inciperent* ipſi *laudem & confeſſionem*.

1. Petr. 4. v. 1. Ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ πέπαυται τῆς ἁμαρτίας, qui paſſus fuit in carne *deſtitit à peccato*. Confer 2. Petr. 2. v. 14. Oculos habentes ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, *qui à peccato ceſſare neſciant*.

Iſocrat. Λῆγε τῶν πόνων ἔτι πονεῖν δυνάμενος, *deſiſte à labore*, dum adhuc laborare potes.

7. Verba *liberandi* ſerviunt Genitivo. Luc. 13. ℣. 12. Ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου; (mulier) *ſoluta es ab infirmitate* tua?

8. Sæpius tamen *interveniente Præpoſitione* ἀπὸ vel ἐκ. Matthæi 6. v. 13. Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, *libera nos à maligno*. Lucæ 12. v. 58. Δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ, da operam *ut libereris ab eo*. Rom. 7. v. 24. Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου; quis me *liberabit ex hoc corpore mortis?* Rom. 8. v. 2. Ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου, *liberabit me à lege*, hoc eſt, legis maledictione. Rom. 8. v. 21. Ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, *creatura liberabitur à ſervitute* corruptionis. 1. Corinth. 7. v. 27. Λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα, *ſolutus es ab uxore?* Ne quære uxorem.

9. Verba *aſſequendi & fruſtrandi*. Ut, Actor. 7. v. 3. Ἐπέτρεψε πρὸς τοὺς φίλους πορευθέντα ἐπιμελείας τυχεῖν, permiſit, ut ad amicos profectus refocillaretur, verbotenus, *ut curam conſequeretur*. Rom. 11.

℣. 7. Ὃ

ṽ. 7. Ὁ ἐπιζητεῖ Ἰσραὴλ τοῦτο οὐκ ἐπέτυχεν, quod quæ-
rit Iſraël, *hoc non eſt adeptus.* Hebr. 6. v. 15.
Καὶ οὕτω μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας, atque ita,
quum patienter exſpectâſſet, *aſſecutus eſt promiſſio-
nem.* Hebr. 11. v. 33. Διὰ πίστεως ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν,
per fidem *conſecuti ſunt promiſſiones.* Ἀποτυγχάνειν τῆς
ἐλπίδος, *ſpe fruſtrari.*

10. Verba *dominandi, ſuperandi, præſidendi.* Ut,
Proverb. 16. v. 32. Κρείσσων ἀνὴρ μακρόθυμος ἰσχυροῦ,
ὁ δὲ κρατῶν ὀργῆς καταλαμβανομένου πόλιν, Longanimus
præſtat robuſto, & qui *vincit iram*, (ſcilicet præ-
ſtat) ei, *qui capit urbem.* Matth. 16. v. 18. Πύλαι
ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, portæ inferorum *non prævalebunt adverſus illam.* Marc. 10. v. 42. Οἱ δοκοῦντες
ἄρχειν τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, qui cenſentur
imperare gentibus, dominantur iis. Luc. 22. v. 25.
Οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν, reges *dominantur gentibus.* Actor. 14. v. 12. Ἦν ἡγούμενος τοῦ λόγου, *præibat loquendo.* Rom. 6. ṽ. 14. Ἁμαρτία ὑμῶν οὐ κυριεύσει, *peccatum vobis non dominabitur.* 1. Timoth. 3.
ṽ. 5. Εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται; Nam ſi quis *propriæ domui præeſſe* nequit, quî Eccleſiam Dei curabit? Tit. 3.
ṽ. 8. Φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι, curent *bene agendo præire.* 3. Johan. v. 9. Ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν
Διοτρεφής, *qui inter eos ambit* Diotrephes.

Ariſtot. Ἀνδρειότερος εἶναί μοι δοκεῖ, ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν,
ἢ τῶν πολεμίων κρατῶν, fortior mihi eſſe videtur qui
libidines edomat, quàm *qui hoſtes.* Τετραρχέω *tetracham ago*, regit Genitivum. Luc. 3. v. 1.

11. Verba *copiæ & inopiæ:* Pſalm. 145. v. 16. Ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας, *Saturas* quicquid vivit *ex beneplacito*. Matth. 22. v. 10. Ἐπλήσθη ὁ γάμος τῶν ἀνακειμένων, *impleta ſunt* nuptiæ *convivis*. Matthæi 27. v. 48. Λαβὼν σπόγγον πλήσας τε ὄξους, cùm acceptam *ſpongiam impleviſſet acetô*. Marc. 8. v. 4. Πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧδε χορτάσαι ἄρτων ἐπ' ἐρημίας; unde illos quiſpiam poſſit hìc *ſatiare panibus* in deſerto? Luc. 1. v. 53. Πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, famelicos *implevit bonis*. Luc. 2. v. 40. Πληρούμενον σοφίας, *implebatur ſapientiâ*. Luc. 4. v. 28. Καὶ ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ, & *repleti ſunt omnes excandeſcentiâ*. Luc. 6. v. 11. Αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας, ipſi autem *repleti fuerunt inſaniâ*. Luc. 11. v. 8. Δώσει αὐτῷ ὅσων χρήζει, dabit ei, *quibus eget*. Luc. 15. v. 17. Πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου περισσεύουσιν ἄρτων; quot mercenarii patris mei *abundant panibus*? Luc. 22 v. 35. Μή τινος ὑστερήσατε; num *aliqua re caruiſtis*? Οἱ δὲ εἶπον, οὐδενός, ipſi autem dixerunt, *Nulla*. Johan. 2. v. 7. Γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος, *implete* hydrias *aquâ*. Actor. 2. v. 4. Καὶ ἐπλήσθησαν πάντες πνεύματος ἁγίου, & *repleti ſunt* omnes *Spiritu Sancto*. Act. 13. v. 52. Ἐπληροῦντο χαρᾶς, *replebantur gaudiô*. Act. 14. v. 17. Ἐμπιπλῶν εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν, *implens lætitiâ* corda noſtra. Actor. 17. v. 25. Οὐδὲ προσδεόμενός τινος, *neque indigens ulla re*. Rom. 3. v. 23. Ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, *deſtituuntur gloriâ Dei*, hoc eſt, (juxta Hieron.) imagine Dei. Rom. 15. v. 13. Ὁ Θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης, Deus ſpei *impleat vos omni gaudiô* & *pace*.

2. Tim 1. v. 4. Ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ, ut *gaudiô repleat* vel perfundar. Jacob. 1. v. 5. Ἔι τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, ſi cui veſtrûm deeſt *ſapientia.*

Demoſth. Ὀλίγου δέω λέγειν, *parum abeſt*, quin dicam.

Pro *Genitivo* raro legitur *Dativus*: 2. Corinth. 7. ℣. 4. Πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει, *impletus ſum conſolatione.*

Hebraiſmus eſt. Eph. 5. ℣. 18. Πληροῦσθε ἐν πνεύματι, *implemini in Spiritu*, id eſt, *Spiritu.*

12. Verba *memoriæ* & *oblivionis*. Marc. 8. v. 14. Καὶ ἐπελάθοντο (τοῦ) λαβεῖν ἄρτους, fuerantque autem *obliti accipere panes*, ubi Infinitivus eſt locô nominis. Luc. 17. ℣. 32. Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ, *memineritis uxoris Lot.* Luc. 22. v. 61. Καὶ ὑπεμνήσθη ὁ πέτρος τοῦ λόγου τοῦ κυρίου, & *recordatus eſt* Petrus *ſermonis Domini.* Johan. 15. ℣. 20. Μνημονεύετε τοῦ λόγου, *memento te ſermonis illius.* Hebr. 12. v. 5. Ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως, *obliti eſtis adhortationis.* Hebr. 13. ℣. 2. Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε, *hoſpitalitatis ne obliviſcimini.* Μιμνήσκετε τῶν δεσμίων, *memores eſtote vinctorum.* Ibid.

Iſocr. Τῶν ἀπόντων φίλων μέμνησο, *abſentium amicorum memineris.*

Interdum cum *Accuſativo*: Johan. 14. v. 26. Καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα, & *ſuggeret vobis omnia.* Philipp. 3. v. 14. Τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, *ea* quæ à tergo ſunt *obliviſcens.* Apoc. 18. ℣. 5. Καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ Θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς, *& recordatus eſt* Deus *ſcelerum ejus.*

13. Verba

13. Verba *adhærendi*, *deficiendi*, *abſtinendi*. Matthæi 6. v. 24. Ἑνὸς ἀνθέξεται καὶ ἑτέρου καταφρονήσει, *uni adhærebit* & alterum vilipendet.

1. Timoth. 4. v. 2. Ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, *deficient* quidam *à fide*.

Hebr. 6. v. 9. Ἐχόμενα τῆς σωτηρίας, *cum ſalute conjuncta*.

1. Petr. 2. v. 11. Ἀπέχεσθαι σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, *abſtinere à carnalibus cupiditatibus*.

Sic ἀνέχομαι *tolero*, conſtruitur etiam cum *Genitivo*.

Marc. 9. v. 19. Ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; quouſque *tolerabo vos?*

Actor. 18. v. 14. Κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν, quantum æquum eſſet *tolerarem vos*.

2. Corinth. 11. v. 19. Ἡδέως ἀνέχεσθαι τῶν ἀφρόνων, libenter *toleratis inſipientes*.

Coloſſ. 3. v. 13. Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, *ſufferentes alii alios*.

14. Verba *Æſtimandi*, *Vendendi*, *Emendi*, &c.

Æſtimandi: 1. Tim. 5. v. 17. Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, Preſbyteri qui bene præſunt *duplici honore digni habentor*.

Vendendi: Matth. 26. v. 9. Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι πολλοῦ, poterat enim illud unguentum *venire magno*.

Luc. 12. v. 6. Οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο; nonne quinque paſſerculi, *veneunt aſſariis duobus?*

Acto-

Actorum. 5. ✠. 8. Εἰπέ μοι εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; dic mihi *an tanti prædium vendideritis?*

Verbum ſubauditur : Apocal. 6. v. 6. Χοῖνιξ σίτου δηναρίου, ſubaudi πραθήσεται, Choenix tritici *denariô* (venibit.)

Emendi : Marc. 6. v. 37. Ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν διακοσίων δηναρίων ἄρτους; num profecti *ememus ducentîs denariîs panes?*

Actorum 7. v. 16. Καὶ ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι, ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου παρὰ υἱῶν Ἐμμόρ, & poſiti ſunt in monimento quod *emerat* Abraham *ptetiô argenti* à filiis *Emmoris*. Actor. 22. v. 28. Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην, ego *multâ ſummâ* civitatem hanc *acquiſivi*.

1. Corinth. 6. v. 20. & cap. 7. v. 23. Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς, *empti* enim *eſtis pretiô*.

Matth. 20. ✠. 13. Οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι, nonne *denariô pactus* es mecum?

Item cum *Dativo* : 1. Petr. 1. v. 18. Εἰδότες ὅτι οὐ φθαρτοῖς ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι, ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ, ut qui ſciatis vos *non corruptibilibûs argentô* aut *aurô*, fuiſſe redemptos ex vana illa veſtra converſatione à patribus tradita, ſed *pretioſo ſanguine*, utpote agni inculpati & incontaminati, nempe Chriſti.

Conſtruuntur etiam interdum cum *Genitivo interveniente præpoſitione* διὰ, ἐκ.

Matth. 27. ✠. 7. Ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, *emerunt eîs* agrum illum figuli.

Actor. 1.

Actor. 1. ℣. 18. Ἐκτήσατο χωρίον ἐκ μισθοῦ ἀδικίας, *emit agrum mercede* injuſta. Hæc enunciantur de *Iuda*, non voluntatis ſed eventus ratione. Act. 8. ℣. 20. Διὰ χρημάτων κτᾶσθαι, *pecuniis acquiri.* Actorum 20. v. 28. Ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, ad paſcendam Eccleſiam Dei, quam *acquiſivit ſuo illo proprio ſanguine.*

Huc pertinent verba *permutandi* ἀμείβω, ἀλλάττω, &c.

Proverb. χρύσεα χαλκείων ἀμείβειν, *Aurea æneîs permutare.*

At Exod. 13 v. 13. Πᾶν διανοῖγον μήτραν ὄνου, ἀλλάξεις ἀντὶ προβάτου, omne quod aperit vulvam aſinæ *permutabis* illud ove. Lev. 27. v. 10. Οὐκ ἀλλάξει αὐτὸ καλὸν πονηρῷ, neque *commutabit bonum cum malo.*

Interdum *pretio præponitur Præpoſitio* : Joël. 3. v. 3. Τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ τοῦ οἴνου, puellas *vendiderunt vinô.*

15. Verba *Impertiendi, fruendi* & *privandi.* Ut, Epheſ. 4. v. 28. Κοπιάτω ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι, laboret, ut habeat quod *impertiatur* egeno. μεταδιδόναι, ſcilicet, τῶν ὑπαρχόντων, impertiatur *ex bonis quæ ſuppetunt. Genitivus* hîc *ſubintelligitur.* Actor. 2. ℣. 46. Μετελάμβανον τροφῆς, *capiebant cibum.* Hebr. 2. v. 14. Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον. Quoniam igitur

pueri *participes* ſunt carnis & ſanguinis, ipſe quoque conſimiliter particeps factus eſt eorundem, ut per mortem aboleret, eum penes quem mortis robur eſt, hoc eſt, diabolum.

Philem. ✠. 20. Ἐγώ σου ὀναίμην, ego *fructum* à te *conſequor*.

Sapient. 2. ✠. 6. Δεῦτε ἀπολαύσωμεν τῶν ὄντων ἀγαθῶν, adeſte, *bonis fruamur* præſentibus.

Luc. 16. v. 4. Ὅταν μετασταθῶ τῆς οἰκονομίας, quum *amotus fuero à diſpenſatione*.

1. Tim. 6. v. 5. Ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, *qui privati* ſunt *veritate*.

Cum *Præpoſitione* ἀπὸ. Luc. 10. ✠. 14. Μαρία τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς, Maria optimam partem elegit *quæ non auferetur ab ea*.

16. Verba *Accuſandi*, *damnandi* & *abſolvendi*: Luc. 23. v. 2. Ἤρξαντο κατηγορεῖν αὐτοῦ, cœperunt *accuſare eum*.

Johan. 5. ✠. 45. Ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς, eſt, qui vos *accuſat* Moſes.

Actor. 19. ✠. 40. Κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως, periculum eſt ne *accuſemur ſeditionis*. Actor. 26. ✠. 2. Περὶ τούτων ὧν ἐγκαλοῦμαι, de hiſce *quorum accuſor*.

Marc. 14. ✠. 64. Οἱ δὲ πάντες κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον τοῦ θανάτου, omnes *condemnarunt* eum *mortis reatu*. Εἶναι, pro τοῦ εἶναι.

Aliter Matth. 5. ✠. 22. Ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γεένναν τοῦ πυρὸς, *damnas erit gehennæ ignis*.

Johan. 3. ℣. 20. Ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία, *ſi nos condemnat* cor noſtrum, hoc eſt, conſcientia noſtra. Sed varia eſt horum verborum Syntaxis.

Conſtruitur enim κατηγορέω:

1. Cum *Genitivo Perſonæ aut rei.* Matthæi 12. ℣. 10. Marc. 3. ℣. 2. Et Luc. 11. ℣. 54. Ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ, ut *accuſarent illum.*

2. Cum *Accuſativo Perſonæ aut rei.* Κατηγορῶ σε, *accuſo te,* ἢ τὰ πράγματα, *aut negotia illa.*

3. Cum *Genitivo Perſonæ* & *Accuſativo rei.* 1. Maccab. 7. ℣. 25. Καὶ κατηγόρησεν αὐτῶν πονηρὰ, & *accuſavit eos de rebus malis.*

Marc. 15. ℣. 3. Καὶ κατηγόρουν αὐτοῦ οἱ ἀρχιερεῖς πολλὰ, & *accuſabant eum primarii ſacerdotes de multis.*

4. Cum *Accuſativo Perſonæ* & *Genitivo rei.* Κατηγορῶ σε ἀναιδείας, *accuſo te impudentiæ.*

5. Cum *duobus Genitivis*, uno *Perſonæ* & altero *rei.*

Actor. 25. v. 11. Ὧν οὗτοι κατηγοροῦσί μου, *de quibus iſti accuſant me.*

6. Cum *Præpoſitionibus* κατὰ, περί. Luc. 23. 14. Ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ, *de quibus accuſatis eum.*

Sic *in aliis Verbis.* Matth. 20. v. 18. Καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ, (pro θανάτου,) & *Condemnabunt eum morte.*

Rom. 4. v. 7. Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, beati quorum *remiſſæ ſunt* iniquitates.

Johan. 2. v. 12. Ἀφέωνται ὑμῖν αἱ ἁμαρτίαι, pro ἀφεῖσθε τῶν ἁμαρτιῶν, *Abſoluti eſtis peccatis.* Vertunt eodem ſenſu, *remiſſa vobis ſunt peccata.*

Matth. 12.

Matth. 12. ℣. 7. Οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους, non *condemnâſſetis* innocentes.

Johan. 8. ℣. 11. Οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω, *neque ego te condemno.*

Actor. 4. v. 9. Ἡμεῖς ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ, de nobis quæſtio habetur ſuper beneficio. Actorum 18. v. 28. Εὐτόνως τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο, magna contentione *Iudæos magis ac magis redarguebat.* Actorum 23. v. 28. Βουλόμενος δὲ γνῶναι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐνεκάλουν αὐτῷ, volens reſcire *crimen, cujus eum poſtularent.* Actor. 26. v. 7. Περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλοῦμαι, *de qua ſpe accuſor.* Rom. 8. v. 33. Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ, quis *accuſabit electos Dei?*

17. Cum *Genitivo* quoque conſtruuntur:

Φείδομαι, *parco.*

Rom. 8. v. 32. Τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, proprio Filio non pepercit. 2. Petr. 2. v. 4. Ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, Angelis qui peccârunt non pepercit. Et ℣. 5. ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, priſco mundo non pepercit.

Δέομαι, *oro.*

Matth. 9. ℣. 38. Δεήθητε τοῦ Κυρίου, rogate Dominum.

Lucæ. 5. ℣. 12. Ἐδεήθη αὐτοῦ, rogavit ipſum. Et cap. 8. ℣. 28. Δέομαί σου, rogo te. Actorum 8. ℣. 22. Δεήθητι τοῦ Θεοῦ, ora Deum.

Διαφέρω, *differo, excello.*

Matth. 6. ℣. 26. Οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; Nonne vos longè præcellitis illa?

Matth. 10. ℣. 31. & Luc. 12. ℣. 7. Πολλῶν στρουθίων διαφέρετε, multis paſſerculis præſtatis. 1. Corinth. 15. ℣. 41. Ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει, ſtella ſtellæ præſtat. Galat. 4. v. 1. Οὐδὲν, (hoc eſt, κατ' οὐδὲν) διαφέρει δούλου, nihil differt à ſervo.

18. Verba item *dignandi*, *ſufferendi* & *contemnendi*. Ut, Matth. 18. v. 10. Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων, videte ne *contemnatis aliquem* ex parvis iſtis. Actor. 18. v. 14. Κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν, jure ſufferrem vos.

Hebr. 10. v. 29. Πόσῳ χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας; quantò acerbiori ſupplicio dignus cenſebitur? Et cap. 12. v. 5. Υἱέ μου μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου, Fili mi ne parvi facito caſtigationem Domini.

1. Timoth. 4. v. 12. Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω, nemo tuam juventutem contemnito. (Confer 2. Cor. 11. v. 5.) Et cap. 5. v. 17. Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, qui bene præſunt preſ byteri duplice honore digni habentor.

At ἀθετέω, ἐξουθενέω, &c. regunt *Accuſativum*. Luc. 10. v. 16. Ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ, qui *vos contemnit*, *me* contemnit. 1. Theſſalon. 5. v. 20. Προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε, Prophetias ne pro nihilo habete.

19. Verbum aſciſcit Genitivum, cùm *pars rei* intelligitur. Ut, Marc. 9. v. 27. Ὁ δὲ Ἰησοῦς κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, ἤγειρεν αὐτὸν, Jeſus autem prehenſa ejus manu erexit eum.

Actor. 3.

Actor. 3. v. 7. Καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε, & prehenſâ manu ejus dextrâ erexit eum. Et cap. 23. v. 19. Ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς αὐτοῦ ὁ χιλίαρχος, tribunus autem prehenſa ejus manu.

Differunt κρατήσας αὐτὸν χειρὸς & κρατήσας αὐτὸν χειρί. Κρατῶ σε χειρὶ, eſt, teneo te manu mea. (Vide infra cap. 10. v. 3.) Sed κρατῶ σε χειρὸς, *teneo te manu*, hoc eſt, manum tuam teneo. Πίνω ὕδατος eſt *bibo de aqua*, πίνω ὕδωρ, *bibo aquam*, ſcilicet aſſiduè, non autem vinum vel alium liquorem. Et notum eſt *Proverb.* λύκον τῶν ὤτων κρατῶ, *lupum auribûs teneo.*

Interdum additur *Præpoſitio*: Matth. 15. v. 27. Καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων, *catelli* enim *edunt de micis.*

20. Verba Paſſiva regunt Genitivum, interveniente Præpoſitione, Ὑπὸ, παρά. Ut, Matthæi 1. v. 22. Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου, ut impleretur, quod *dictum fuit* à Domino. Matth. 2. ℣. 16. Ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ſe *deluſum eſſe* à Magis. Matth. 4. v. 1. Πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ut *tentaretur* à Diabolo. Matth. 6. v. 2. Ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ut *honorentur* ab hominibus.

Luc. 1. v. 45. Λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ κυρίου, quæ *dicta fuerint* ei à Domino.

Joh. 8. v. 9. Ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, à conſcientia *redarguerentur.*

Johan. 10. v. 14. Γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν, *agnoſcor* à meis.

Actor. 10. ℣. 42. Ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν, *qui definitus eſt* à Deo judex vivorum & mortuorum. Actor. 15. ℣. 3. Προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας, *deducti ab Eccleſia.*

1. Corinth. 11. ℣. 32. Κρινόμενοι ὑπὸ κυρίου, παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν, cùm judicamur à Domino, corripimur, ne cum mundo condemnemur.

2. Theſſ. 2. ℣. 13. Ἠγαπημένοι ὑπὸ τοῦ κυρίου, *dilecti* à Domino. 2. Timoth. 2. v. 26. Ἐζωγρημένοι ὑπὸ αὐτοῦ, *capti* ab eo. Jacob. 3. v. 4. Μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου, *circumaguntur* à minimo gubernaculo. 2. Petr. 2. v. 17. Νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι, nebulæ à turbine *agitatæ*. Sic *Judæ* ℣. 12. Ὑπὸ ἀνέμων περιφέρεσθαι, & Apocal. 6. ℣. 13. Ὑπὸ ἀνέμου σείεσθαι, à ventis *circumagi*, *moveri.*

Verba *Media Neutra*, Latinè pro Paſſivis adhibita, *eandem* ſequuntur *Syntaxin.* Ut, 1. Corinth. 10. ℣. 9. Ὑπὸ τῶν Ὄφεων ἀπώλοντο, à Serpentibus *perierunt.*

Rariùs ſequitur ἀπὸ pro ὑπὸ vel παρά. Matth. 8. ℣. 31. Ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, *reprobari à ſenioribus.* Actor. 10. ℣. 21. Ἀπεσταλμένους ἀπὸ Κορνηλίου, *miſſos à Cornelio.* Coloſſ. 1. ℣. 23. Μετακινούμενοι ἀπὸ ἐλπίδος, *dimoti à ſpe.*

Quandoque *Atticè* pro Genitivo ponitur *Dativus.* Marc. 11. v. 17. Ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσιν ἔθνεσιν, (pro ὑπὸ πάντων ἐθνῶν,) domus mea precum *vocabitur ab omnibus Gentibus.* Vide infra de *Dialectis.*

Rariùs

Rariùs *Genitivus ſine Præpoſitione.* Joh. 6. v. 45. Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, Eruntque omnes *docti à Deo.*

21. Sæpe vî Præpoſitionis conſtruuntur Verba Compoſita cum Genitivo, ut:

Matth. 10. v. 14. Ἐξερχόμενοι τῆς οἰκίας, exeuntes domô.

Et cap. 16. ℣. 18. Καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, & portæ inferorum non prævalebunt ei. Et cap. 26. v. 62. Τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; quid iſti adverſùs te teſtificantur?

Luc. 13. v. 12. Γύναι ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου, Mulier ſoluta es ab infirmitate tua. Et cap. 19. ℣ 48. Ὁ λαὸς ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ, populus totus pendebat ab eo. Et cap. 22. v. 47. Προήρχετο αὐτῶν, præibat iis.

Joh. 5. ℣. 13. Ὁ Ἰησοῦς ἐξένευσεν ὄχλου, Jeſus evaſerat è turba.

Rom. 11. v. 18. Μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων, ne gloriare adverſùs ramos.

2. Corinth. 11. v. 18. Οὐ κατενάρκησα οὐδενὸς, non obtorpui cum ullius incommodo.

Jacobus. 2. v. 13. Κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως, miſericordia gloriatur advetſùs condemnationem. Et cap. 4. v. 11. Μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων, ne obloquimini alii aliis.

2. Petr. 3. v. 17. Ἵνα μὴ ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ, ne excidatis à propria ſtabilitate.

Eodem modo conſtruitur etiam ἀπωθῶ *repello*, ἀποπέμπομαι *ejicio.*

Eandem conſtructionem imitari etiam videtur *nomen*. Lucæ. 6. v. 7. ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν αὐτοῦ, (pro κατ' αὐτοῦ,) ut invenirent accuſationem adverſùs eum.

Sic *Ariſtoph.* Ἐκβαλῶ τῆς οἰκίας, ejiciam domo.

In *Novo* tamen *Teſtamento* poſtponitur huic verbo ἔξω vel ἐκ vel ἀπὸ. Ut, Marc. 12. v. 8. Ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ejecerunt (eum) extra vineam.

Luc. 4. ℣. 29. Ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως, ejecerunt eum urbe. Johan. 2. v. 15. Πάντας ἐξέβαλον ἐκ τοῦ ἱεροῦ, omnes ejecit ex templo. Actor. 13. ℣. 50. Καὶ ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ὁρίων, ejecerunt eos è finibus.

Nonnunquam nulla *caſus* Præpoſitioni debiti habetur ratio. Matth. 26. v. 32. Προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, præibo vobis in Galilæam. 2. Corinth. 11. v. 33. Καὶ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτοῦ, & effugi manus ejus.

Præpoſitio quoque interdum *ſeorſim* exprimitur. Matth. 25. v. 32. Ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ſeparabit eos à ſe invicem.

Cap. X.

DE SYNTAXI VERBORUM CUM DATIVO.

1. *SÆpe verba Compoſita vî Præpoſitionis conſtruuntur cum Dativo*, de qua Syntaxi agemus in ſeqq.

Matthæi 15.

Matthæi 15. v. 32. Ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, *triduum permanent apud me.* Et cap. 27. v. 60. Προσκυλίσας λίθον τῇ θύρᾳ, *advoluto magno lapide januæ.* Marc. 2. v. 15. Πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ, *multi publicani & peccatores diſcubuerunt cum Ieſu.* Et cap. 8 v. 6. Παρέθηκαν τῷ ὄχλῳ, *appoſuerunt turbæ.* Et cap. 10. v. 35. Προσπορεύονται αὐτῷ, *accedunt ad eum.* Luc. 8. v. 19. Καὶ οὐκ ἐδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, non poterant eum convenire propter turbam. Et cap. 9. v. 18. Συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταί, Diſcipuli erant cum illo (orante.) Et cap. 9. v. 30. Δύο ἄνδρες συνελάλουν αὐτῷ, duo Viri (Moiſes & Elias) colloquebantur cum illo (Jeſu.) Et cap. 9. v. 32. Τοὺς συνεστῶτας ſtantes cum eo. Luc. 11. v. 6. Οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω αὐτῷ, *non habeo quod apponam illi.* Et ṽ. 46. Ἑνὶ τῶν δακτύλων οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις, uno digitorum non attingitis onera. Luc. 15. v. 2. Καὶ συνεσθίει αὐτοῖς, & edit cum illis. Et cap. 17. ṽ. 3. Προσέχετε ἑαυτοῖς, cavete vobis. Et cap. 22. v. 5. Καὶ συνέθεντο αὐτῷ, & pacti ſunt cum eo. Et cap. 22. v. 61. Ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ, intuitus eſt Petrum. Johan. 1. ṽ. 36. Καὶ ἐμβλέψας τῷ Ἰησοῦ περιπατοῦντι, & intuitus Jeſum ambulantem. Et cap. 18. ṽ. 15. Ὁ δὲ μαθητὴς ἐκεῖνος συνεισῆλθε τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν αὐλήν, Diſcipulus autem ille unà introiit cum Jeſu in aulam. Actorum 3. ṽ. 15. Τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται, In ſemine tuo benedicentur. Et cap. 6. ṽ. 9. Συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ, diſputantes cum Stephano.

Actor. 10. v. 23. Συνῆλθον ἀυτῷ, ibant cum eo. Et ṽ. 27. Καὶ συνομιλῶν ἀυτῷ, & colloquens cum eo. Hîc duabus de cauſis eſt Dativus. Nam ὁμιλέω per ſe conſtruitur cum Dativo. Actorum 10. ṽ. 41. Συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν ἀυτῷ, comedimus ac unà bibimus cum eo. Sic Actor. 11. v. 3. Συνέφαγες ἀυτοῖς, unà ediſti cum eis. Actor. 13. v. 43. Προσλαλοῦντες ἀυτοῖς, alloquentes eos. Actorum 14. ṽ. 22. Ἐμμένειν τῇ πίστει, permanere in fide. At præpoſitio repetitur. Galat. 3. v. 10. Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι, maledictus quiſquis non *manet in omnibus*.

Actor. 15. v. 19. Ἐγὼ κρίνω μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσι, ego cenſeo *non eſſe obturbandos eos*, qui ſe convertunt.

Actor. 18. v. 19. Διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις, diſſeruit cum Judæis.

Actor. 18. v. 27. Συνεβάλετο τοῖς πεπιστευκόσι, contulit cum iis qui crediderunt.

Rom. 6. v. 8. Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν ἀυτῷ, ſi mortui ſumus cum Chriſto credimus fore, ut etiam *vivamus cum eo*.

Rom. 9. v. 32. Προσέκοψαν τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος, *impegerunt in lapidem* offendiculi.

Rom. 14. v. 10. Πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, omnes *ſiſtemur coram tribunali Chriſti*.

1. Corinth. 4. ṽ. 4. Οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, nullius ſceleris mihi conſcius ſum.

1. Corinth. 5. v. 9. Μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις, ne *commiſceamini* cum *ſcortatoribus*.

Galat. 2. v. 8. Ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ, *operatus eſt* etiam *in me.* Galat. 2. v. 20. Χριστῷ συνεσταύρωμαι, unà *cum Chriſto crucifixus ſum.*

Epheſ. 5. v. 11. Μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις ἀκάρποις τοῦ σκότους, ne *commercium habete cum illis operibus* infrugiferis tenebrarum.

Philipp. 1. v. 25. Συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν, *permanebo cum vobis* omnibus.

Philipp. 3. v. 10. Συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, dum *conformis fio morti ejus.*

1. Timoth. 5 v. 22. Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, manus citò nemini impone.

2. Timoth. 1. v. 8. Συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ, eſto *particeps afflictionum* Euangelii.

Philem. ꝟ. 19. Σεαυτόν μοι προσοφείλεις, teipſum *mihi debes.*

Hebr. 11. v. 25. Μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ, potiùs eligens *ſimul malis affici cum populo* Dei.

Hebr. 12. v. 5. Ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται, quæ (Scriptura) *vobis* ceu filiis *loquitur.*

1. Petr. 3. v. 7. Συνοικοῦντες, (ſcilicet ταῖς γυναιξὶ) κατὰ γνῶσιν, ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει, *cohabitantes* (uxoribus) ſicut ſcientes decet, tanquam infirmiori vaſi. 1. Petr. 2. v. 21. Ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ, ut ſubſequamini veſtigia ipſius.

Sic *Heſiod.* Ἐρ. 111. ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν, cùm *in cœlo regnaret.*

Ovid. 5. Metam. F. 1. Decutit enſe caput, quod protinus *incidit aræ.*

Quædam *Compoſita* cum κατὰ *diſcrepant*. Ut, Coloſſenſ. 2. ℣. 18. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, nemo vobis *præcipiat* palmam. Hebr. 11. v. 33. Κατηγωνίσαντο βασιλείας, *debellârunt regna.*

Κατὰ cæteroquin cum *Genitivo* valet *Adverſus*. Confer ſupra verba *damnandi* cap. 9. Reg. 16.

OBSERVATIONES.

1. P*Ræpoſitio ſæpe omittitur* ob verbum cum Præpoſitione Compoſitum:

Epheſ. 2. ℣. 5. Ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς συνεζωοποίησε τῷ χριστῷ, nos quum eſſemus mortui *unà vivificavit* cum Chriſto.

Hebr. 12. ℣. 22. Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει τοῦ Θεοῦ ζῶντος, *Acceſſiſtis ad montem* Sion & *Civitatem* Dei vivi.

Jacob. 1. ℣. 2. Ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις, cùm *in tentationes* varias *incideritis*.

Judæ ℣. 3. Ἐπαγωνίζεσθαι τῇ πίστει, *decertare pro fide*. Apoc. 18. v. 4. Ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, *ne participes ſitis peccatorum ejus.*

2. *Interdum Præpoſitio additur verbo* cum Præpoſitione *Compoſito*:

Matth. 15. v. 39. Ἐνέβη εἰς τὸ πλοῖον, *inſcendit in navigium*. Et cap. 21. v. 5. Ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, *inſidens aſino*. Et cap. 27. ℣. 29. Ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, *impoſuerunt capiti ejus.*

Marc. 10. ℣. 7. & Epheſ. 5. v. 31. Προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, agglutinabitur Uxori ſuæ.

2. Corinth. 12.

2. Corinth. 12. ℣. 9. Ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ χριστοῦ, ut inhabitet in me potentia Chriſti.

Epheſ. 1. ℣. 22. Πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, omnia ſubjecit ejus pedibus.

Et cap. 2. v. 20. Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων, ſuperſtructi ſuper fundamentum Apoſtolorum.

Coloſſ. 2. v. 13. Καὶ ὑμᾶς νεκροὺς συνεζωοποίησε σὺν αὐτῷ, Et vos mortuos *vivificavit cum eo.*

II. Cum Dativo Conſtruuntur *Verba.* 1. *Vtendi, Converſandi, Colloquendi:*

Johan. 4. ℣. 9. Οὐ γὰρ συγχρῶνται ἰουδαῖοι σαμαρείταις, nulla enim eſt *Iudæorum converſatio* cum Samaritanis.

Actor. 24. ℣. 26. Καὶ πυκνότερον αὐτὸν μεταπεμπόμενος ὡμίλει αὐτῷ, crebriùs eum accerſens *converſabatur cum eo.*

Actorum. 27. v. 3. Φιλανθρώπως δὲ ὁ ἰούλιος τῷ παύλῳ χρησάμενος, *humaniter* Julius *cum Paulo verſatus fuit.*

1. Timoth. 5. ℣. 23. Χρῶ ὀλίγῳ οἴνῳ, *pauculo vino utere.*

2. *Sequendi:*

Johan. 10. v. 4. Τὰ πρόβατα αὐτῷ ἀκολουθεῖ, oves *illum ſequuntur.*

Actor. 20. v. 4. Συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας, *comitabatur* autem *eum* uſque in Aſiam.

Ἔρχεσθαι ὀπίσω τινὸς, pro ἀκολουθεῖν τινι, *ſequi aliquem,* eſt Phraſis Hebræa. Matth. 4. v. 19. Et cap. 16. ℣. 24.

3. *Succurrendi*, *Appropinquandi*, *Adhærendi.* Matth. 15. v. 25. Κύριε βοήθει μοι, *Domine ſuccurre mihi.* Et cap. 19. v. 5. Καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, & *adhærebit uxori ſuæ.*

Matth. 15. v. 8. Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι, *appropinquat mihi* populus hic ore ſuo.

Marc. 2. v. 4. Μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι αὐτῷ, cùm non poſſent *ei appropinquare.*

Marc. 5. v. 2. Ἐξελθόντι αὐτῷ ἐκ τοῦ πλοίου ἀπήντησεν αὐτῷ ἄνθρωπος, *egreſſo ipſi* è navigio *occurrit* homo. Αὐτῷ poſterius redundat.

Marc. 9. v. 24. Πιστεύω κύριε, βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ, credo Domine, *ſuccurre incredulitati* meæ.

Luc. 10. v. 40. Ἵνα μοι συναντιλάβηται, ut *me unà juvet.* Luc. 17. v. 12. Ἀπήντησαν αὐτῷ δέκα λεπροὶ ἄνδρες, *occurrerunt ei* decem viri.

Actor. 16. v. 9. Βοήθησον ἡμῖν, *juva nos.* Jacobus 4. v. 8. Ἐγγίσατε τῷ θεῷ, καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν, *appropinquate* Deo, & *appropinquabit* vobis.

1. Timoth. 5. v. 5. Ἡ ὄντως χήρα προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς, quæ verè *vidua* eſt *permanet in deprecationibus & orationibus.* Et ℣. 16. Ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ, ut *iis quæ verè viduæ ſunt ſubveniat.*

1. Timoth. 6. ℣. 3. Εἴ τις μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις, ſi quis *non accedit ſanis ſermonibus.*

4. *Gratificandi*, *Placendi*, *Acquieſcendi.* Lucæ 7. v. 42. Μὴ ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἀποδοῦναι ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο, quum autem illi non eſſent ſolvendo, *utrique condonavit.*

Actor. 27.

Actor. 27. v. 24. Καὶ ἰδοὺ κεχάρισταί σοι ὁ θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ, & ecce *gratificatus tibi eſt* Deus omnes, qui tecum navigant.

Matthæi 14. ℣. 6. Καὶ ἤρεσε Ἡρώδῃ, & *placuit Herodi*, ſcilicet illa ſaltatricula.

Rom. 8. v. 8. Οἱ ἐν σαρκὶ ὄντες θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται, qui in carne ſunt, *Deo placere* non poſſunt.

Galat. 1. v. 10. Οὐ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν, non ſtudeo *hominibus placere*.

Hebr. 11. ℣. 5, 6. Μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ θεῷ. Χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι, teſtimonium obtinuit, quod placuerit Deo. Sine fide verò impoſſibile eſt (*Deo*) *placere*.

Luc. 3. v. 14. Ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν, *contenti* eſtote *ſtipendiis* veſtris.

5. *Dandi*, *Donandi*, *Remittendi*, *Offerendi*. Matthæi 7. v. 6. Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, ne *detis* ſanctum *canibus*.

Johan. 9. v. 24 Δὸς δόξαν τῷ θεῷ, *da Deo gloriam*.
2. Theſſalon. 3. v. 9. Ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν, ut nos ipſos pro exemplari *ſiſtamus vobis*.

Marc. 15. v. 45. Ἐδωρήσατο τὸ σῶμα τῷ Ἰωσήφ, *donavit* corpus *Ioſepho*.

Luc. 17. v. 3. Ἄφες αὐτῷ, *remitte ei*. Ibid. ℣. 4. Ἀφήσεις αὐτῷ, *remittes ei*.

Lucæ 18. v. 13. Ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι ἁμαρτωλῷ, ô Deus, *propitius eſto mihi* peccatori.

2. Corinth. 2. v. 10. ᾧ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ, *cui* verò *quidpiam condonatis*, & ego.

6. *Condu-*

6. Conducendi, Præbendi, Oſtendendi. Matthæi 5. ℣. 30. Συμφέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, *expedit tibi*, ut pereat unum ex membris tuis.

Johan. 16. v. 7. Συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω, *conducit vobis*, ut ego abeam.

Lucæ 17. v. 2. Λυσιτελεῖ αὐτῷ, εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἔῤῥιπται εἰς θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, *expedit ei* ſi mola aſinaria circumponatur collo ejus, & abjectus fuerit in mare *potius*, quàm ut ſit offendiculo uni ex iſtis parvis.

Matthæi 26. v. 10. Τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; Quid *moleſtias exhibetis* iſti mulieri?

Luc. 11. v. 7. Μή μοι κόπους πάρεχε, ne mihi *faceſſe negotium.*

Galat. 3. v. 5. Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ πνεῦμα, qui itaque *impertitur vobis* Spiritum.

Luc. 17. v. 14. Ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς ἱερεῦσι, *oſtendite* vos ſacerdotibus.

7. Credendi, Committendi, Aſſentiendi. Joh. 2. ℣. 22. Καὶ ἐπίστευσαν τῇ γραφῇ, & *crediderunt ſcripturæ.* Et ℣. 24. Οὐκ ἐπίστευσεν ἑαυτὸν αὐτοῖς, non *credebat eis* ſemetipſum.

Johan. 5. v. 47. Εἰ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε; Si illius *ſcriptis* non *creditis*, quomodo *verbis* meis credetis?

Actor. 5. ℣. 36. Ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, qui *aſſenſi ſunt ei.* Et cap. 5. v. 40. Καὶ ἐπείσθησαν αὐτῷ, & *aſſenſi ſunt illi.*

Actorum 23.

Actorum 23. v. 21. Μὴ πεισθῇς αὐτοῖς, ne *credas illis*.

Luc. 16. v. 31. Οὐδὲ ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, πεισθήσονται (αὐτῷ,) neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, *credent ei*.

Actor. 28. v. 24. Καὶ οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν, alii quidem *credebant iis* quæ dicebantur, alii verò *non credebant*.

1. Petr. 4. v. 19. Ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν ἐν ἀγαθοποιΐᾳ, itaque qui patiuntur ex voluntate Dei, tanquam *fideli conditori commendent animas* ſuas bene agendo.

Notetur Phraſis in Novo Teſtamento uſitata, quæ ſapit Hebraiſmum, ubi poſt πιστεύω *ſequitur Præpoſitio* εἰς, *quæ reſpondet Hebræo* ב. Ut:

Joh. 3. ℣. 16. Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ᾽ ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον, tantopere enim dilexit Deus mundum, ut Filium ſuum unigenitum illum dederit, ut quiſquis *credit in eum* non pereat, ſed habeat vitam æternam.

Johan. 6. v. 47. Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, qui *credit in me*, habet vitam æternam.

Johan. 14. ℣. 1. Πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν; καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε, *creditis in Deum?* Etiam *in me credite*.

Rariùs ſequitur Præpoſitio ἐπὶ, *quæ reſpondet Hebræo* על. Ut:

Luc. 24. v. 25. Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, ô amantes &c

tes & tardi corde, ad *credendum omnibus*, quæ dixerunt Prophetæ.

1. Petr. 2. v. 6. Ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ (Ἰησοῦ Χριστῷ) οὐ μὴ καταισχυνθῇ, qui credit *in eum*, (nempe Jeſum Chriſtum) nequaquam pudefiet.

Matth. 27. v. 43. Πέποιθεν ἐπὶ τὸν θεόν, *confidit in Deo*.

Luc. 18. v. 9. Εἶπε δὲ πρός τινας τοὺς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς, dixit verò quibuſdam *confiſis ſibi*.

2. Corinth. 1. v. 9. Ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ne *confideremus in nobis* ipſis.

8. *Renuntiandi*.

Luc. 14. v. 33. Πᾶς ἐξ ὑμῶν, ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής, quiſquis veſtrûm non *valedicit omnibus* bonis ſuis, non poteſt eſſe meus diſcipulus.

9. Verba *Mandandi*, *Obediendi*, *Auſcultandi*, *Miniſtrandi*, & contrà.

Matth. 27. v. 57. Ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ, qui & ipſe *Diſcipulus fuerat* Jeſu.

Marc. 8. ℣. 6. Παρήγγειλε τῷ ὄχλῳ, *mandavit* turbæ. Marc. 10. v. 3. Τί ὑμῖν ἐνετείλατο μωσῆς; quid vobis *præcepit* Moſes?

Matth. 13 v. 35. Ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν, *juſſit* turbam diſcumbere.

At κελεύω etiam *cum Accuſativo*. Ut, Matth. 14. ℣. 36. Κέλευσόν με πρὸς σε ἐλθεῖν, *jube me* ad te venire.

Actor. 13. ℣. 47. Οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ κύριος, nam ſic *mandavit* nobis Dominus.

Actor. 23. ℣. 1. Πεπολίτευμαι τῷ θεῷ, *Servivi* Deo. Rom. 6. ℣. 16. Δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, *Servi eſtis, cui auſcultatis*. Rom. 10. ℣. 16. Ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ Εὐαγγελίῳ, ſed non omnes *auſcultaverunt Euangelio.*

Epheſ. 6. ℣. 1. Ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, *Obedite* in Domino *parentibus* veſtris.

Hebr. 13. ℣. 17. Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις, καὶ ὑπείκετε. Αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες, *obedite ductoribus veſtris*, & *obſecundate*. Ipſi enim excubant pro animabus veſtris, tanquam rationem redditurі.

1. Petr. 3. ℣. 6. Σάῤῥα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραάμ, *Sara obedivit Abrahamo*. Et v. 1. Εἴ τινες ἀπειθοῦσι λόγῳ, ſi qui non *obediunt Sermoni*.

Luc. 17. ℣. 8. Περιζωσάμενος διακόνει μοι, præcinctus *miniſtra mihi*. Actor. 7. v. 2. διακονεῖν τραπέζαις, *miniſtrare menſis*.

10. Verba *Contingendi*. Marc. 10. v. 32. Καὶ ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν, & cœpit dicere iis, quæ *ſibi* erant *eventura*.

Luc. 10. v. 30. Καὶ λῃσταῖς περιέπεσεν, & *incidit in latrones*. Et cap. 19. v. 9. Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο, hodie ſalus *huic domui contigit*. Et c. 21. ℣. 13. Ἀποβήσεται ὑμῖν εἰς μαρτύριον, hæc *cedent vobis* teſtimonio.

Actor. 3. ℣. 10. Ἐπὶ συμβεβηκότι αὐτῷ, ſuper eo, quod *illi contigerat.*

Philipp. 1. v. 19. Τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν, hoc *mihi cedet* in ſalutem.

2. Petr. 2. v. 22. Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς, *ſed accidit eis.* Jacob. 1. v. 2. Ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις, quum *in tentationes varias incideritis.*

11. Verba, *Iraſcendi*, *Deferendi*, *Increpandi*, *Reſiſtendi*, *Impingendi*, *Pugnandi*. *Repugnandi.*

Matth. 5. v. 22. Ὁ ὀργιζόμενος ἀδελφῷ, qui *iraſcitur fratri.*

Marc. 6. v. 19. Ἡ δὲ Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, Herodias verò *imminebat ei*, nempe Johanni.

Luc. 8. ℣. 24. Ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, *increpavit ventum.* Luc. 16. v. 1. Διεβλήθη αὐτῷ, *delatus fuit apud eum.* Et cap. 14. v. 31. Τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ, &c. Quis Rex proficiſcens *ad confligendum cum alio Rege.* Et cap. 21. v. 15. Οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν, qui ſe *vobis opponent.*

Johan. 7. v. 23. Ἐμοὶ χολᾶτε, *mihi iraſcimini.* Rom. 7. v. 23. Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, ſed cerno aliam legem in membris meis, *belligerantem adverſùs legem mentis meæ.* Rom. 9. v. 19. Τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; Nam *voluntati ejus quis obſiſtit?* Et v. 32. Προσέκοψαν τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος, *impegerunt in lapidem* offendiculi. Jacob. 4. v. 6. Ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, Deus *ſuperbis reſiſtit.* 1. Sam. 23. v. 5. Καὶ ἐπολέμησε τοῖς ἀλλοφύλοις, & *bellum geſſit cum alienigenis.*

Sic conſtruuntur etiam μάχομαι, ἀντιμάχομαι, ἀνταγωνίζομαι, ἀντιπίπτω, προσοχθίζω, &c.

Hebr. 3. v. 10. Προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, *infenſus fui iſti genti.*

Actor. 7.

Actor. 7. v. 51. Τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, *Spiritui Sancto obnitimini.* Judæ ℣. 3. Ἐπαγωνίζεσθαι τῇ πίστει, *pro fide decertare.*

Πολεμέω ſæpe cum *Accuſativo.* Pſalm. 35. v. 1. Πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με, *pugna cum iis, qui pugnant mecum.*

Quandoque cum Genitivo, interveniente præpoſitione.

1. Petr. 2. v. 11. Αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς, quæ *pugnant adverſus animam.*

Apocal. 17. v. 14. Οὗτοι μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι, hi *cum agno bellum gerent.*

Item *cum Accuſativo.* 1. Chron. 10. v. 1. Ἀλλόφυλοι ἐπολέμησαν πρὸς τὸν Ἰσραὴλ, & alienigenæ *pugnarunt cum Iſraële.*

12. *Gaudendi, gratulandi, gratias agendi, commendandi.*

Philipp. 2. v. 17. Χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν, *gaudeo* & *gratulor* omnibus vobis.

Rom. 12. v. 12. Τῇ ἐλπίδι χαίροντες, Spe *gaudentes.*

Luc. 1. v. 58. Συνέχαιρον αὐτῇ, *gratulabatur* ei. Luc. 15. v. 6. Συγχάρητέ μοι, *gratulamini* mihi.

Philipp. 1. v. 3. Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, Deo *ago gratias.* Act. 14. v. 23. Παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ, *commendârunt* eos Domino.

13. *Nuntiandi, Promittendi, Significandi.* Marcæ 5. v. 19. Ἀνάγγειλον αὐτοῖς, *renuntia* illis. Actorum 16. v. 38. Ἀνήγγειλαν δὲ στρατηγοῖς, *nuntiarunt* autem prætoribus.

Marc. 5. v. 14. Ἀνήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν. Hebraiſmus pro τῇ πόλει. (לָעִיר) ל exprimitur per εἰς renuntiarunt urbi, hoc eſt, incolis ſeu civibus.

Marc. 14. v. 11. Ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι, *polliciti ſunt* illi ſe pecuniam daturos.

1. Johan. 2. v. 25. Ἐπηγγείλατο ἡμῖν ζωὴν τὴν αἰώνιον, *promiſit* nobis vitam æternam.

Luc. 5. v. 7. Καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις, & *nutu ſignificarunt* ſociis.

14. *Reſpondendi*, *Reſponſandi*, *Contradicendi.* Matth. 27. v. 14. Οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ, non *reſpondit* ei.

Rom. 9. v. 20. Ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ, qui *reſponſas* Deo.

Actor. 4. v. 14. Οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν (αὐτοῖς) nihil poterant *contradicere* illis.

Johan. 19. v. 12. Πᾶς ὁ βασιλέα αὑτὸν ποιῶν ἀντιλέγει τῷ καίσαρι, quicunque ſe regem facit *contradicit* Cæſari.

15. *Apparendi*, *Comparendi.* Matth. 1. v. 20. Κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, in ſomnio *apparuit* ei. Matthæi 6. v. 16. Ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες, ut *appareant* hominibus jejunare.

Marc. 14. v. 64. Τί ὑμῖν φαίνεται; Matthæi 18. v. 12. Τί ὑμῖν δοκεῖ; quid videtur vobis?

Tit. 2. v. 11. Ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σωτήριος ἀνθρώποις, *illuxit* enim gratia illa Dei ſalutifera quibuſvis hominibus.

Actor. 15. v. 22. Ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις, *viſum fuit* Apoſtolis.

Epheſ. 5.

Epheſ. 5. v. 14. Ἐπιφαύσει σοι ὁ χριστὸς, *& illuceſcet* tibi Chriſtus.

15. *Vacandi.* 1. Corinth. 7. v. 5. Σχολάζειν τῇ νηστείᾳ, *vacare* jejunio. 1. Corinth. 9. v. 13. Τῷ θυσιαστηρίῳ παρεδρεύοντες, altari *aſſidentes*, hoc eſt, vacantes.

Marc. 3. v. 9. Ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ, ut navigiolum ei ſemper *præſto eſſet.*

Coloſſ. 4. v. 2. Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, in oratione *perdurate.*

17. *Reprehendendi, interminandi.* Matthæi 12. ℣. 16. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, *& interminatus* eſt eis.

Marc. 4. v. 39. Καὶ διεγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, experrectus itaque *objurgavit* ventum.

Lucæ. 17. v. 3. Ἐπιτίμησον αὐτῷ, *objurga* eum. Judæ ℣. 9. Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος, *increpet* te Dominus!

1. Tim. 5. v. 1. Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, ſeniorem ne *increpa.*

Hebr. 8. v. 8. Μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς, nam *incuſans* eos.

18. *Loquendi, Differendi.* Marc. 13. v. 37. Ἃ δὲ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω, γρηγορεῖτε, quæ verò vobis *dico*, omnibus *dico*, vigilate.

Dicimus etiam λαλεῖν πρός τινα. Luc. 1. v. 19. Λαλεῖν μετά τινος. Marc. 6. v. 50.

Actor. 18. v. 19. Διελέχθη τοῖς ἰουδαίοις, *diſſeruit* cum Judæis.

Johan. 6. v. 63. Τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι, καὶ ζωή ἐστι, verba, quæ ego *loquor* vobis,

Spiritus ſunt, & vita ſunt. Repetitio τȣ͂ ἐςὶ hic eſt Emphatica.

Hebr. 1. v. 5. Τίνι γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἀγγέλων; Nam cui unquam *dixi* Angelorum?

19. *Conjungendi*, *Aptandi*, *Agglutinandi*, *Appropinquandi.*

2. Corinth. 11. v. 2. Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ, *Aptavi* vos uni Viro.

1. Corinth. 6. v. 17. Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐςι, qui *agglutinatur* Domino, unus cum eo Spiritus eſt.

Luc. 15. v. 15. Ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν, *Adhæſit* uni ex civibus. Luc. 15. v. 1. Ἦσαν γὰρ ἐγγίζοντες αὐτῷ, *Appropinquabant* enim ei.

Matth. 19. v. 5. Προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτȣ͂, & *Agglutinabitur* Uxori ſuæ, hoc eſt, adhæreſcet Uxori ſuæ.

III. *Quodvis verbum admittit Dativum*, *Cauſæ*, *Inſtrumenti aut Modi.*

Matthæi 15. v. 8. Τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, *labiîs me honorat.* Et cap. 20. ℣. 18. Κατακρινȣ͂σιν αὐτὸν θανάτῳ, *condemnabunt* eum *morte.*

Marc. 5. ℣. 42. Καὶ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ, & *obſtupuerunt ſtupore magno.* Marc. 6. ℣. 13. Ἤλειφον ἐλαίῳ πολλȣ̀ς ἀῤῥώςȣς, *ungebant oleô* multos malè valentes. Marc. 6. ℣. 32. Καὶ ἀπῆλθον τῷ πλοίῳ, & *abierunt navigio.* Marc. 12. ℣. 13. Ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ, ut eum *irretirent* captum *ſermone.* Marc. 14. ℣. 65. Οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον, miniſtri verò *bacillorum ictibûs* eum *cædebant.*

Marc. 15. v. 19. Καὶ ἔτυπτον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ, & *cædebant caput ejus calamô.*

Lucæ 3. v. 16. Ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς, ego quidem *baptizo vos aquâ.* Et v. 17. Τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ, paleam autem *exuret ignî inextinguibilî.* Luc. 4. ℣. 38. Ἡ πενθερὰ τοῦ Σίμωνος ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ, Socrus Simonis affecta erat *gravî febrî.* Luc. 6. ℣. 38. Τῷ γὰρ αὐτῷ μέτρῳ, ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν, *eâdem* enim *menſurâ*, quâ metimini, rurſus menſurabitur vobis. Lucæ 7. ℣. 44. Δάκρυσιν ἔβρεξέ μου τοὺς πόδας καὶ ταῖς θριξὶ ἐξέμαξε, *lacrymîs* rigavit pedes meos, & *capillîs* capitis ſui exterſit. Luc. 8. ℣. 37. Φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο, *metu magno tenebantur.* Luc. 15. v. 17. Ἐγὼ δὲ λιμῷ ἀπόλλυμαι, ego verò *fame pereo.* Luc. 23. ℣. 13. Ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, *involvit illud Sindone.*

Johan. 19. ℣. 34. Λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, *lanceâ* latus ejus fodit.

Actor. 16. ℣. 5. Ἐπερίσσευον τῷ ἀριθμῷ, *exuberabant numerô.*

Johan. 13. ℣. 21. Ἐταράχθη τῷ πνεύματι, turbatus fuit *Spiritu.* Ubi eſt *Dativus* partis.

Act. 12. ℣. 2. Ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ, interemit autem Jacobum, fratrem Johannis, *gladiô.* Actor. 20. ℣. 9. Καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, deturbatus *ſomnô profundô.* Actor. 22. ℣. 2. Ἑβραΐδι διαλέκτῳ προσεφώνει, *Hebrææ Linguâ* alloquebatur. Actor. 22. v. 25. Προέτεινεν αὐτὸν ἱμᾶσι, diſtendiſſent *eum lorîs.* Actor. 28. ℣. 10. Πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησεν ἡμᾶς, *multîs honoribûs* nos affecerunt.

1. Tim. 6. ỽ. 10. Ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς, ſeipſos transfixerunt *doloribûs multîs.*

1. Petr. 1. ỽ. 18. 19. Οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι, non redempti eſtis *corruptibilibûs rebûs, argentô vel aurô, ſed pretioſo ſanguine,* &c.

Hebr. 9. ỽ. 23. Τούτοις καθαρίζεσθαι, *hîſce purgari.*

Apocal. 8. v. 8. Ὡς ὄρος μέγα πυρὶ καιόμενον ἐβλήθη εἰς τὴν θάλασσαν, quaſi mons magnus *ignî ardens* conjectus fuit in mare.

Sæpe *Præpoſitio* ex idiotiſmo Hebraico *redundat,* ut:

Matth. 26. v. 52. Οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται, qui acceperint gladium gladiô peribunt.

Luc. 22. v. 49. Εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ; *percutiemus ne gladiô?*

Apocal. 2. v. 23. Καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ, & filios ejus *occidam morte.* Et ỽ. 27. Ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, *reget eos virgâ ferreâ.*

Apocal. 13. v. 10. Εἴ τις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι, ſi quis *gladiô occiderit, gladiô eſt occidendus.*

Apocal. 14. v. 10. Βασανισθήσεται ἐν πυρὶ καὶ θείῳ, *torquebitur igni & ſulphure.*

Quamvis eodem modo *profani* quoque Authores loquantur, ſed rariſſimè. Ut, *Heſiod.* θεογ. 618. Δῆσε κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ, ligavit *fortî vinculô* ſcilicet Briareum. Vide infra cap. 18. §. 5.

Accuſa-

Accuſativus adhibetur. Hebr. 1. ℣. 9. Ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, *unxit* te, ô Deus, Deus tuus *oleô exultationis.*

IV. Ἐστι, ὑπάρχει, γίνεται, &c. pro ἔχω accepta cum Dativo conſtruuntur, ut:

Matth. 19. V. 27. Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. Τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; hoc eſt, τί ἕξομεν; Ecce omnia reliquimus, & te ſequuti fuimus, quid ergo erit nobis? Hoc eſt. Quid verò habebimus?

Luc. 1. V. 36. Καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ, & hic menſis *eſt ſextus illi*, quæ vocabatur ſterilis.

Hujus generis eſt. Johan. 15. V. 8. Καὶ γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταὶ, & *eritis mihi diſcipuli*, hoc eſt, vos habebo diſcipulos.

Luc. 7. V. 12. Υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ, ſcilicet ὤν, filius unigenitus matri ſuæ. Et V. 41. Δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι, duo debitores *erant* cuidam *creditori*, hoc eſt, Quidam Creditor habebat duos debitores.

Johan. 18. ℣. 10. Ἦν δὲ ὄνομα τῷ δούλῳ Μάλχος, *erat* verò *nomen ſervo* Malchus.

Hujus loci ſunt etiam illæ *Phraſes.* Actorum 2. ℣. 43. Ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος, *obortus* autem *eſt omnibus metus.* Actor. 3. ℣. 6. Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι, *aurum* & *argentum non eſt mihi*, hoc eſt, non habeo. Actor. 8. ℣. 21. Οὐκ ἔστι σοι μέρος, *non eſt tibi pars*, hoc eſt, non habes partem. Actorum 28. ℣. 7. Ὑπῆρχε χωρία τῷ πρώτῳ τῆς νήσου, *erant prædia* primario Inſulæ.

Coloſſ. 4. ℣. 11. Οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία, qui *mihi fuerunt ſolatio*.

Quandoque ἐστὶ *ſubauditur*. Ut, Rom. 13. ℣. 19. Ἐμοὶ ἐκδίκησις (ἐστὶ) Ἐγὼ ἀνταποδώσω, *mihi eſt ultio*, ego rependam.

2. Cor. 6. ℣. 14. Τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; quæ communio luci *cum tenebris*? Hîc ἐστὶ ſubintelligitur.

Matth. 27. ℣. 19. Μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ, *Nihil tibi* (ſit) *cum juſto illo*.

Johan. 2. ℣. 4. Τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; *quid mihi tecum* (eſt) mulier?

V. *Dativus* ſupplet interdum *defectum præpoſitionis*, ut:

Matthæi 23. ℣. 31. Μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, pro καθ' ἑαυτῶν ἢ ἐφ' ἑαυτοὺς, *teſtamini adverſus voſmetipſos*. Conf. Marc. 6. ℣. 11. Et Luc. 9. ℣. 5.

Luc. 18. ℣. 31. Καὶ τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου (pro περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου) & perficientur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas *de filio hominis*.

Galat. 6. ℣. 12. Μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται, tantùm ne *ob crucem* Chriſti perſecutionem patiantur. (Τῷ σταυρῷ pro διὰ τὸν σταυρὸν)

VI. Omne verbum *vî acquiſitionis* regit Dativum, ut:

Rom. 15. v. 15. Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν ἀδελφοὶ, audaculè verò *ſcripſi vobis* fratres.

Luc. 18. v. 41. Τί σοι θέλεις ποιήσω; quid *tibi* vis *faciam*?

Johan. 6.

Johan. 6. v. 13. Ἐγέμισαν δώδεκα κοφίνους κλασμάτων ἐκ τῶν πέντε ἄρτων τῶν κριθίνων, ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσι, repleverunt duodecim cophinos fragmentîs, ex quinque illis panibus hordeaceis, *quæ ſuperfuerant iis*, qui comederant.

CAP. XI.

DE SYNTAXI VERBORUM CUM ACCUSATIVO.

1. VErba *tranſitiva* Accuſativum ſimiliter Latinis regunt.

Matth. 5. v. 44. Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, *benedicite maledicentibus* vobis. Et cap. 9. v. 35. Θεραπεύων πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ, *Sanans omnem morbum* & *omnem languorem* in populo. Et cap. 15. v. 4. Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα, *honora Patrem tuum* & *Matrem*. Et ℣. 22. Ἐλέησόν με κύριε, *miſerere mei* Domine. Et cap. 18. ℣. 33. Οὐκ ἔδει καὶ σε ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ ἐγώ σε ἠλέησα; Nonne oportet & te *miſereri conſervi tui*, ut & ego *tui miſertus ſum?* Et cap. 20. v. 30. Ἐλέησον ἡμᾶς κύριε, *miſerere noſtri* Domine.

Luc. 6. v. 35. Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς, *diligite* hoſtes. Luc. 7. v. 9. Ἐθαύμασεν αὐτὸν, *admiratus* eſt eum. Et v. 30. Τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς, conſilium Dei *rejecerunt* adverſus ſeipſos.

Luc. 10. v. 16. Ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ. Ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με, Qui vos *ſpernit*, me ſpernit, qui me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me.

Luc. 11. v. 34. Ἐνεδρεύοντες αὐτὸν καὶ ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, id eſt, inſidiantes ei & cupientes venari quid ex ore ejus. Lucæ 13. ℣. 15. Κρούειν τὴν θύραν, *fores pulſare.*

Luc. 15. v. 9. Εὗρον τὴν δραχμὴν ἣν ἀπώλεσα, *inveni* drachmam quam *perdideram.*

Luc. 17. v. 14. Ἐξεμυκτήριζον αὐτὸν, ſannîs eum excipiebant. Luc. 18. v. 3. Ἐκδίκησόν με, *vindica* me.

Johan. 1. v. 29. Ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, qui *tollit* peccatum Mundi.

Johan. 1. v. 41. Εὑρήκαμεν τὸν Μεσσίαν, *invenimus* Meſſiam.

Johan. 3. v. 16. Οὕτως ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, Sic *dilexit* Deus mundum.

Johan. 16. v. 33. Θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον, Eſtote bono animo, ego *vici* mundum.

Actor. 13. v. 18. Ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, *Mores* eorum *pertulit* in deſerto.

Actor. 23. v. 21. Ἐνεδρεύουσι γὰρ αὐτὸν, *inſidiantur* enim illi. At Jud. 9. v. 43. Ἐνήδρευσεν αὐτῷ, *inſidiatus eſt* illi. Galat. 6. v. 1. Σκοπῶν σεαυτὸν, *conſiderans* te ipſum.

Coloſſ. 3. v. 25. Ὁ δὲ ἀδικῶν κομιεῖται ὃ ἠδίκησε, qui verò injuriam intulerit, referet injuriam quam intulit.

Apocal. 3. v. 19. Ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ ἐλέγχω καὶ παιδεύω, Ego quos diligo arguo & caſtigo.

Apocal. 4. v. 11. Σὺ ἔκτισας τὰ πάντα, tu *creâſti* omnia.

Sic omnia

Sic omnia *Verba* in όω *Actionem* ſignificant & *Accuſativum* aſciſcunt: Matth. 10. v. 21. Θανατώσουσιν αὐτοὺς, *occident* eos.

Johan. 10. v. 24. Ἐκύκλωσαν αὐτὸν, *Cinxerunt* eum.

1. Corinth. 9. v. 19. Ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, meipſum *ſervum feci.*

2. Corinth. 4. v. 2. Μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, neque *falſantes* verbum Dei.

2. *Sic conſtruuntur etiam Verba Media ſeu Deponentia.*

Luc. 7. v. 21. Καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν, & cœcis multis viſum reddidit.

Actor. 22. v. 28. Πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην, jus hujus civitatis *acquiſivi.*

Rom. 13. v. 12. Ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς, *induamus* nos habitu, qui luci convenit.

Hebr. 13. v. 7. Μιμεῖσθε τὴν πίστιν, *imitamini* fidem.

2. Petr. 1. v. 4. Τίμια ἐπαγγέλματα δεδώρηται, pretioſa promiſſa *donavit.*

3. Johan. v. 11. Ἀγαπητὲ μὴ μιμοῦ τὸ κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν, dilecte ne *imitare* quod malum, ſed quod bonum eſt.

3. Item *Neutra* ſeu *Intranſitiva*, quæ interdum tranſitivorum naturam imitantur:

Matth. 5. v. 45. Ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει, quòd ſolem ſuum *exoritur*, id eſt, exoriri facit.

Matth. 6. v. 2. Μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ne buccinâ *cane*, (id eſt, cani curato) coram te.

Lucæ 11.

Lucæ 11. ℣. 53. Cœperunt Scribæ & Phariſæi vehementer imminere καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων, & *allicere ipſum ad loquendum* de multis. Quòd verbum ἀποστοματίζειν, quod alioquin ſignificat *memoriter aliquid referre*, hîc μεταβατικῶς accipiatur, eruditè docet *D. Beza*.

1. Corinth. 3. v. 6. Ὁ αὐξάνων θεὸς, Deus *dat incrementum*. Αὐξάνω aliâs ſignif. ἀμεταβάτως *creſco*. Matth. 6, v. 28. Johan. 3. v. 30.

2. Corinth. 2. v. 14. Deo gratia τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν χριστῷ, qui nos ſemper *triumphare facit* in Chriſto. Conf. Coloſſ. 2. v. 15.

Hebr. 4. v. 8. Εἰ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, ſi Jeſus eos *in requie collocâſſet*. Verbum illud *requievit* ſignificat ℣. 4. 10. Conf. Actor. 14. v. 18.

Rom. 2. v. 3. Λογίζῃ ὦ ἄνθρωπε, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ; putaſne ô homo, fore, ut *effugias* judicium Dei?

1. Corinth. 6. v. 18. Φεύγετε τὴν πορνείαν, *fugite* ſcortationem.

Hebr. 11. v. 34. Ἔφυγον στόματα μαχαίρας, *effugerunt* acies gladii.

IV. Quandoque *Accuſativus ſubintelligitur*. Matthæi 10. v. 23. Οὐ μὴ τελέσητε, ſcil. τὴν ὁδὸν κατὰ τὰς πόλεις, nequaquam iter per illas urbes ad finem perduxeritis.

Luc. 9. v. 52. Ὥστε ἑτοιμάσαι αὐτῷ, ſcil. ξενίαν, ut pararent ei hoſpitium. Confer

Philem. v. 22. Ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν, *para mihi hoſpitium*.

Luc. 21.

Luc. 21. v. 30. Ὅταν (τὰ δένδρα) προβάλωσιν, (ſcil. φύλλα) ἤδη, quum jam arbores *emiſerint* folia.

2. Corinth. 11. v. 20. Εἴ τις λαμβάνει, ſcil. ὀψώνιον, ſi quis *accipit* ſtipendium.

V. Notandi hîc ſunt *Hebraiſmi*, qui in Novo Teſtamento occurrunt, ut:

Luc. 12. ℣. 8. Ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ, quiſquis confeſſus fuerit me coram hominibus, etiam filius hominis confitebitur eum coram Angelis Dei. Ἐν ἐμοὶ pro ἐμὲ & ἐν αὐτῷ pro αὐτὸν ponuntur, quæ eſt *Syntaxis Hebraica*. Confer Nehem. 9. v. 2.

VI. *Syntaxis* verborum *Iurandi*, *Adjurandi* liquet ex ſeqq.

Marc. 5. v. 7. Ὁρκίζω σε τὸν θεὸν, *adjuro te* per Deum.

1. Theſſ. 5. v. 27. Ἐξορκίζω ὑμᾶς τὸν Κύριον, *adjuro vos* per Dominum.

Matth. 26. v. 63. Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ, *adjuro te* per Deum.

Hebr. 6. v. 13. Ὤμοσε καθ᾽ ἑαυτοῦ, *juravit* per ſe.

Apocal. 10. v. 6. Καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Et *juravit* per eum, qui vivit in ſecula ſeculorum.

VII. Quædam Verba *geminum Accuſativum* regunt, unum *Perſonæ* & alterum *Rei* plerumque, ut:

Joſ. 14. v. 12. Νῦν αἰτοῦμαί σε τὸ ὄρος τοῦτο, nunc peto à te montem hunc.

Aliter

Aliter 1. Reg. 2. v. 16. Αἴτησιν μίαν ἐγὼ αἰτοῦμαι παρά σου, *unum à te peto.* Sic 1. Johan. 5. v. 15. Οἴδαμεν ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα, ἃ ᾐτήκαμεν παρ' αὐτοῦ, novimus nos habere petitiones, quas ab eo petimus.

Jerem. 31. v. 3. Ἀγάπησιν αἰώνιον ἠγάπησά σε, dilectione æterna dilexi te.

Pſalm. 147. v. 3. Στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε, adipe tritici implens te.

Matth. 1. v. 25. Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, & vocavit nomen ejus Jeſum.

Matth. 10. v. 42. Ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον, quicunque *potum dederit* uni ex his parvis *poculum frigidæ* ſolum. Confer. Marc. 9. v. 14.

Matth. 27. v. 22. Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν; quid igitur faciam Jeſu, qui dicitur Chriſtus? Sic Matth. 5. v. 44. Marc. 4. v. 7. Actorum 10. v. 38. Εὖ ἢ καλῶς ποιεῖν τινα, εὐεργετεῖν τινα, benefacere alicui.

Rarò diſcrepat, ut: Matth. 21. v. 40. Τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; quid *faciet agricolis* iſtis?

Luc. 7. v. 27. Καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, benefacite iis qui vos oderunt.

Marc. 4. v. 10. Ἠρώτησαν αὐτὸν τὴν παραβολήν, petierunt ab eo iſtam parabolam, hoc eſt, expoſitionem parabolæ.

Marc. 15. v. 20. Ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια, *exuerunt* eum *purpurâ* & *induerunt* eum *ſuîs* ipſius *veſtimentîs.* Confer. Matth. 27. v. 31.

Luc. 11. ℣. 11. Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; Ecquis autem ex vobis Pater, ſi *Filius ab eo petierit panem*, an lapidem ei eſt daturus?

Luc. 11. ℣. 46. Φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα, *oneratis homines oneribûs* portatu *difficilibûs*.

Johan. 14. ℣. 26. Ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα, ἃ εἶπον ὑμῖν, ille (Spiritus Sanctus) *docebit vos omnia*, *& ſuggeret vobis omnia*, quæ dixi vobis. Ἐκεῖνος pro ἐκεῖνο eleganter. Vide ſupra de anomalia generis.

Johan. 17. ℣. 26. Καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω, ἵνα ἡ ἀγάπη, ἣν ἠγάπησάς με ἐν αὐτοῖς ᾖ, κἀγὼ ἐν αὐτοῖς. Et nomen ipſis tuum fecit notum, & notum faciam, ut *Charitas*, *quâ dilexiſti me*, ſit in eis, & ego in eis.

Johan. 19. ℣. 2. Καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν. Et palliô purpureô induerunt eum.

Luc. 23. ℣. 11. Joh. 23. ℣. 11. Περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ, *amictum veſte ſplendida*, remiſit ad Pilatum.

Actor. 13. ℣. 2. Εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς, ad opus *ad quod advocavi eos*.

Actor. 28. ℣. 22. Πείθων αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ſuadens *eis quæ de* JESU CHRISTO ſunt.

1. Corinth. 3. ℣. 2. Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα καὶ οὐ βρῶμα, *lactis potu vos alui & non eſcâ*.

VI. *Participia quædam* Infinitivis adjecta, *conſequentiam* ſignificant, ut δέον *cùm oporteat*, δεῆσον *cùm oportuerit*, δόξαν *cùm viſum fuerit*, ἐξὸν *cùm liceat*, παρὸν *cùm adſit*, ὂν *cùm ſit* vel *extet*, προσῆκον *cùm conveniat*.

Sic Baſil. Δακρύειν δέον σὺ τέρπῃ, *cùm flere debeas*, tu oblectaris.

PLUTARCH. libr. adverſùs *Coloten* in princip. Οὐκ ἄγαμαι τ̃ Νέστορος ἑλέσθαι δέον ἐκ τῶν ἐννέα τὸν ἄριστον, ἐπὶ τῇ τύχῃ ποιουμένου καὶ διακληρουμένου, non admodum probo Neſtorem, qui, *cùm deberet deligere* ex novem præſtantiſſimum, *Fortunæ* & *ſorti rem commiſit*.

VII. Quando Participium cum Verbo λανθάνω conſtruitur, illud inſtar *Verbi* & hoc inſtar *Participii* vel *Nominis* explicandum eſt.

Hebr. 13. v. 2. Hoſpitalitatis ne eſtote immemores. Per hanc enim ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους, (pro λαθόντες ἐξένισαν) quidam *inſcii hoſpitiô exceperunt* Angelos. Vide D. D. *Glaſſium* Philol. Sacr. libr. 3. tract. 4. Can. 12.

CAPUT XVI.

DE SYNTAXI ADVERBIORUM.

I. ADVERBIA *Verbis* modò *præponuntur*, modò *poſtponuntur*, unde etiam nomen ſortita ſunt, ut:

Matthæi 17. v. 12 Ἠλίας ἤδη ἦλθε, Elias *jam venit. Elias iſt ſchon kommen.* Et cap. 21. v. 41. Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει, malos *malè perdet*.

Marc. 7. v. 37. Καὶ ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες, καλῶς πάντα πεποίηκε, & *ſupra modum percellebantur*, dicentes, *bene omnia fecit.*

Marc. 14.

Marc. 14. v. 7. Δύναϲθε αὐτοὺς εὖ ποιῆσαι, poteſtis iis *bene facere.*

Luc. 15. v. 8. Ζητεῖ ἐπιμελῶς ἕως ὅτου εὕρῃ, *accuratè quærit* uſque quò invenerit. Et ℣. 13. Ζῶν ἀσώτως, *diſſolutè vivens.*

Johan. 3. v. 18. Ὁ δὲ μὴ πιστεύων ἤδη κέκριται, qui non credit, jam condemnatus eſt. Joh. 4. v. 52. Κομψότερον ἔσχε, *melius habuit.*

Actorum 15. v. 29. Εὖ πράξετε, *bene agetis.* Actor. 16. v. 37. Λάθρᾳ ἡμᾶς ἐκβάλλουσι, *clam nos ejiciunt.*

Tit. 2. v. 12. Ἵνα σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν, ut *temperanter* & *juſtè* & *piè* vivamus.

Præponuntur etiam *Nominibus*. Thren. 1. v. 7. Ἐν οὐκ ἰσχύϊ, *ſine robore.*

Marc. 11. v. 29. Ὅτι ὄντως προφήτης ἦν, quòd *certò* Propheta fuiſſet. Ὄντως opponitur τῷ φαινομένως. Sic τὸ κατ' ἀλήθειαν, καὶ τὸ κατὰ δόξαν.

1. Timoth. 5. v. 3. Χήρας τίμα τὰς ὄντως χήρας, viduas honora, quæ *verè* viduæ ſunt.

Adduntur *Participiis* ceu verbis, ut: Luc. 23. ℣. 10. Εὐτόνως κατηγοροῦντες αὐτοῦ, *magna contentione* eum accuſantes.

Philipp. 4. v. 10. Ἐχάρην δὲ ἐν κυρίῳ μεγάλως, gaviſus autem ſum in Domino *magnopere.*

Poſtponitur interdum ὡς. Actor. 10. v. 38. Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέθ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς, pro ὡς ὁ θεὸς ἔχρισε Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέθ, quomodo Deus unxerit Jeſum Nazarenum. Ubi concurrit pleonaſmus relativi αὐτὸν.

Interdum etiam ἵνα. Coloſſ. 4. v. 17. Βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν κυρίῳ ἵνα αὐτὴν πληρῷς, pro βλέπε ἵνα τὴν διακονίαν, &c. Vide ut miniſterium, quod recepiſti in Domino, impleas.

Philipp. 2. v. 6. Τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, *æqualem eſſe* Deo. Vide Lexicon Novi Teſtamenti. Et ℣. 27. Ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ, ægrotavit *proximè* mortem. 1. Timoth. 2. v. 1. Πρῶτον πάντων, *primò* omnium.

III. Adverbia quæ caſum ſortiuntur plerunque poſt ſe habent *Genitivum*, ut: Matthæi 1. ℣. 26. Ἕως οὗ, ſcilicet χρόνου, *quouſque*.

Matth. 5. v. 16. Ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, *coram* hominibus. Et ℣. 25. Ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ, *donec* es in via. Et ℣. 32. Παρεκτὸς λόγου πορνείας, *extra* rationem ſcortationis. Matth. 7. v. 6. Ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, *coram* porcis. Matth. 10. v. 29. Ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, *ſine* patre veſtro. Matth. 11. v. 23. Ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, *uſque* ad cœlum ſublata. Matthæi 13. v. 30. Μέχρι θερισμοῦ, *uſque* ad meſſem. Matth. 18. v. 15. Μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου, *inter* te & illum ſolum. Matth. 23. v. 26. Τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν, quod *foris* eſt purum.

Marc. 7. v. 28. Ὑποκάτω τῆς τραπέζης ἐσθίει, *ſub* menſa edit. Marc. 12. v. 32. Εἷς ἐστι θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ, unus eſt Deus, nec eſt alius *præter* eum. Marc. 15. v. 16. Ἔσω τῆς αὐλῆς, *intra* aulam.

Sir. 10. v. 7. Μισητὴ ἔναντι κυρίου καὶ ἀνθρώπων ἡ ὑπερηφανία, ſuperbia exoſa eſt *in conſpectu* Dei & hominum.

Luc. 1. v. 8. Ἔναντι τοῦ θεοῦ, ante Deum. Et cap. 4. ℣. 23. Ἔξω τῆς πόλεως. extra civitatem, (ἀντιπέραν è regione cum Genitivo.) Luc. 8. v. 26. Ἀντιπέραν τῆς γαλιλαίας, *in oppoſita ripa* Galilææ. Luc. 9. v. 24. Ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐτήν, quiſquis verò perdiderit animam ſuam *meâ cauſâ*, is ſervabit eam. Et cap. 12. v. 6. Ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, *in conſpectu* Dei. Et cap. 16. v. 26. Μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστί, *inter* nos & vos hiatus magnus eſt. Et cap. 21. v. 8. Μὴ πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν, ne eatis *poſt* illos. *Hebraiſmus*, hoc eſt, ne ſequimini illos. Et cap. 22. v. 6. Ἄτερ ὄχλου, *ſine* tumultu.

Johan. 1. v. 27. Αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, hic eſt ille qui *ponè me* venit, qui antepoſitus eſt mihi. Et cap. 4. v. 5. Πλησίον τοῦ χωρίου, juxta prædium. Et cap. 6. v. 23. Ἐγγὺς τοῦ τόπου, prope locum.

Eurip. Iphigen. σταθεῖσα τοῦ τεκόντος πλησίον, ſtans *prope Patrem*.

Johan. 15. v. 5. Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν, *ſeorſim* à me prorſus nihil poteſtis facere.

Actor. 7. v. 43. Ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, *trans* Babylonem. Sic ὑπερέκεινα *trans*.

Actor. 20. v. 11. Ἄχρις αὐγῆς, *uſque* ad diluculum. Et cap. 26. v. 22. Οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν τε οἱ Προφῆται ἐλάλησαν μελλόντων γίνεσθαι καὶ Μωσῆς, nihil dicens *extra* illa quæ futura prædixerant Prophetæ & Moſes. Et ℣. 29. Παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων, exceptîs iſtîs vinculîs.

Rom. 3. v. 12. Ἕως ἑνὸς, *uſque ad* unum, hoc eſt, nullo excepto. Et cap. 8. v. 36. Ἕνεκά σου θανατούμεθα, tuâ cauſâ occidimur.

Hebr. 12. v. 4. Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, nondum *ad* ſanguinem *uſque* reſtitiſtis. Et cap. 13. ℣. 12. Ἔξω τῆς πύλης, *extra* portam. Sic ἔξω τῆς παρεμβολῆς, *extra* caſtra Lev. 9. v. 11. & 14. v. 3. & 16. v. 27. &c.

IV. Ἴδε, ἰδοὺ & ἠνίδε, *en, ecce, conſtruuntur* cum *Nominativo.*

Johan. 1. v. 29. Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, *ecce* agnus Dei; quod *Nonnus* παραφράζει,

Ἠνίδε παγγενέταο Θεοῦ σχεδὸν ἀμνὸς ἐχέφρων,

Ecce omnia generantis Dei in *propinquo agnus prudens.*

Johann. 19. v. 5. Ἴδε ὁ ἄνθρωπος, *ecce* homo. Matthæi 2. v. 29. Ἰδοὺ, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, *ecce* virgo illa erit gravida. Et cap. 7. v. 4. Καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου; & *ecce* trabes in oculo tuo? Et cap. 11. ℣. 29. Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, *ecce* homo edax & vini potor.

V. *Dativum* adſciſcunt *Congregativa* ἅμα, ὁμοῦ. Matth. 13. v. 29. Μήποτε ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον, ne eradicetis *ſimul cum* iis triticum.

Interveniente interdum præpoſitione σὺν. 1. Theſſ. 4. v. 17. Ἅμα σὺν αὐτοῖς, ἁρπαγησόμεθα, *unà cum* illis rapiemur. Et cap. 5. v. 10. Ἵνα ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν, ut *ſimul cum* eo vivamus.

Item Οὐαὶ *væ* Matth. 11. v. 21. Οὐαί σοι χοραζίν, væ tibi Chorazin.

VI. *Accu-*

VI. *Accuſativo* ſerviunt quatuor Adverbia, νὴ, μὰ, δὲ, ὡς. Νὴ & μὰ in *Iuramentis* adhibentur, ut: 1. Corinth. 15. v. 31. Νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν, *per* gloriationem noſtram.

Νὴ & μὰ tamen ita differunt, ut νὴ locum habeat in *aſſeveratione* tanquam ex ναὶ, μὰ verò in *negatione* veluti ex μή.

Veruntamen Phraſis hæc νὴ τὸν θεὸν in Novo Teſtamento, non eſt uſitata, ſed legimus

Apocal. 10. v. 6. Ὤμοσεν ἐν τῷ Θεῷ ζῶντι, juravit *per* Deum viventem; idque *ad imitationem* Linguæ Hebrææ.

Matthæi 5. v. 34. Μὴ ὀμόσαι, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ne jurate neque *per* cœlum, &c.

Matth. 26. v. 63. Ἐξορκίζω σε κατὰ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, adjuro te *per* Deum viventem.

Hebr. 6. v. 13. Ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ, juravit *per* ſe ipſum Deus.

Δὲ *verò*, eſt quidem conjunctio, ſed *poſtpoſitum Accuſativo* cuicunque *Adverbiaſcit*, fitque dictio enclitica, & valet *Adverbium ad locum*, ut: Οἶκόν δε *domum* Ιλιαδ. β. 158. Μέγαρόν δε. *Idem*. Οδυσ. ψ. 20. Αἴγυπτόν δε, *verſùs Ægyptum*. Οδυσ. ρ. 426. Θάνατόν δε, *ad mortem*. Ιλιαδ. π. 693. Οὔλυμπόν δε, *in cœlum*. Ιλιαδ. α. 221. Πόλεμόν δε, *ad bellum*. Ιλιαδ. β. 443. 589. &c.

Ὡς ſæpe cum *Accuſativo* conſtruitur, & ſignificat *ad*, ut Οδυσ. ρ. 218.

Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει Θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον,

Sic ſemper ſimilem ducit Deus *ad* ſimilem.

Xenoph. 2.

Xenoph. 2. Ὑπομν. Ἐπεληλύθασιν ὡς ἐμὲ, *receperunt ſe ad me.*

VII. Adverbia quælibet ingeminata ſunt ἐμφατικά, ut: Matthæi 26. ℣. 42. Πάλιν ἐκ δευτέρου, *rurſum*, *denuo*, ſecunda vice.

Sic *Demoſth.* Olynth. 2. Πάλιν αὖ, *rurſus rurſus*, hoc eſt, paulò poſt.

Johan. 4. v. 3. Καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη, & *nunc nunc* in mundo eſt.

Johan. 6. v. 32. Ἀμὴν ἀμὴν, *verè verè*, hoc eſt, veriſſimè.

Sic *Theocr.* Εἰδυλ. δ. ναὶ ναί.

Ἀμὴν & ναὶ Apoſtolo Paulo ſunt ἰσοδυναμοῦντα, 2. Corinth. 1. v. 10.

Sic pro ἀμὴν Matth. 23. v. 36. dicit *Lucas* 11. ℣. 51. Ναὶ *verè*.

Heſiod. Ἐργ. 91. Νόσφιν ἄτερθε κακῶν, *ſine* & *abſque* malis, hoc eſt, planè abſque malis.

Hom. Ἰλιάδ. ι. 317. Νωλεμὲς αἰεὶ, *aſſiduè ſemper.* Et Ἰλιάδ. β. 8. Βάσκ' ἴθι, *abi abi*, hoc eſt, quàm ocyſſimè te hinc proripe; ubi videmus idem quoque in *Verbis* fieri.

Inprimis *Adverbia negandi plura* conjuncta *fortiùs negant.*

Matthæi 24. v. 21. Erit tunc afflictio magna, qualis non fuit à principio mundi ab hoc uſque tempus, οὐδ' οὐ μὴ γένηται, *neque unquam futura eſt.* Marc. 14. v. 25. Οὐκέτι οὐ μὴ πίω, *non ampliùs* bibam ex fructu vitis. Sic Luc. 22. v. 16. Οὐκέτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ, *non ampliùs* comedam ex eo.

Luc. 10.

Luc. 10. v. 19. Οὐδὲν ὑμᾶς ἐ μὴ ἀδικήσει, *nihil planè* vos lædet.

Et cap. 11. v. 39. Οἱ λόγοι μου ἐ μὴ παρέλθωσι, verba mea *nequaquam* præteribunt.

Et cap. 23. v. 53. Οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος, ubi nondum quiſquam poſitus fuerat.

1. Corinth. 6. v. 10. Οὐ λοίδοροι οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν Θεοῦ ἐ κληρονομήσουσι, neque conviciatores neque rapaces regni Dei hæreditatem poſſidebunt.

Galat. 5. v. 16. Καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς ἐ μὴ τελέσητε, & quod concupiſcit caro *nequaquam* perficite.

Hebr. 13. v. 5. Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' ἐ μή σε ἐγκαταλίπω, *nequaquam* te omittam, *neque unquam* te deſeram.

Interdum tamen *particulæ negantes duæ* vel *plures* conjunctæ efficiunt ſententiam *affirmativam*.

Actor. 4. v. 20. Οὐ δυνάμεθα ἡμεῖς μὴ λαλεῖν, *non poſſumus non loqui*, (id eſt, oportet nos loqui) quæ vidimus & audivimus.

Xenoph. Οὐ δύναμαι μὴ μεμνῆσθαι αὐτοῦ, *non poſſum non meminiſſe ejus*, id eſt, ſemper ejus memor ſum.

VIII. Οὐ raró eſt Adverbium *interrogandi*, at οὐχὶ crebrò.

Matth. 5. v. 46. Οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι; *nonne* & publicani idem faciunt?

Marc. 14. v. 60. Οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; *an* planè nihil reſpondes?

1. Corinth. 12. v. 16. Οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος; *num propterea* non eſt ex corpore?

IX. *Diſcri-*

IX. *Diſcrimen* inter ὐ, ὐκ, ὐχ tale eſt: ὐ ponitur ſequente *Conſona*, ὐκ ſequente *vocali tenui*, ὐχ ſequente *vocali aſpirata*, ut: Matthæi 20. v. 23. Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, *non eſt meum dare.*

Matth. 26. v. 39. Οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, *non* ut ego volo.

Marc. 3. v. 27. Οὐ δύναται ὐδεὶς τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ διαρπάσαι, *non* poteſt quiſquam robuſti vaſa diripere.

Johann. 8. v. 15. Οὐ κρίνω ὐδένα, *non* judico quenquam.

X. Οὐ quandoque, more Hebræorum, ponitur pro *privativa particula*, ut: *Thren.* 1. v. 7. Ἐν ὐκ ἰσχύϊ, cum debilitate.

Rom. 9. v. 25. Καλέσω τὸν ὐ λαόν μου λαόν μου, καὶ τὴν ὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην, vocabo *non-populum meum* populum meum, & *non-dilectam* (gentem) dilectam.

Heſiod. Ἐργ. 276. Ἐπεὶ ὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς, quandoquidem *injuſtitia* eſt apud eos.

Οὐ δίκη ponitur hîc pro ἀδικία.

Οὐ, quando pro μὴ *ne* ponitur, *Futurum* Indicativi aſciſcit.

Matthæi 19. v. 18. Οὐ φονεύσεις, ὐ μοιχεύσεις, ὐ κλέψεις, ὐ ψευδομαρτυρήσεις, *non occides, non mœchaberis, non furaberis, non dices falſum teſtimonium.*

XI. Πρὶν, πρὶν ἤ, ὡς, ὥστε, conſtruuntur cum *Infinitivo.*

Matthæi 1. v. 18. Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, *antequam* conveniſſent.

Matth. 8.

Matth. 8. v. 25. Ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι, *adeo ut* navis operiretur.

Marc. 9. v. 26. Ὥστε πολλοὺς λέγειν, *adeo ut* multi dicerent.

Luc. 22. v. 61. Πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, *ante* gallicinium.

Johan. 4. v. 49. Κατάβηθι πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου, deſcende *antequam* moriatur puerulus meus.

Hebr. 7. v. 9. Ὡς ἔπος εἰπεῖν, *ut verbô dicam*, ut ita loquar.

Rariùs πρὶν *cum Optat.* Actor. 25. v. 16. Πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος ἔχοι κατὰ πρόσωπον τοὺς κατηγόρους, *antequam* accuſatus in conſpectu *habeat* accuſatores.

Cum Subjunctivo. Luc. 2. v. 26. Πρὶν ἢ ἴδῃ, *antequam* vidiſſet.

Luc. 22. v. 34. Πρὶν ἢ ἀπαρνήσῃ, *antequam* abnegaveris.

Ὡς *Superlativo* etiam præponitur. Ut, ὡς τάχιστα, *quàm celerrimè*, ὡς ἔγγιστα, *quàm proximè.*

Ὥστε conſtruitur etiam cum *Indicativo* & in principio periodi idem eſt quod *quare.*

Johan. 3. v. 16. Ὥστε ἔδωκεν, ut dederit.

Marc. 2. v. 28. Ὥστε κύριός ἐστι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου, *itaque* Filius hominis eſt etiam dominus Sabbati.

1. Theſſalon. 4. v. 18. Ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις, *itaque* conſolamini alii alios iſtîs ſermonibûs.

XII. Μὴ *non tantùm eſt Negativum, ſed etiam Interrogativum.*

Matth. 1. v. 19. Μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, nolens eam ignominiæ exponere.

Matth. 7. v. 9. Μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; *num* lapidem ei dabit?

Marc. 14. v. 2. Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, non die feſto. Johan. 6. v. 31. Μήτι πλείονα σημεῖα τούτων ποιήσει; *numquid* plura ſigna edet?

XIII. Μὴ etiam eſt *Prohibitivum*, & cum *Imperativo* jungitur.

Matth. 7. v. 1. Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε, *ne judicate*, ne judicemini.

Marc. 13. v. 7. Μὴ θροεῖσθε, *ne turbamini*. Ibidem ℣. 11. Μὴ προμεριμνᾶτε, *ne ante ſoliciti eſtote*. Marc. 16. v. 6. Μὴ ἐκθαμβεῖσθε, *ne expaveſcite*.

Luc. 1. v. 10. Μὴ φοβεῖσθε. Ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσαι παντὶ τῷ λαῷ, *ne timete*. Ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit toti populo. Et cap. 11. v. 7. Μή μοι κόπους πάρεχε, *ne mihi negotium faceſſe*. Luc. 12. v. 11. Μὴ μεριμνᾶτε, *ne ſoliciti eſtote*. Et. v. 29. Μὴ μετεωρίζεσθε, *ne in ſublime tollimini*, ne ſuſpenſo aut perplexo eſtote animo, ne fluctuate, ne dubitate, ne diſtrahimini cogitationibûs veſtrîs. Vix Latinè exprimere queo elegantem Helleniſmum, quæ penuria me facit verboſum.

Johan. 14. v. 1. Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, *ne turbator* cor veſtrum. Johan. 20. v. 17. Μή μου ἅπτου, *ne me tange*.

Johan. 20. v. 23. Μὴ γίνου ἄπιστος, *ne eſto incredulus*.

Rom. 11. v. 18. Μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων, *ne gloriare* adverſùs ramos. 1. Corinth. 15. v. 33. Μὴ πλανᾶσθε, *ne errate.*

Cum Subjunctivo. Ut; Matth. 1. v. 20. Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ, *ne metuas* accipere Mariam.

Matthæi 6. v. 7. Μὴ βαττολογήσητε, *ne eadem blaterate.*

Marc. 10. v. 19. Μὴ κλέψῃς, μὴ ψευδομαρτυρήσῃς, ne *fureris*, ne *falſum teſtimonium dicas.* Johan. 3. v. 7. Μὴ θαυμάσῃς, *ne mireris.*

Rom. 3. v. 8. Μὴ ποιήσωμεν κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθὰ, ne *faciamus mala*, ut eveniant bona.

Actor. 23. v. 9. Μὴ θεομαχῶμεν, *ne cum* DEO *pugnemus.*

Quandoque μὴ omittitur. Ut; Luc. 3. v. 14. Μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε, *neminem concutite* neque dolo opprimite.

Rariùs cum *Optativo.* Ut; Rom. 3. v. 4. Μὴ γένοιτο, *abſit.*

Sic HOM. Odyſſ. υ. ℣. 244.

Μὴ τοῦτο θεὸς τελέσειεν, *Abſit ut hoc Deus perficiat*, id eſt, Deus hoc avertat.

Cum *Infinitivo.* Ut; Lucæ 22. v. 40. Προσεύχεσθε, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, Orate *ne introeatis* in tentationem.

Rom. 2. v. 21. Κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις, qui prædicas, *ne furare*, furaris.

XIV. Ponitur etiam ſæpe μὴ pro conjunctione *ne.* Confer ſupra §. 13.

Marc. 5. ℣. 7. Adjuro te per Deum μή με βασανίσῃς, *ne me torqueas.*

Pro varia ergo ſignificatione μὴ pertinet ad diverſas orationis partes.

XV. Cum *Particulis negativis duabus* οὐ μὴ, itemque *tribus* οὐδ' οὐ μὴ, *Subjunctivus* ferè conſtruitur, ut:

Matthæi 24. ℣. 21. Ἔσαι τότε θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται, erit tunc afflictio magna, qualis non fuit à principio mundi ad hoc uſque tempus, *neque unquam fiet.*

Lucæ 21. ℣. 33. Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι, Cœlum & Terra præteribunt, *verba* autem *mea nequaquam præteribunt.*

Hebr. 13. ℣. 5. Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω, *nequaquam te omittam*, neque *unquam te deſeram.*

XVI. De Significatibus particularum εἰ μὴ & ἐὰν μὴ notentur ſeqq.

Valent interdum *Niſi.* Marci 2. ℣. 7. Quis poteſt remittere peccata, εἰ μὴ εἷς ὁ θεὸς; *niſi* unus ille Deus?

Interdum *Sed.* Matth. 12. v. 4. Quos (panes propoſitionis) non licebat ei comedere, &c. Εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις, *ſed* ſacerdotibus ſolis. Confer Luc. 4. v. 27. Joh. 5. v. 19. & 17. v. 12.

1. Corinth. 7. v. 17. Εἰ μὴ ἑκάσῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ θεὸς, *ſed* ut unicuique (donum) partitus eſt Deus.

Gal. 1.

Gal. 1. ℣. 7. Ἐι μή τινες εἰσὶν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, *ſed* nonnulli vos turbant.

Gal. 2. ℣. 16. Scientes non juſtificari hominem ex operibus Legis, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, *ſed* per fidem Jeſu Chriſti.

Apocal. 21. ultim. Ἐι μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου, *ſed* qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni illius.

Vide plura exempla in Lexico Novi Teſtamenti ad μή.

Et quòd viciſſim ἀλλὰ interdum pro εἰ μὴ *niſi* ponatur patet ex Marc. 9. v. 8.

XVII. Ἕως, ἄχρις & μέχρις (vel ſeq. conſona ἄχρι & μέχρι,) *donec*, *dum*, *quamdiu*, aſciſcunt *Indicativum*, *Optativum*, *Conjunctivum* & *Infinitivum*, cum vel ſine particula ἄν.

Matth. 5. ℣. 18. Ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται, *uſque dum* præterierit Cœlum & Terra, jota unum aut unus apex nequaquam præterierit ex lege, *uſque dum* omnia facta fuerint. Et ℣. 25. Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, compone cum adverſario tuo citò, *dum es* in via cum eo.

Johan. 12. v. 35. Περιπατεῖτε ἕως τὸ φῶς ἔχετε, ambulate *dum* lucem *habetis*.

1. Tim. 4. v. 13. Ἕως ἔρχομαι πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, interim *dum venio*, intentus eſto lectioni.

XVIII. Ἕως alioquin conſtruitur cum *Genitivo* nominum, itemque cum *Adverbiis*.

2. Corinth. 12. v. 2. Οἶδα ἄνθρωπον ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ, novi hominem raptum *in tertium uſque Cœlum.*

Johan. 2. ℣. 7. Ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω, impleverunt eas (hydrias) *uſque ad ſummum.* Et ℣. 10. Τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι, ſervâſti bonum vinum *huc uſque.* Et cap. 5. ℣. 17. Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, Pater meus *uſque adhuc* operatur.

XIX. Ἆρα *num* & ἄρα *utique, igitur, nempe,* non eodem modo accipiuntur. Ut, Lucæ 18. ℣. 8. Ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; *num* inventurus eſt fidem in terra?

Actor. 8. ℣. 30. Ἆρά γε γινώσκεις, ἃ ἀναγινώσκεις; *an* intelligis, quæ legis?

Rom. 8. ℣. 1. Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, nulla *igitur* nunc eſt condemnatio iis qui ſunt in Christo Jesu.

1. Theſſal. 5. ℣. 6. Ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, *nempe igitur,* ne dormiamus.

XX. Ἄρα *eleganter poſtponitur interrogativis.* Ut, Luc. 12. ℣. 42. Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος; Quiſnam eſt fidus diſpenſator?

Sic etiam additur ἄττα, *ſed tantùm neutris pluralibus.* Ut, Τίνα ἄττα; ποῖα ἄττα; ἄττα pro ἄτινα.

Ἄραγε *forte.* Actor. 17. ℣. 27. Εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν, καὶ εὕροιεν, ſi *fortè* palpando invenirent eum.

XXI. *Verbum videtur in Imperativo adverbiaſcere.* Ut, Ἰδοὺ Matth. 1. ℣. 20. Ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου, *ecce* Angelus Domini.

Φέρ' εἰπὲ,

Φέρ' εἰπὲ, (φερ' pro φέρε) *age dic*. Sic ἔα Marc. 1. ℣. 24. Ἔα *vah*! Vide infra cap 19.

Ἰδὲ vel ἴδε Johan. 19. ℣. 5. Ἴδε ὁ ἄνθρωπος, *ecce homo!*

Eodem modo etiam *Participia*. Ut, Coloſſ. 2. ℣. 18. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων, nemo adverſùs vos judicis partes *ultro* ſumat.

Hîc θέλων ponitur pro ἐθελοντὶ, *ultrò*, *ſponte*, qua vocula *Plutarchus* utitur in *Pericle*.

Sic Jacob. 1. v. 18. Βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, *Deus voluntariè* (hoc eſt, pro liberrima Voluntate ſua) nos progenuit ſermone veritatis, nos inquam, idque non motus dignitate noſtra.

XXI. Ὦ uſitatè regit *Vocativum*, Atticè etiam *Nominativum*. Ab aliis Interjectio vocatur.

Matth. 9. v. 19. Ὦ γενεὰ ἄπιστος, *ô natio incredula*. Actor. 18. v. 14. Ὦ Ἰουδαῖοι, *ô Iudæi!*

Rom. 2. v. 1. Διὸ ἀναπολόγητος εἶ, ὦ ἄνθρωπε, πᾶς ὁ κρίνων, quapropter inexcuſabilis es ô *homo*, quiſquis alterum damnas! Rom. 11. v. 33. Ὦ βάθος, *ô profunditatem!*

Apud *Demoſthenem* cerebrum eſt τὸ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ô Viri Athenienſes!

Tullius verò *omittit*, ubi ait, Quirites! Vos P. C! vos Judices!

Rarò *addit*, ut pro *Rabirio*, *ô dii immortales!*

XXIII. *Adjectiva*, inprimis *Neutra*, eleganter pro *Adverbiis* ponuntur, ut:

Matth. 5. ℣. 25. Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ, compone cum adverſario tuo citò. Et cap. 9. ℣. 14. Νηστεύομεν πολλὰ, multum jejunamus. Et cap. 20. 31. Μεῖζον ἔκραζον, magis clamabant.

Matth. 23. ℣. 14. Et Marc. 12. ℣. 40. Μακρὰ προσεύχεσθαι, longis uti precibus.

Marc. 1. v. 35. Καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν ἀναστὰς ἐξῆλθε, & mane *valde multa nocte* quum ſurrexiſſet exivit. Et cap. 5. v. 23. Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, & precabatur eum *multum*. Et cap. 12. v. 27. Ὑμεῖς οὖν πολὺ πλανᾶσθε, vos itaque *multum* erratis.

Lucæ 17. v. 25. πρῶτον, *priùs*. *Heſiod.* 2. εργ ℣. 385. πάπρωτα.

Lucæ 20. v. 26. Ἐναντίον τοῦ λαοῦ, *coram* plebe. Et cap. 22. v. 44. Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ ἐκτενέστερον προσηύχετο, & ipſe conſtitutus in angore, *intentiùs* orabat. Et cap. 23. v. 22. Ὁ δὲ τρίτον εἶπε, ille autem *tertia vice* dixit. Conf. Johan. 21. ℣. 14.

Johan. 6. v. 62. Τὸ πρότερον, *priùs* Et cap. 7. v. 17. Γνώσεται περὶ τῆς διδαχῆς πότερον ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν, cognoſcet de Doctrina *utrùm* ex Deo ſit.

Et cap. 13. v. 32. Εὐθὺς δοξάσει αὐτὸν, *ſtatim* glorificabit eum.

Actorum 2. v. 44. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *eodem loco*. Et cap. 24. v. 26. Πυκνότερον, *crebriùs*.

Epheſ. 4. v. 15. Αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, adoleſcamus in eum *prorſus*.

Apoc. 22. v. 7, 12, 20. Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχὺ, ecce Venio citò.

XXIV. Quædam *Nomina* & *Pronomina* in *Genitivo* Adverbialiter ponuntur, ut: Johan. 3. v. 2. Νυκτὸς, *noctu.* Et cap. 8. v. 2. Ὄρθρου, *ſummo mane.*

Matthæi 26. v. 36. Actorum 15. v. 34. & 18. v. 19. Αὐτοῦ, *hic*: *Ibi.*

Matthæi 2. v. 9. Οὗ ἦν τὸ παιδίον, *ubi* erat puerulus.

Hebr. 9. v. 7. Ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, *ſemel annuatim* vel *quotannis.*

Sic Pſalm. 1. v. 2. In lege Domini meditatur νυκτὸς καὶ ἡμέρας, *noctu* & *interdiu.*

XXV. Alia in *Dativo* caſu adverbiaſcunt, ut: Matthæi 14 v. 13. Πεζῇ, *pedeſtri itinere*,)(κατὰ θάλασσαν, *marî.*

Marc. 3. v. 34. Κύκλῳ καθημένους, *in orbem* ſedentes.

Et cap. 8. v. 32. Καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει, & *liberè* eum ſermonem loquebatur. Conf. Joh. 7. v. 13. & cap. 10. v. 24. & cap. 11. v. 14. & cap. 16. v. 25. & cap. 18. v. 20.

Johan. 11. v. 54. Παῤῥησίᾳ περιπατεῖν, *palam* ambulare.

Et cap. 16. v. 25. Παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν, *apertè* de Patre meo renuntiabo vobis.

Actorum 16. v. 37. Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, cæſos nos *publicè.*

1. Corinth. 12. v. 11. Ἰδίᾳ *privatim*, idem quod κατ᾽ ἰδίαν. Matth. 14. v. 13.

2. Corinth. 4. v. 16. Ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, *internus* (homo) renovatur indies.

Epheſ. 5. ℣. 12. Τὰ κρυφῆ γινόμενα, quæ *clam* fiunt.

Sirach. 18. ℣. 1. Κοινῆ, *communiter*.

Ιλιαδ. η. 195. Σιγῇ ἐφ' ὑμείων, *tacitè* apud vos. Sic σιωπῇ Ιλιαδ. ι. 29. Πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, *omnes conticuerunt*.

Propriè, Omnes ſiluerunt (ἀχανῶς) ita ut ne os quidem aperuerint.

Σπουδῇ *Confeſtim*. Ιλιαδ. β. 99. Σπουδῇ δ' ἕζετο λαός, *confeſtim* autem ſedit populus, &c.

XXVI. In *Accuſativo* adverbiaſcunt alia, ut: Matth. 15. V. 16. Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε, *adhuc* vos intelligentia caretis.

Johan. 8. ℣. 25. Ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν, id quod *à principio* dico vobis, pro ἐξ ἀρχῆς, ut *Nonnus* reddit. Conf. *Cham*. Tom. 1. Panſtrat. pag. 570.

Rom. 15. V. 12. Ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν, inhibitus ſum *ſæpe* venire.

1. Johan. 3. V. 12. Χάριν τίνος ἔσφαξεν αὐτόν; *cujus rei gratiâ* occidit eum?

Judæ ℣. 6. Ὠφελείας χάριν, utilitatis *gratiâ*.

XXVII. Interdum *cum Præpoſitione* : Actorum 17. V. 31. Ἐν δικαιοσύνῃ, in juſtitia, id eſt, *juſtè*. Rom. 1. V. 4. Ἐν δυνάμει, *potenter*. Gal. 2. ℣. 2. Εἰς κενόν, *fruſtra*. Hebr. 12. V. 1. Δι' ὑπομονῆς, per tolerantiam, id eſt, *patienter*. Actor. 2. ℣. 29. Μετὰ παῤῥησίας, *liberè*. Johan. 10. V. 3. Κατ' ὄνομα, *nominatim*. Actorum 2. V. 26. Κατ' οἶκον, *domeſticatim*. Lucæ 18. V. 11. Σταθεὶς πρὸς ἑαυτόν, ſtans *ſeorſim*.

Actor. 4. v. 27. Ἐπ' ἀληθείας, in veritate, id eſt, *verè*. Vide infra cap. 18.

XXVIII. *Adverbia cum Articulis* indicant *nomina*, ut: Matth. 6. v. 34. Μὴ μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον, ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς, ne ſoliciti eſtote de die craſtino: Nam craſtinus dies erit ſolicitus de rebus ſuis. Ἡ αὔριον, ſcilicet ἐσομένη ἡμέρα. Conf. Luc. 10. v. 35.

Et cap. 11. v. 23. Μέχρι τῆς σήμερον, in hodiernum diem.

Marc. 5 v. 1. Venerunt εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης, (pro εἰς μέρος τὸ πέραν τῆς θαλάσσης ὄν) in ulteriorem ripam maris.

Luc. 10 v. 29. Τίς ἐστί μου πλησίον; quis eſt meus *proximus*? Sic τῷ πλησίον, *proximo*. Rom. 13. v. 10. Τὸν πλησίον, *proximum*. Matth. 22. v. 39. Eſſe autem πλησίον adverbium, ſignificans *prope*, liquet ex Johan. 4 v. 5.

Johan. 4. v. 31. Ἐν τῷ μεταξὺ, ſcilicet χρόνῳ, interea.

Actorum 3. v. 24. Ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς, à Samuele & ſequentibus.

Actor. 15. v. 28. Πλὴν τῶν ἐπάναγκες, (id eſt, ἀναγκαίων) τούτων, præter neceſſaria iſta.

Rom. 1. v. 13. Ἄχρι τοῦ δεῦρο, ſcilicet χρόνου, hucuſque.

Rom. 3. v. 16. Ἐν τῷ νῦν καιρῷ, præſenti tempore.

2. Corinth. 4. v. 16 Etſi ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος, extra noſter homo, id eſt, *externus homo* corrumpitur,

pitur, tamen ὁ ἔσωθεν qui intus eſt, id eſt, *internus homo* renovatur in dies ſingulos. Conf. Eph. 3. v. 16.

Coloſſenſ. 3. v. 1 Τὰ ἄνω ζητεῖτε, quæ ſurſum ſunt, id eſt, *ſuperna* quærite. Et ℣. 2. Τὰ ἄνω φρονεῖτε, quæ ſurſum ſunt, id eſt, *ſuperna* curate.

2. Tim. 4. v. 10. Ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, amore incenſus præſentis ſeculi.

Hebr. 3. v. 13. Ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, quoad *dies hodiernus* appellatur.

2. Petr. 1. v. 9. Oblitus purgationis τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν peccatorum ſuorum *quæ olim*, id eſt, peccatorum veterum.

XXIX. *Quandoque unum Adverbium varias habet ſignifiationes.*

Sic *vertitur* ὧδε

Hic. Marc. 16. v. 6. Οὐκ ἔστιν ὧδε, non eſt *hîc*.

Huc. Apocal. 4. v. 1. Ἀνάβα ὧδε, aſcende *huc*.

Sic. Ὧδε γινέσθω, *ita* fiat.

Nunc. Apocal. 14. v. 12. Ὧδε ἡ ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστὶ, *nunc* eſt tolerantia ſanctorum. Sed hæc potiùs ad Lexicon pertinent. Vide infra 37.

XXX. Οὕτως *ſic*, non tantum eſt nota ἀποδόσεως, (ut; Luc. 21. v. 31.) Sed etiam per *Hebraiſmum* ponitur pro τοῖος, τοία, τοῖον. Confer infra de Dialectis, ut:

Marc. 2.

Marc. 2. v. 12. Οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν, nunquam *tale quicquam* vidimus.

Rom. 9. v. 20. Τί με ἐποίησας οὕτως; (pro ποῖον) cur me feciſti *talem*?

Apocal. 9. v. 17. Καὶ οὕτως εἶδον τοὺς ἵππους, & *tales* vidi equos.

Veruntamen ſic etiam loquitur HOMERUS. Ἰλιάδ. λ. 761. Ὣς ἔον, *talis* fui.

Ὣς cum Accentu ſemper ponitur pro οὕτως. Et ſanè ſic vertunt Interpretes, quibus nunquam Hebraiſmus in mentem venit. Sed à potiori fit denominatio.

XXXI. *Poſt Adverbium* οὗ, vel ὅπου *ubi*, ſequitur ἐκεῖ.

Lucæ 17. v. 37. Ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται ἀετοί, *ubi* eſt cadaver, *ibi* congregabuntur aquilæ.

Ubi notetur, ποῦ *ubi*? Eſſe *Interrogativum*; ut: Matthæi 2. v. 2. Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεύς; *ubi* eſt ille Rex, qui natus eſt? Luc. 22. v. 9. Ποῦ θέλεις, *ubinam* vis?

Sic πόθεν *unde*? Luc. 13. v. 25. Οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ, neſcio, *undenam* vos ſitis.

Sed ποῦ ponitur etiam ἀορίστως pro ὅπου *ubi*.

Matthæi 8. v. 20. Ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ, *ubi* caput reclinet.

Lucæ 12. v. 17. Οὐκ ἔχω, ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου, non habeo horreum, *ubi* congregem fructus meos.

Eadem eſt ratio aliarum dictionum πότε, πῶς, &c.

XXXII. Ὅτι

XXXII. Ὅτε, *quando*, *quum*, eſt Adverbium temporis.

Matth. 12. v. 3. Ὅτε ἐπείνασεν, *quum* eſuriret. Marc. 4. v. 10. Ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας, *quum* autem eſſet ſolus. Hîc ſunt duo adverbia ὅτε *quum* & καταμόνας *privatim*. Galat. 2. v. 11. Ὅτε δὲ ἦλθε, *quum* autem adveniſſet.

XXXIII. Ὅταν, *quum*, *quamdiu*, Subjunctivo gaudet, ut:

Johan. 9. v. 5. Ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, *quamdiu* in mundo *fuero*. 1. Corinth. 16. v. 2. Ὅταν ἔλθω, *quum venero*.

XXXIV. Πότε penacutum eſt ἐρωτηματικὸν, *interrogativum*.

Matth. 25. v. 39. Πότε σε εἴδομεν ἀσθενῆ; *quando* vidimus te ægrotum?

Ponitur interdum pro ὅτε.

Lucæ 12. v. 36 Προσδεχομένοις τὸν κύριον, πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων, exſpectantibus, *quando* Dominus ſuus reverſurus ſit a nuptiis.

Ἕως πότε, *quamdiu*? Johan. 10. v. 21.

Matth. 17. v. 17. Ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; *quamdiu* ero vobiſcum?

Luc. 9. v. 41. Ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; *quamdiu* ſufferam vos?

XXXV. Ποτὲ, cum Accentu in ultima, eſt ἀόριστον indefinitum & vertitur *aliquando*, *nonnunquam*.

Johan. 9. v. 13. Τὸν ποτὲ τυφλὸν, ſcilicet ὄντα, qui *quondam* cæcus fuerat.

Εἴ πο-

Ε'ἴ ποτε, *ſi quando.*

Rom. 1. v. 10. Ε'ἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι, ſi quo modo tandem aliquando proſperum iter mihi detur.

XXXVI. *Comparatio* interdum ponitur locô *Adverbii negandi*, & *viciſſim.*

Luc. 18. v. 14. Deſcendit iſte (publicanus) juſtificatus domum ſuam ἢ ἐκεῖνος (potiùs) quàm ille, ſcilicet Phariſæus, hoc eſt, deſcendit publicanus juſtificatus, *non* autem Phariſæus. Si ἢ explices per οὐ ſupplementum omitti poteſt.

Johan. 3. ℣. 19. Ἠγάπησαν μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς, *dilexerunt potiùs tenebras quàm lucem*, hoc eſt, *dilexerunt tenebras*, *non* autem *lucem*, quam potiùs odio habuerunt.

1. Corinth. 7. v. 9. Κρεῖσσόν ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι, *Melius* eſt *matrimonium contrahere quàm uri*, id eſt, Bonum eſt matrimonium contrahere, *non* autem bonum eſt *uri*, hoc eſt, ſtimulis ad libidinem ſuccumbere.

1. Petr. 3. v. 17. Κρεῖττον ἀγαθοποιοῦντας πάσχειν ἢ κακοποιοῦντας, Melius eſt ut *bene agentes* malis afficiamini quàm *malè agentes*, ſcil. non eſt bonum pati facinoroſorum more.

Sic in Veter. Teſtam. Pſalm. 118. v. 8. *Bonum eſt confidere in* DEO *præ confidere in homine*, hoc eſt, Bonum eſt confidere in DEO, non autem in homine. Conf. Prov. 25. ℣. 7.

Caſus alterius exempla notentur ſeqq. Matth. 5. ℣. 39. Μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, *Ne obſiſtere improbo*: ſed *quũ*

ſed *qui te cædet in dexteram tuam maxillam*, *obverte ei & alteram*, hoc eſt, *potiùs* obvertes alteram maxillam, quàm ut obſiſtas improbo & te ipſum vindices.

Lucæ 14. v. 12, 13. Quum feceris prandium, &c. Μὴ φώνει τοὺς φίλους σου, *ne vocato amicos tuos*, &c. *Sed voca mendicos*, &c. id eſt, hos potiùs invitato quàm illos.

Marc. 9. v. 37. Quiſquis me excipit οὐκ ἐμὲ δέχεται, *non me excipit*, *ſed eum qui miſit me*, id eſt, non tam me excipit, quàm illum qui miſit me. Confer Johan. 5. v. 30, 45. & cap. 6. v. 27, 38. 1. Corinth. 1. v. 17.

Sic in Veter. Teſtament. Geneſ. 45. v. 8. *Nequaquam vos eſtis qui miſiſtis me huc*, *ſed* Deus *ipſe*, hoc eſt, Deus potiùs quàm vos.

Joël. 2. v. 13 *Lacerate corda veſtra ac non veſtes veſtras*, id eſt, illa potiùs.

XXXVII. Adverbia quæ *quietem* in loco deſignant interdum *motum ad locum* ſignificant.

Matth. 2. v. 22. Ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν, metuit *ibi*, id eſt, *illuc* abire. 1. Cor. 16. v. 6. Οὗ ἐὰν πορεύωμαι, *quocunque* proficiſcar. Vide ſupra §. 29.

XXXVIII. Adverbia quædam in Oratione *ſe mutuò præcedunt & ſequuntur*, verbi gratiâ.

1. Adverbia *Temporis* : Ὅτε, τότε vel τότε ὅτε. Matth. 13. v. 26. Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια, *quum* verò germinâſſet herba & fructum edidiſſet, *tunc* apparuerunt etiam zizania.

Alterum

Alterum ſæpius *omittitur*. Galat. 4. v. 4. Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, at *poſtquam* venit plenum illud tempus emiſit Deus Filium ſuum.

2. Adverbia *Loci*, ὅπου & ἐκεῖ vel ἐνταῦθα. Matthæi 6. v. 21. Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν, *ubi* enim eſt Theſaurus veſter *illic* eſt etiam cor veſtrum. Et cap. 24. v. 28. Ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοὶ, *ubicunque* fuerit cadaver, *illuc* congregabuntur aquilæ.

3. Adverbia *ſimilitudinis*, ὡς, ὥσπερ, καθάπερ & οὕτω, itemque ὡσεὶ & οὕτω, &c.

Johan. 5. v. 26. Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ. Οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, *ſicut* enim Pater habet vitam in ſe ipſo, *ſic* dedit & Filio habere vitam in ſe ipſo.

Johan. 12. v. 50. Καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ πατὴρ οὕτω λαλῶ, *prout* mihi dixit Pater, *ita* loquor.

Pſalm. 103. v. 14. Ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος. Αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ οὕτως ἐξανθήσει, homo *ſicut* fœnum; dies ejus, *ſicut* flos agri *ſic* efflorebit.

Interdum tamen alterutrum *omittitur*: Matthæi 6. v. 10. Γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, fiat voluntas tua ut in Cœlo (ita) etiam in Terra.

Johan. 20. v. 21. Καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς, ſicut miſit me Pater (ita) & ego mitto vos. Jac. 1. v. 11. Ἀνέτειλε ὁ ἥλιος, (*ut*) exortus eſt Sol cum æſtu, arefecit herbam, &c. Οὕτω καὶ ὁ πλούσιος, *ita* & dives in viis ſuis marceſcet.

XXXVI. Μήποτε, varia ſignificat: 1. *Nequando, ne fortè.* Matthæi 13. v. 29. Μήποτε ἐκριζώσητε ἅμα, *ne fortè* ſimul eradicetis, vel evellatis (triticum.)

Marc. 14. v. 2. Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, μήποτε θόρυβος ἔσται (pro γένηται) τοῦ λαοῦ, non in feſto. *ne forte* tumultus *ſit* populi.

2. *Numnam.* Lucæ 3. v. 15. Μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, *numnam* ipſe eſſe Chriſtus.

3. *Num aliquando.* 2. Tim. 2. v. 25. Μήποτε δῷ αὐτοῖς Θεὸς μετάνοιαν, *num aliquando* daturus eis ſit Deus reſipiſcentiam, pro εἴποτε.

4. *Nondum.* Hebr. 9. v. 17. Ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος, quandoquidem *nondum* valet, quum vivit teſtator.

XXXVII. De πώποτε, οὐδέποτε, τότε, ὁπότε, notentur ſeqq.

Πώποτε *unquam.* Johan. 1. v. 18. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, Deum nemo vidit *unquam.*

Οὐδέποτε, *nunquam.* Marc. 2. v. 12. Οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν, nunquam ſic, (hoc eſt, tale quid) vidimus.

1. Corinth. 13. v. 8. Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει, charitas *nunquam* excidit, hoc eſt, deſinit.

Τότε, *tunc.* Matthæi 9. v. 27. Τότε λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, *tunc* dicit diſcipulis ſuis. Matthæi 16. v. 21. Ἀπὸ τότε, *ex eo tempore.* Actor. 1, v. 12. Τότε ὑπέστρεψαν, *tunc* reverſi ſunt.

De *Futuro tempore.* Matthæi 7. v. 23. Τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς, *tunc* autem (nempe

(nempe in die noviſſimo) profitebor eis, certè nunquam novi vos.

Ο῾πότε, *quando*. Lucæ 6. v. 3. Ο῾πότε ἐπείνασεν, *quando* jejunavit, ſeu quum eſuriret.

XXXVIII. *Obſervetur etiam Periphraſis Hebraica.* Luc. 13. v. 32. Ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι, ſanationes perago *hodie & cras*, (hoc eſt, exiguô adhuc temporis ſpaciô, per paucos adhuc dies) & *tertio die*, (hoc eſt; poſt breve tempus) Conſummor, hoc eſt, offeram me in altari crucis.

XXXIX. Cùm *Adverbium negandi* οὐ *Verbum* reſpiciens conſtruitur cum nomine πᾶς *omnis*, ſignificatur *nullus*.

Matthæi 24. v. 22. Niſi decurtati fuiſſent dies illi, Ο᾽υκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ, *non* conſervaretur *omnis* (id eſt, *nulla*) caro.

Lucæ 1. v. 37. Ο᾽υκ ἀδυνατήσει παρὰ τοῦ θεοῦ πᾶν ῥῆμα, *non* impoſſibile erit apud Deum *omne*, (id eſt, *nullum*) verbum.

Rom. 3. v. 20. Ex operibus Legis, οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ, *non* juſtificabitur *omnis*, (id eſt, *nulla*) caro.

XL. Sin *Adverbia negandi* ipſum *nomen* πᾶς reſpiciat, negatio particularis innuitur.

Matthæi 7. v. 21. Ο᾽υ πᾶς, *non omnis* qui dicit mihi, Domine, Domine, introibit in Regnum Cœlorum.

XLI. *Adverbia* interdum vel *redundant* vel *deficiunt*, vel *tranſponuntur.*

1. Πλεονάζουσι, *redundant.* Lucæ 20. v. 27. Οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι, qui contradicunt reſurrectionem eſſe. Vide D. *Piſc.* Et cap. 22. v. 34. Πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με, priuſquam ter abnegaveris quòd noveris me.

Johan. 4. v. 54. Τοῦτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησε, hoc rurſus ſecundum ſignum fecit.

1. Theſſal. 5. v. 2. Ἡ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ οὕτως ἔρχεται, dies ille Domini ut *fur* nocte ita venturus eſt.

1. Johan. 2. v 22. Ὁ ἀρνούμενος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς, qui negat, quòd Jeſus ſit Chriſtus.

2. Ἐλλείπουσι. Johan. 6. v. 34. Ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, ubi ego ſum (eò) vos non poteſtis venire.

1. Corinth. 10. v. 11. Ταῦτα δὲ πάντα (ὡς) τύποι συνέβαινον ἐκείνοις, hæc autem omnia (ut) typi evenerunt illis.

3. *Tranſponuntur.* Rom. 3. v. 9. Quid igitur? Præcellimus? Οὐ, πάντως, Nullo modo pro πάντως οὐ, omnino non. Si conjunctim legamus (abſque nota ὑποδιαστολῆς) οὐ πάντως, *Non omnino* ſignificabitur, quòd *non omni modo* ſed tamen aliquatenus vel ex parte.

XLII. Verba ἔχω, ποιέω, πράττω, διάκειμαι, διατίθεμαι, & ſimilia eleganter conſtruuntur *cum Adverbiis qualitatis.*

Matth. 9. v. 12. Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες, ii qui valent non opus habent medico, ſed illi qui *malè* habent. Conf. Marc. 6. v. 55.

Marc. 5. v. 23. Filiola mea ἐσχάτως ἔχει, *extremè habet*, id eſt, in extremis conſtituta eſt & morti vicina.

Johan. 4. v. 52. Ἐν ᾗ κομψότερον ἔσχε, in qua *melius habuerat.*

Actor. 21. v. 13. Ἐγὼ οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν ἑτοίμως ἔχω, ego non ſolùm vinciri ſed & mori *paratè habeo*, id eſt, *paratus ſum* pro nomine Domini Jeſu; ubi ἔχω vim haber verbi Subſtantivi. Conf. 2. Corinth. 12. v. 14. 1. Petr. 4. v. 5.

DEMOSTH. Ἄξιον τοὺς εὖ πράττοντας καὶ εὖ ποιεῖν τοὺς ἔλαττον ἔχοντας, Æquum eſt ut illi qui *proſpero fortunæ ſtatu fruuntur* benefaciant illis qui *deteriori ſunt conditione.*

CAP. XVII.

DE SYNTAXI CONJUNCTIONUM.

I. *Conjunctiones ſic dictæ, quòd aut dictiones connectant aut ſententiam ſententiæ annectant.*

Dictiones, nempe ſimilibûs Caſibûs, aut temporibûs, &c.

Καὶ *Conjunctio Copulativa res diverſas* conjungit, ut: Matth. 23. v. 3. Λέγουσι καὶ οὐ ποιοῦσι, dicunt & non faciunt. Similes fuerunt *Athenienſibus, qui ſcire volebant, ſed non facere.*

Actor. 1. v. 21. Ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ κύριος Ἰησοῦς, quo Dominus Jeſus ingreſſus & egreſſus eſt ad nos. *Hebraiſmus*, hoc eſt, quo tempore inter nos verſatus fuit.

Actor. 6. v. 6. Οὓς ἔστησαν ἐνώπιον τῶν ἀποστόλων, καὶ προσευξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας, quos ſtiterunt coram Apoſtolis, & precati iis impoſuerunt manus. Hîc ut & loco ſequente καὶ Conjunctio Copulativa conjungit duo aoriſta.

Rom. 4. v. 7. Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἁμαρτίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι, *beati quorum peccata ſunt remiſſa, & quorum tecta ſunt peccata.*

Rom. 14. v. 7. Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει, *nullus noſtrûm ſibi ipſi vivit, & nullus noſtrûm ſibi ipſi moritur.*

Hic Copulantur duo Præſentia tempora, eædem Perſonæ, iidemque numeri.

Πολυσύνδετον eſt, *quum una Conjunctio crebrò iteratur.* Ut, Rom. 14. v. 9. Εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνέζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ, *Ad hoc* enim *Chriſtus & mortuus eſt, & reſurrexit, & revixit, ut & mortuis & viventibus dominetur.*

In hac periodo quinquies καὶ exprimitur. Tria priora tria aoriſta tempora, duo poſteriora duos Genitivos Plurales copulant.

Exempla plura occurrunt. Joh. 10. v. 27, 28. 1. Corinth. 13. v. 1, 2, 3.

Marc. 2. v. 26. Καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι, *& dedit etiam iis, qui ſecum erant.* Hîc non eſt πολυσύνδετον, quia καὶ non accipitur in eodem ſignificatu.

Ἀσύνδετον, *quum omittitur.* Ut, Luc. 17. v. 28. Ἐν ἡμέραις Λωτὸν, ἤσθιον, ἔπινον, ἠγόραζον, ἐπώλουν, ἐφύτευον,

τευεν, ᾠκοδόμουν, *in diebus Loti edebant, bibebant, vendebant, emebant, plantabant, ædificabant.* Vide quoque 1. Corinth. 13. v. 4, 5, 6, 7, 8. 1. Theſſ. 5. ℣. 14. & ſeqq.

2. Tim. 4. v. 2. Ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον, *argue, objurga, exhortare.* Talis oratio ἀσύνδετος ſæpe *celeritatem* deſignat.

Sic *Pompejo* ad bellum piraticum feſtinanti & Athenas in tranſcurſu inviſenti, talis inſcriptio ponebatur: προσεδοκῶμεν, προσεκυνοῦμεν, εἴδομεν, προπέμπομεν. *Expectabamus, venerabamur, vidimus, deduximus;* ut in illo *I. Cæſaris, veni, vidi, vici.*

II. *Quandoque diverſos caſus, modoſque & tempora conjungunt.* Ut, Matthæi 9. v. 5. Ἔγειραι καὶ περιπάτει, *ſurge & ambula.* Hîc conjungitur aoriſt. prim. med. & Præſens Activum imperat.

Matthæi 11. v. 28. Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, *Venite ad me omnes, qui fatigamini, & quibus vis fit, atque ego reficiam vos.* Hîc Præſens cum Perfecto, & contrà Coloſſ. 2. v. 7.

Lucæ 7. v. 7. Εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου, *dic verbô, & ſanabitur puer meus.* Hîc conjungitur Præſens Imperativi ſecund. Perſon. & Fut. prim. Paſſiv. tertiæ perſonæ Indicativi modi.

Johan. 20. v. 14. Ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω καὶ θεωρεῖ τὸν Ἰησοῦν, *convertit ſe retrorſum & conſpicit,* (pro conſpexit) *Ieſum.*

Apocal. 7. v. 16. Οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι. Οὐδὲ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος, *non eſurient*

 amplius,

amplius, neque ſitient amplius, nec in eos *cadet* Sol.

Apocal. 18. v. 13. Πρόβατα καὶ ἵππων, ſcilicet πλῆθος, oves *& equorum multitudinem.*

Conjunctio interdum *omittitur* & *Caſus mutatur.* 2. Petr. 2. v. 10. Μάλιστα τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους καὶ κυριότητος καταφρονοῦντας, τολμηταὶ αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες, (aſſervat in diem judicii) *maximè carnem in cupiditate pollutionis ſequentes & dominatum contemnentes: audaces, ſibi placentes, non horrent dignitates probrîs inceſſere.*

III. *Participiô quandoque compenſatur conjunctio.* Ut, Matth. 8. v. 7. Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτὸν, pro ἐγὼ ἐλεύσομαι καὶ θεραπεύσω αὐτὸν, Ego *veniam & ſanabo eum.*

Luc. 19. v. 5. Σπεύσας κατάβηθι pro σπεῦσον καὶ κατάβηθι, *feſtina & deſcende.*

Actor. 8. v. 31. Ἀναβάντα καθίσαι pro ἀναβῆναι, καὶ καθίσαι, ut *aſcenderet ſederetque.*

At manifeſtè *redundat* καὶ. Luc. 11. v. 45. Ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις, *cùm hæc dicis, nos contumeliâ afficis.*

Quotuplex verò in Novo Teſtamento hujus copulæ ſit uſus, videre licet in Lexico *Novi Teſtamenti.*

Hendiadis. Ἐνδιαδὶς vel ἐνδιαδύο, (pro ἓν διὰ δύο vel ἓν διὰ δυοῖν, *unum per duo*) dicitur cùm *duæ dictiones copulantur ad rem eandem ſignificandam vel deſcribendam.*

Matth. 3.

Matth. 3. v. 11. Βαπτίσει ἐν πνεύματι καὶ πυρὶ, baptizabit *Spiritu* & *igni*, id eſt, Spiritu vim ignis habente. Joh. 3. v. 5. Niſi quis genitus fuerit ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, *ex aqua & Spiritu*, hoc eſt, ex aqua quæ eſt Spiritus, vel ex Spiritu Sancto vim aquæ exſerente.

Actor. 14. v. 13. Ταύρους καὶ στέμματα, *tauros* & *vittas*, id eſt, tauros vittatos.

Actor. 23. v. 6. Περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι, ego in judicium vocor *de ſpe & reſurrectione mortuorum*, id eſt, de ſpe reſurrectionis mortuorum.

Rom. 1. v. 5. Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν, per quem accepimus *gratiam & Apoſtolatum*, id eſt, gratiam Apoſtolatus.

1. Corinth. 11. v. 7. Εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων, cùm (Vir) ſit *imago & gloria Dei*, id eſt, imago gloriæ Dei.

1. Corinth. 15. v. 24. Quum tradiderit Regnum, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, *Deo ac Patri*, id eſt, Deo Patri. Conf. 2. Corinth. 13. Epheſ. 1. v. 2.

Et proinde καὶ *ſæpe ponitur pro* δηλαδὴ, nempe, aut pro τουτέστι, *hoc eſt.*

Apocal. 12. v. 12. Εὐφραίνεσθε οἱ οὐρανοὶ, καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς σκηνοῦντες, *hilares eſtote cœli*, &, hoc eſt, *qui habitatis in Cœlis.*

Sic apud *Virg.* 2. Georg. *Pateris* libamus & *auro*, id eſt, Paterîs aureîs.

Τε *Conjunctio Copulativa ſemper poſtponitur, ſicut Latinorum que, eſtque ex numero dictionum encliti-*

carum. Ut, Actor. 16. v. 26. Ἀνεῴχθησάν τε, *apertæque fuerunt.*

Καὶ *ferè ſemper ſequi ſolet, atque ita diſtributionem non rarò connotat.* Ut, Actor. 8. v. 12. Ἐβαπτίζοντο ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, *baptizabantur tum Viri, tum Mulieres.*

Rom. 1. v. 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, Græcis & *Barbaris.* Ibidem σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις, *ſapientibus* & *inſipientibus.*

Ponitur in Principio verſus. Ut, Actor. 10. v. 28. Ἔφη τε πρὸς αὐτοὺς, *dixitque* ad *illos.*

Apud *Poëtas* ſæpe more Latinorum καί τε *atque.* Ὀδυσ. ψ. 14. *Heſiod.* Θεογ. 3. 5. &c.

IV. Μὲν & δὲ *in oratione ſeſe mutuò conſequuntur:* Prout etiam ex iis compoſita ἠμὲν, ἠδὲ apud *Poëtas*, eſtque in Antitheſi creber eorum uſus.

Matthæi 3. v. 11. Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν, ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. *Ego quidem baptizo vos aquâ ad reſipiſcentiam, is verò qui ponè me venit, eſt me fortior, is baptizabit vos Spiritu Sancto & igne.* Conf. Act. 19. v. 4, 5. Matth. 9. v. 37. Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι, ipſa quidem *meſſis* multa eſt, *operarii* verò pauci.

At μὲν interdum omittitur. Luc. 16. v. 25. Νῦν δὲ ὅδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι, *nunc autem hic ſolatio fruitur, tu verò cruciaris.*

Neque δὲ *ſemper ſubjicitur.* Johan. 11. v. 6. Τότε μὲν ἔμεινεν ἐν ᾧ ἦν τόπῳ δύο ἡμέρας, *tum quidem manſit duos dies in eo loco ubi erant.*

Actor. 3. v. 21. Ὅν δεῖ ὐρανὸν μὲν δέξασθαι, *quem oportet quidem Cœli capiant.*

Μὲν interdum *redundare* videtur. Actor. 4. v. 16. Ὅτι μὲν γὰρ γνωςὸν σημεῖον γέγονε δι' αὐτῶν, quòd *enim* conſpicuum ſignum editum ſit per illos.

Δὲ *ſæpe indicat* Syllogiſmi *aſſumptionem.* Ut, 1. Corinth. 15. v. 20. Νυνὶ δὲ Χριςὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, *Atqui verò Chriſtus excitatus eſt ex mortuis.* Hîc per δὲ ſententia ſententiæ annectitur, nempe aſſumptio propoſitioni connexivæ.

V. Ἐι *ſi, uſitatè conſtruitur cum Indicativo, ſicut quoque ſe habent hinc compoſita,* ἐπεὶ, ἐπειδὴ, ἐίπερ, &c. 1. Corinth. 11. v. 15, 16. Ἐι γὰρ νεκροὶ ὐκ ἐγείρονται, ὐδὲ Χριςὸς ἐγήγερται, *ſi* mortui non ſuſcitantur, Chriſtus quoque non eſt ſuſcitatus.

Sic HESIOD. 1. Ἐργ. ϛ. 359.

Ἐι γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο,
Καὶ θαμὰ τῦθ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.

Si modicum addideris modico,
Et ſæpe hoc feceris, mox illud etiam magnum evadet.

Ἐι pro *an, utrùm,* cum *Indicativo* conſtruitur. Luc. 14. v. 28. Ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν, computat ſumptus, *utrùm habeat,* quæ ad ejus perfectionem *requiruntur.*

Interdum *cum Optativo.* Actor. 17. v. 11. Ἐι ἔχοι ταῦτα ὕτως, *an hæc ita ſe haberent.*

Actor. 24. v. 19. Ἐι δὲ ἔχοιέν τι πρός με, *ſi quid haberent adverſùs me.* Actor. 25. v. 20. Ἐι βύλοιτο, *ſi vellet.*

Nonnun-

Nonnunquam cum Subjunctivo. Ut, 1. Corinth. 14. v. 5. Ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ, excepto niſi interpretetur.

Ἐι in *jurando* habet vim *negantis*. Ut, Pſal. 95. v. 12. Ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου, *Iuravi in ira mea ſi intrabunt in requiem meam*, hoc eſt, non intrabunt.

Marc. 8. v. 12. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον, *Amen dico vobis, ſi dabitur generationi huic ſignum*, hoc eſt, non dabitur. Vide Lexicon Novi Teſtamenti.

Ἐι καὶ, *etſi, quamvis* cum *Indicativo*. Luc. 18. v. 4. Ἐι καὶ τὸν Θεὸν οὐ φοβοῦμαι καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι, *etſi* Deum *non timeo, nec* quemquam *revereor*.

VI. Ἐὰν, ἂν & Jonicè ἢν conſtruuntur cum Subjunctivo, ut & *Compoſita* ἐπὰν, ὅταν, ἐπειδὰν, κἂν &c.

Matthæi 5. v. 11. Μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, beati eſtis, quum vos conviciîs affecerint. Et cap. 8. v. 2. Ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι, ſi velis, potes me purificare. Et cap. 24. v. 28. Ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοὶ, ubicunque fuerit cadaver, ibi congregabuntur aquilæ.

Marc. 4. v. 22. Ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ, quod non ſit manifeſtum futurum. Et cap. 5. v. 22. Αἴτησόν με ὃ ἐὰν θέλῃς, roga me quicquid volueris. Et ℣. 23. Ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοι, quodcunque à me petieris dabo tibi. Et cap. 16. v. 18. Κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει, & *ſi quid lethale biberint nequaquam iis nocebit*. Κἂν idem eſt quod καὶ ἐὰν *&* *ſi*.

Luc. 16.

Luc. 16. v. 9. Ὅταν ἐκλίπητε, quum defeceritis. Et cap. 21. v. 30. Ὅταν ἴδητε, quum videritis.

Johan. 2. v. 10. Ὅταν μεθυσθῶσι, poſteaquam affatim biberunt. Et cap. 14. v. 3. Ἐὰν πορευθῶ, quum profectus fuero. Et cap. 20. v. 23. Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ſi quorum remiſeritis peccata. Ἂν hîc ponitur pro ἐὰν per Aphæreſin.

Semel cum Indicativo. Johan. 5. v. 15. Καὶ ἐὰν οἴδαμεν, & ſi ſcimus. Id verò fit quia οἶδα extra Indicativum non flectitur.

VII. Poſt κἂν, *quamvis*, non ſemper ſequi ſolet, ἀλλ᾽ ὅμως, vel ἀλλὰ μέντοι *tamen.*

Johan. 8. v. 14. Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία, *quamvis ego teſter de me ipſo, tamen firmum eſt teſtimonium.*

Galat. 3. v. 15. Ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ, *pactionem licet hominis ratam habitam, nullus irritam facit.*

Hîc *antecedens*, illic *conſequens* particula ſubintelligitur.

Johann. 12. v. 12. Ὅμως μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, *veruntamen etiam ex primoribus multi credebant in eum.* Johan. 20. v. 5. Οὐ μέντοι εἰσῆλθεν, *non tamen intravit.*

Actor. 14. v. 17. Καίτοιγε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν, *quamvis ſe non reliquerit teſtium expertem.*

VIII. Ἂν *vocula eſt potentialis*, (μόριον δυνητικὸν) quia per *poſſe* reddi poteſt. Ut, Marc. 14. v. 9. Ὅπου ἂν κηρυχθῇ τὸ Εὐαγγέλιον, *ubicunque prædicatum fuerit Euangelium.*

Actor. 10. v. 17. Τί ἂν ἔιη, *quidnam eſſet*, ſeu quidnam eſſe poſſet, hoc eſt, quidnam ſignificaret.

Particula hæc potentialis ἂν *ſæpius poſtponitur.* Ut, Johan. 4. v. 10. Καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν, *& dediſſet tibi aquam vivam.*

Lucæ 12. v. 39. Ἐγρηγόρησεν ἂν, *vigilaret.* Lucæ 17. v. 6. Ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν, *obediret vobis.*

1. Johann. 2. v. 9. Μεμενήκεισαν ἂν, *manſiſſent utique.*

Johan. 14. v. 2. Εἶπον ἂν, *dixiſſem*, hoc eſt, dicere potuiſſem.

Rariùs præponitur. Luc. 10. v. 13. Πάλαι ἂν μετενόησαν, *olim reſipuiſſent*, ſeu reſipiſcere potuiſſent. Et ꝟ. 35. Ὅ, τι ἂν προσδαπανάσῃς, *quicquid præterea inſumpſeris.*

Quandoque deeſt. Rom. 9. v. 2. Ηὐχόμην (ἂν) *optarim.*

Pro ἂν *ſæpe ponitur* ἐὰν. Ut, Marc. 11. v. 23. Ἔσται αὐτῷ, ὃ ἐὰν εἴπῃ, *fiet ei, quicquid dixerit.*

Marc. 13. v. 11. Μηδὲ μελετᾶτε, ἀλλ᾽ ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τοῦτο λαλεῖτε, *neque meditamini, ſed quicquid datum fuerit vobis eo momento, hoc loquimini.*

Ἂν *non eſt potentiale, quum de* DEO *dicitur.* Actorum 7. v. 3. Δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω, *veni in terram, quam tibi oſtendero.* Hîc non licet dicere, *quam tibi potuero oſtendere, ſed quam tibi voluero oſtendere.* Deo enim omnia factu ſunt facilia.

Et ſequente

Et ſequente verbo *δύναμαι*. Actorum 8. v. 31. Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην; *quomodo quæſo poſſim?* Hîc ineptè dicerem, quomodo quæſo poſſim *poſſe?*

Quòd ἂν non ſemper ſit particula δυνητικὴ annotat *Beza*, ad Matth. 11. v. 23. *Vide D. Glaſſium*, Phil. Sacr. pag. 497.

IX. *Conjunctio Cauſalis* ἵνα, ὅπως, *item* μὴ pro ἵνα μὴ, *ne*, *regunt Subjunctivum*. Ut, Marc. 3. v. 14. Καὶ ἐποίησε δώδεκα, ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ pro μεθ' αὐτοῦ, & conſtituit duodecim ut *eſſent* ſecum.

Johan. 16. v. 1. Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε, hæc loquutus ſum vobis, *ut ne offendamini.*

Marc. 9. v. 22. Πολλάκις καὶ αὐτὸν εἰς πῦρ ἔβαλε, καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτὸν, *ſæpe eum tum in ignem abjecit, tum in aquas, ut perderet eum.* Hoc eſt Diaboli ſtudium, hic ejus finis, ut hominem perdat.

1. Corinth. 10. v. 12. Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ, *qui ſibi videtur ſtare, videat ne cadat.* 2. Corinth. 11. v. 16. Μή τις δόξῃ, *ne quis putet.*

Ἵνα quandoque *ſubauditur*. Ut, Matth. 8. v. 4. ὅρα (ἵνα) μηδενὶ εἴπῃς, vide ne cui dixeris.

Et *Infinitivus* interdum ponitur locô *Subjunctivi*, Ut, Matthæi 5. v. 13. Τὸ ἅλας εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ſal ad nihil valet ampliùs, niſi (ut) abjiciatur forâs & conculcetur à quibuſvis.

Luc. 22. v. 40. Προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, orate *ne* introeatis in tentationem.

X. Ἵνα τὸ

X. Ἱνα τί quare? Matthæi 9. v. 4. Aliâs διὰ τί, ut ibidem. ℣. 11. 14.

X I. Γὰρ *nam*, *enim* ſemper *poſtponitur*. Ut, Matthæi 1. v. 21. Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ, ipſe *enim* ſervabit populum ſuum.

Marc. 15. v. 14. Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; *enimverò* quid mali fecit?

Periodum interdum *claudit.*

Johan. 13. v. 13. Εἰμὶ γάρ, ſum *enim.*

Plerumque eſt αἰτιολογική, hoc eſt, notat *cauſam* rei. Actor. 4. v. 34. &c.

Interdum eſt συλλογιστική, ſeu notat *rationem concluſionis.*

Matthæi 16. v. 2. Quandò ſerum eſt dici, dicitis, Εὐδία, πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανός, *Serenitas* (erit) rubet *enim* cœlum. Scilicet veſperugo non cauſa eſt ſed ſignum ſerenitatis ſequuturæ.

Nonnunquam *redundare* videtur. Matthæi 1. ℣. 18. Poſt, *Ieſu verò Chriſti nativitas ita fuit*, Subjicitur: Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, *nam* cùm mater ejus deſponſa eſſet. Hîc, tametſi redundare videatur γὰρ, ſingularis tamen ἔμφασις ſubeſt, quia nativitatis miraculoſæ Hiſtoria ſubjungitur.

X I I. Ἀλλὰ eſt *Conjunctio adverſativa.* Ut, Matthæi 22. v. 32. Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων, *non eſt Deus, Deus mortuorum, ſed viventium.*

Matth. 26. v. 39. Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ᾽ ὡς σύ, *veruntamen non ut ego volo, ſed ſicut tu.*

1. Corinth. 10.

1. Corinth. 10. v. 23. Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' ὐ πάντα συμφέρει. Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' ὐ πάντα οἰκοδομεῖ, *omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt: Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant.*

Interdum ſignificat *niſi*, ut Marc. 9. v. 8. Poſt ἀλλὰ *quandoque ſequitur* ἤ.

1. Corinth. 3. v. 5. Τίς ἐστι Παῦλος, τίς δὲ Ἀπολλῶς, ἀλλ' ἢ διάκονοι, *quis eſt Paulus, quis autem Apollos, niſi miniſtri*, &c.

2. Corinth. 1. v. 13. Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, *non enim alia ſcribimus vobis, quàm quæ legitis.*

Ἀλλὰ interdum *ſubauditur*. 2. Tim. 2. v. 14. Εἰς ὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων, *ad nihil utile eſt*, (ſed pertinet) *ad ſubverſionem auditorum.*

XIII. Ὅτι *Conſtruitur cum Indicativo.* Johan. 8. v. 44. Τὸ ψεῦδος ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ψεύστης ἐστὶ, *Diabolus mendacium à ſe ipſo loquitur, quia mendax eſt.*

Quidam illud ὅτι μιμητικὸν exponunt per *nempe*, more Hebræorum, qui ita ſuum כי reddunt.

Eleganter ὅτι παρέλκει, hoc eſt, *redundat* quoties verba alicujus citantur. Vide exempla infrà in Appendice IV. num. 49. & in Lexico Novi Teſtamenti.

Nec tamen id ſemper fit. Johan. 12. v. 29. Ὁ ὖν ὄχλος ἑστὼς, καὶ ἀκούσας, ἔλεγε βροντὴν γεγονέναι. Ἄλλοι ἔλεγον, ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν pro ἄλλοι ἔλεγον, ὅτι ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν. *Turba ergo quæ adſtabat, & audiebat, dicebat tonitruum eſſe factum. Alii dicebant, Angelus ei loquutus eſt*, &c.

ὅτι quàm varias habeat ſignificationes, vide in Lexico modò citato.

Διότι. Lucæ 2. v. 7. Διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι, *eò quòd* non eſſet iis locus in diverſorio.

Καθότι. Luc. 1. v. 7. Καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα, eò quòd Eliſabeth eſſet ſterilis. De ἡ vide Lexicon Novi Teſtamenti.

Cap. XVIII.

De Syntaxi Præpoſitionum.

Nihil ita Græcum ſermonem exornat, quàm verus *Participiorum*, *Infinitivorum* & *Præpoſitionum* uſus; ac proinde in explicatione Præpoſitionum ſolito futurus ſum prolixior.

Sunt verò *Præpoſitiones* XVIII. quarum aliæ *uni*, aliæ *duobus*, aliæ *tribus* caſibus inſerviunt.

Genitivo tantùm ſerviunt, ἐκ vel ἐξ *ex*, πρὸ *ante*, ἀντὶ *pro*, ἀπὸ à vel ab.

I. Ἐκ vel ἐξ.

Ἐκ præcedit *Conſonam*, ἐξ verò *Vocalem*. *Significat* autem:

1. *Efficientem.*

Matthæi 1. v. 20. Ἐκ πνεύματος ἁγίου, *à Spiritu Sancto*. Et cap. 5. v. 37. Ἐκ τοῦ πονηροῦ, ex *maligno*, id eſt, Diabolo.

Johann. 18. v. 3. Ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ φαρισαίων, *à primariis ſacerdotibus & Phariſæis*.

Actorum 9. v. 39. Εἰ ἐκ Θεοῦ ἐστι, ſi à Deo eſt. Rom. 11. v. 35. Ἐξ αὐτοῦ, δι᾽ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ex eo, per eum & in, (hoc eſt, propter) eum ſunt omnia.

1. Corinth. 11. v. 12. Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, *omnia* verò *à Deo ſunt.*

2. Corinth. 3. v. 5. Ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, *quòd idonei ſumus id à Deo eſt.*

Hebr. 2. v. 11. Ἐξ ἑνὸς πάντες, *ex uno omnes.* Et cap. 7. v. 4. Ὁ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, is cujus genus *ad illos non refertur.*

1. Johan. 3. v. 8. Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί, qui dat operam peccato *ex Diabolo eſt.*

Apocal. 16. v. 10. Ἐμασσῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου, mandebant linguas ſuas *præ* dolore. Et ṽ. 11. Ἐβλασφήμησαν τὸν Θεὸν ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν, blaſphemârunt Deum *præ* doloribus & ulceribus ſuis. Et ṽ. 21. Ἐβλασφήμησαν τὸν Θεὸν ἐκ τῆς πληγῆς, blaſphemârunt Deum *propter* plagam.

Valet ὑπὸ vel παρὰ *poſt verba Paſſiva.* Johan. 6. v. 65. Ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ (pro παρὰ ṽ. 45.) τοῦ πατρός μου, niſi datum ei fuerit *à* Patre meo.

Vertitur *per* Rom. 1. v. 4. Ἐξ ἀναστάσεως, *per* reſurrectionem.

2. *Inſtrumentum.*

Matthæi 20 v. 2. Συμφωνήσας μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου, pactus eſt cum operariis *denariô.* Et cap. 21. v. 16. Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον, *ex* ore infantium & lactentium per-

feciſti laudem. Et cap. 27. v. 7. Ἐξ αὐτῶν ἠγόρασαν ἀγρὸν κεραμέως, *iis* (argenteis) emerunt agrum figuli.

Rom. 1. v. 7. Ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται, juſtus *ex* fide vivet. Et cap. 10. v. 17. Ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς, fide eſt *ex* auditu.

Galat. 3. v. 5. Ὁ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν, ἐξ ἔργων νόμου ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως; qui efficit virtutes in vobis, *ex* operibus legis, an *ex* auditu fidei?

Apocal. 19. v. 22. Καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν, & omnes aves ſaturatæ ſunt *carnibûs* eorum.

Apocal. 3. v. 18. Ἀγοράσαι χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς, emere aurum exploratum *ignî*.

3. *Materiam.*

Matthæi 27. v. 29. Πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, contexuerunt coronam *ex* ſpinis.

Actor. 15. v. 14. Λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν, ut ſumeret *ex* gentibus populum.

Rom. 9. v. 21. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος, *ex* eadem maſſa. 1. Corinth. 11. v. 12. Ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, Mulier eſt *ex* Viro.

Quaſi materiam. 2. Corinth. 4. v. 6. Ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ut *è* tenebris ſplendeſceret lux.

4. *Objectum.*

Apocal. 18. v. 20. Ἔκρινεν ὁ Θεὸς τὸ κρίμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς, Deus pœnas veſtras ſumſit *de* illa.

5. *Effectum.*

Matthæi 12. v. 33. Ἐκ καρποῦ γινώσκεται δένδρον, *ex* fructu agnoſcitur arbor. Et ℣. 37. Ἐκ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, *ex* ſermonibus tuis juſtificaberis.

6. Subje-

6. Subjectum *locum* vel *quaſi locum*. Matth. 2. v. 15. Ἐξ αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου, *ex* Ægypto vocavi Filium meum.

Matth. 20. v. 21. Ut ſedeant iſti duo Filii mei, εἷς ἐκ δεξιῶν σου καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων, unus ad dextram tuam & alter ad ſiniſtram. Et cap. 28. v. 2. Καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, poſtquam deſcendit è Cœlo.

Marc. 9. v. 7. Ἦλθε φωνὴ ἐκ νεφέλης, venit vox è nube.

Luc. 3. v. 22. Καὶ φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ γενέσθαι, & vox *de* Cœlo extitit. Et cap. 11. v. 6. Φίλος μου παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ, amicus meus venit *de* via.

Johan. 6. v. 23. Ἦλθε πλοιάρια ἐκ Τιβεριάδος, navigiola venerunt *Tiberiade*.

Actorum 7. v. 55. Vidit gloriam Dei καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ, & Jeſum adſtantem *ad* dextram Dei. Et cap. 18. v. 2. Χωρίζεσθαι ἐκ τῆς Ῥώμης, ut Româ excederent.

7. Adjunctum.

Johan. 12. v. 3. Domus impleta eſt ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου, *odore* unguenti.

Adjunctam Excellentiam. Phil. 3. v. 5. Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, *Hebræus ex Hebræis*, id eſt, eximius inter Hebræos.

Adjunctum tempus. Marc. 10. v. 20. Ἐκ νεότητός μου, *à juventute* mea. Johan. 6. v. 64. Ἤδει ἐξ ἀρχῆς, ſciebat *à principio*. Et cap. 9. v. 32. Ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη, *ab omni ævo*, (hoc eſt, poſt homines natos) non fuit auditum. Et cap. 13. v. 4. Ἐκ τοῦ δείπνου, Cœnâ peractâ.

Actorum 4. v. 48. Ἐκ κοιλίας μητρὸς, *ab utero* matris.

Adjunctum peccatum. Matth. 23. v. 25. Ἔσωθεν γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας, intus plena ſunt rapina & intemperantia.

Rom. 7. v. 24. Quis me liberabit ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου, ex hoc corpore mortis? Et cap. 13. v. 11. Ὥρα ἐξ ὕπνου ἡμᾶς ἐγερθῆναι, tempus eſt ut è ſomno (peccatorum) expergiſcamur.

Adjunctam afflictionem. 2. Corinth. 1. v. 10. Ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς, qui ex tanta morte nos eripuit.

Adjunctum modum. 2. Corinth. 2. v. 4. Ἐκ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας, ex multa afflictione & anxietate cordis ſcripſi vobis.

8. *Integrum.*

Matth. 25. v. 5. Ἐκ τοῦ ἐλαίου, *ex* oleo. Et cap. 26. v. 27. πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, bibite *ex* eo (vino) omnes. Marc. 9. v. 17. εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου, unus è turba. 1. Corinth. 12. v. 16. Οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος, non ſum *è* corpore. Apocal. 7. v. 5. ἐκ τῆς φυλῆς, *è* tribu.

9. *Membrum.*

Marc. 11. v. 20. Ἐξηραμμένον ἐκ ῥιζῶν, exaruiſſe radicitus.

10. *Genus.*

Matthæi 10. v. 29. Ἓν ἐξ αὐτῶν (στρουθίων,) unus ex eis (paſſerculis) non cadet in terram. Luc. 22. v. 56. Σὺ ἐξ αὐτῶν (μαθητῶν) εἶ, tu ex illis es, hoc eſt, tu es Diſcipulus ejus. Johan. 21. v. 14. Ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, excitatus è mortuis.

Inſervit

Inſervit *Periphraſi Adverbiorum* : Matthæi 26. ℣. 42. Marc. 14. v. 72. Johann. 9. v. 24. Actorum 11. v. 9. 2. Tim. 4. ult. Hebr. 9. v. 28. Ἐκ δευτέρου, *ſecunda* vice. Matth. 26. v. 44. Ἐκ τρίτου, *tertiò*.

Marc. 6. v. 51. Λίαν ἐκ περισσοῦ, multò magis. Et cap. 14. v. 31. Ἐκ περισσοῦ μᾶλλον, idem.

Johan. 3. v. 34. Οὐκ ἐκ μέτρου, non ad menſuram, id eſt, non parcè vel modicè. Et cap. 6. v. 36. Ἐκ τούτου (χρόνου,) ex eo tempore, *nach der zeit*. Et cap. 8. v. 23. Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ, vos *infernè* eſtis, ego *ſupernè* ſum. Actor. 21. v. 32. Ἐξαυτῆς, *eodem momento*. 1. Corinth. 13. v. 10. Ἐκ μέρους, *aliquatenus*. 2. Corinth. 8. v. 13. Ἐξ ἰσότητος, *æqualiter*, *pariter*. Epheſ. 6. v. 6. ἐκ ψυχῆς, ex *animo*, hoc eſt, non fictè. Coloſſ. 2. v. 7. Αὐτὸ ἦρκεν ἐκ μέσου, illud ſuſtulit è *medio*. 2. Theſſ. 2. v. 7. Ἕως ἐκ μέσου γένηται, donec è *medio* tollatur. Hebr. 7. v. 12. Ἐξ ἀνάγκης, *neceſſariò*. 2. Petr. 2. v. 8. Ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, *indies*.

Sic in *Ethicis*, ἐκ προαιρέσεως, ex animi propoſito, *datâ operâ*.

Inſervit *Periphraſi Adjectivorum* :

Luc. 11. v. 13. & Johan. 6. v. 32. Ὁ ἐξ οὐρανοῦ, *Cœleſtis*. Johan. 3. v. 31. ἐκ τῆς γῆς ἐστι καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ, *terrenus* eſt & terrena loquitur. Conf. 1. Johan. 4. v. 5. ἐκ τοῦ κόσμου λαλοῦσι, *mundana* loquuntur. Johan. 4. v. 7. Γυνὴ ἐκ Σαμαρείας, Mulier *Samaritana*. Et Johan. 7. v. 52. ἐκ τῆς Γαλι-

λαίας εἶ, *Galilæus es*. Rom. 2. ℣. 8. Τοῖς ἐξ ἐριθείας, *litigioſis*. Tit. 2. ℣. 8. Ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, ut *adverſarius* erubeſcat.

In *Phraſibus nonnullis peculiaribus adhibetur*:

Rom. 12. ℣. 18. Εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες, ſi fieri poteſt, *quantum in vobis eſt*, cum omnibus hominibus in pace viventes.

In *Compoſitione*:

1. *Notat* ἐ vel *extra*, ἔξω, ἐκβάλλω, *ejicio*, ἐκκαλέω, *evoco*, q. d. extra voco, ἔκδικος, *injuſtus*.

2. *Intendit*, ἐκταράσσω, *conturbo*. Actorum 16. ℣. 20. Ἐκπλήσσομαι, *percellor*. Matthæi 22. ℣. 33. Ἐξηρτισμένος, *perfectè inſtructus*. 1. Tim. 3. ℣. 17.

3. *Redundare* videtur, ἐξαπατάω, *ſeduco*.

II. Πρὸ *ante* ſervit ſoli *Genitivo*. Ut, Johan. 12. ℣. 1. Πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα, ſex diebus ante Paſcha. Johan. 13. v. 1. Πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, ante feſtum Paſchæ. 1. Corinth. 4. v. 5. Πρὸ καιροῦ, ante tempus. 1. Petr. 1. v. 20. Πρὸ καταβολῆς κόσμου, ante jacta mundi fundamenta. 2. Tim. 4. v. 21. Πρὸ χειμῶνος, ante hyemem.

Nec de tempore *tantùm dicitur*, *ſed etiam de loco*. Ut, Actor. 5. v. 23. Πρὸ θυρῶν, *ante fores*. Actorum 12. v. 6. Πρὸ τῆς θύρας, *ante oſtium*.

Jacobi 5. v. 9. Ἰδοὺ ὁ κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκεν, ecce judex *ante fores ſtat*.

Lucæ 7. v. 27. Πρὸ προσώπου σου, *ante* faciem tuam. *Hebraiſmus*, ubi πρὸ προσώπου, idem eſt quod לִפְנֵי.

Actor. 13.

Actor. 13. v. 24. Πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ, *ante* ingreſſum ſuum. Hîc ex idiotiſmo Hebraico τὸ προσώπου redundat.

Jacobi 5. v. 12. Πρὸ πάντων δὲ, *ante omnia* verò, hoc eſt, inprimis verò vobis eſt attendendum.

Eleganter cum *Infinitivo*, tanquam cum nomine, conſtruitur, ut:

Pſalm. 90. v. 2. Πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν σὺ εἶ, *antequam* montes *generarentur* & terra *formaretur*, tu es.

Johan. 1. v. 49. Πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι, *priuſquam* te Philippus *vocaret*. Et cap. 13. v. 19. Ἀπ' ἄρτι λέγω ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι, jam nunc dico vobis *priuſquam fiat*. Et cap. 17. v. 5. Δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, gloriâ quam habui *priuſquam eſſet* mundus.

Inſervit *Periphraſi*:

Levit. 18. v. 24. Προσώχθισεν ἔθνεσι τοῖς πρὸ ὑμῶν, infenſus fuit gentibus *quæ fuerunt ante vos*, videl. Cananæis.

Luc. 1. v. 76. Προπορεύσῃ πρὸ προσώπου κυρίου, præibis *ante faciem* Domini. *Hebraiſmus.*

Sic Οἱ πρὸ ἡμῶν, ſcilicet γεγονότες, *majores noſtri*, qui dicuntur οἱ πρόγονοι. 2. Tim. 1. v. 3. Item οἱ πρὸ ἡμῶν γενόμενοι.

POETÆ quandoque *abſolutè* ponunt, & valet:

1. *Ante*, Ιλιάδ. α. 70.

Ὃς ᾔδη (pro εἴδει) τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,

Qui ſciebat & *Præſentia* & *Futura* & quæ *ante* fuerunt.

2. *Procul*, quod etiam ab hoc πρὸ ortum videtur. Ιλιαδ. γ. 3. Οὐρανόθι πρὸ, *procul* in aëre.

3. *Penitus*. Ιλιαδ. ν. 607. Οὔτασεν, οὐδὲ διὰ πρὸ δυνήσατο χαλκὸν ἐλάσσαι, Percuſſit neque *penitus* potuit æs trajicere.

III. Ἀντὶ, *pro*, *vice*. Cum ſolo *Genitivo*. Ut, Matthæi 2. v. 22. Ἀρχέλαος βασιλεύει ἀντὶ ἡρώδου, Archelaus regnat *pro* Herode.

Matthæi 5. v. 38. Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, oculum *pro* oculo.

Proverb. 17. v. 13. Ὃς ἀποδίδωσι κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, οὐ κινηθήσεται κακὰ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, hoc eſt, (ut ſenſum dicam) à domo ingrati non recedet malum.

Pretium notat. Heb. 12. v. 16. Ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ, unicô edulió vendidit jus ſuum promogeniti.

Cauſam finalem, & vertitur *propter*. Ut, Heb. 12. v. 2. Ἀντὶ προκειμένης ἑαυτῷ χαρᾶς, *propter* propoſitum ſibi gaudium.

1. Corinth. 11. v. 15. Ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται, coma data eſt *pro* velamine.

Ἀνθ' ὧν, *eò quòd*, *propterea quòd*, Luc. 1. v. 20. Ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας, *eò quòd* non credidiſti.

Lucæ 19. v. 44. Ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου, *eò quòd* non agnoveris tempus viſitationis *tui*. (Non, tuæ) Paſſivè enim capitur. Differunt viſitatio *tua* & viſitatio *tui*.

Actor. 12.

Actor. 12. v. 23. Ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ θεῷ, *eò quòd non* tribuiſſet gloriam Deo.

Quapropter. Luc. 12. v. 3. Ἀνθ' ὧν ὅσα ἐν τῇ σκοτίᾳ εἴπατε, ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσεται, *quapropter* quæ in tenebris dixiſtis, in luce audientur.

Ἀντὶ τούτου, *propter hanc cauſam*, pro τοὔνεκα. Eph. 5. v. 31. Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα, *propterea* relinquet homo (nempe maritus) Patrem.

Super. Johan. 1. v. 16. Χάριν ἀντὶ χάριτος, gratiam *ſuper* gratiam, hoc eſt, gratiam auctiorem, ſeu gratiam gratiâ cumulatam.

Idem quod ὑπὲρ *pro*. Matth. 17. v. 27. Δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ, da iis *pro* me & te.

Marc. 10. v. 45. Δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν, daretque animam in redemptionis pretium *pro* multis.

Cum *Infinitivo*. Iac. 4. v. 15. Ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς, *pro eo* quod dicere debuiſtis.

Significat etiam *Contra* vel *Adverſùs* in *Compoſitione*:

1. Cum *Nominibus*, ut ὁ ἀντίδικος, *adverſarius*. 1. Petr. 5. v. 8. Ὁ ἀντίχριστος, *adverſarius Chriſti*. 1. Johann. 2. v. 8. Ἡ ἀντίθεσις, *oppoſitio*. 1. Tim. 6. v. 28. Ἡ ἀντιλογία, *contradictio*. Heb. 6. v. 16.

2. Cum *Verbis* ἀντικαθίστημι, *reſiſto*. Hebr. 12. v. 4. Ἀντίκειμαι, *opponor*. Luc. 13. v. 17. Ἀντιλέγω, *contradico*. Actor. 28. v. 22. Ἀντιστρατεύομαι, *repugno*. Rom. 7. v. 33. Ἀντοφθαλμέω, *obnitor*. Actorum 27. v. 15.

3. Cum

3. Cum *Particulis*, ἀντιπέραν oppoſitâ ripâ Lucæ 8. v. 26.

Interdum notat in *Compoſitione viciſſitudinem*, ut ἀντικαλέω *viciſſim invito*. Luc. 14. v. 12. Ἀντιμετρέω, *viciſſim metior*, *rependo* Luc. 6. v. 38.

Interdum etiam *vicem* ſeu *ad alterum relationem*. Ἀνθύπατος, proconſul, proprætor. Actorum 13. v. 7. Ἀντίτυπον, typus typo reſpondens 1 Petr. 3. v. 21.

IV. Ἀπὸ, ſoli *Genitivo* ſervit, & *ſignificat*: A, *ab*. Rom. 16. v. 17. Ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν, declinate *ab iis*.

Coloſſ. 1. v. 2. Gratia ſit vobis & pax ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, *à Deo* Patre noſtro!

Hebr. 8. v. 11. Ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, tum parvulus, tum magnus. Conf. Jon. 3. v. 5.

Sic nominibus *Vrbium* vel aliorum *locorum* præponitur.

Actor. 18. v. 21. Καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου, & provectus eſt *Epheſô*.

E, *ex*. Matthæi 3. v. 4. Τὸ ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου, veſtimentum è pilis camelinis.

Matth. 27. v. 21. Τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω; utrum vultis *ex* iſtis duobus ut dimittam?

Lucæ 6. v. 13. Ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα, quum *ex* ipſis (diſcipulis ſuis) elegiſſet duodecim. Luc. 8. v. 2. Ἀφ' ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει, *ex* qua dæmonia ſeptem exierant. Luc. 19. v. 39. Ἀπὸ ὄχλου, è turba. Luc. 22. v. 71. Ἠκούσαμεν ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ, audivimus *ex* ore ipſius.

Ante

Ante nomina *locorum* : Matthæi 3. v. 16. Ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος, aſcendit *ex* aqua. Matthæi 23. v. 34 Ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, *ex* urbe in urbem, hoc eſt, oppidatim. Marc. 7. v. 4. Ἀπὸ ἀγορᾶς, *ex* foro.

Verſus. Apoc. 21. v. 13. Ἀπὸ ἀνατολῆς, ἀπὸ Βοῤῥᾶ, ἀπὸ νότου, ἀπὸ δυσμῶν, *verſus* Ortum, Boream, Auſtrum, & Occaſum.

Propter, *ob*, *præ*. Matthæi 14. v. 26. Ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν, *propter* metum vociferati ſunt.

Luc. 19. v. 3. Οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν, (*Zachæus* publicanus) non poterat *propter* turbam videre Jeſum. Johan. 21. v. 6. Non ampliùs valebant trahere rete ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων, *præ* multitudine piſcium.

Sic Luc. 21. v. 26. Ἀπὸ φόβου, *præ* timore. Confer. Matth. 14. v. 26. Luc. 24 v. 41. Ἀπὸ χαρᾶς, *præ* gaudio.

Poſt, vel terminum temporis *à quo*. Lucæ 2. v. 36. Vixerat cum Viro annos ſeptem ἀπὸ παρθενίας, *poſt Virginitatem* ſuam.

Rom. 1. v. 20. Ἀπὸ κτίσεως κόσμου, *à creatione* mundi. Et cap. 15. v. 23. Ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν, *à* multis annis.

2. Tim. 3. v. 15. Ἀπὸ βρέφους, *à puero* Sacris literas noviſti.

Ante. Matthæi 25. v. 34. Poſſidete regnum, paratum vobis ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Confer Epheſ. 1. v. 4. Πρὸ καταβολῆς κόσμου, *ante* jactum mundi fundamentum.

Talis

Talis uſus eſt Præpoſitionis מִן. Pſalm. 93. v. 2. Proverb. 8. v. 22.

Per. Luc. 12. v. 57. Τί ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον; cur *per* vos non diſcernitis quod juſtum eſt? Et cap. 21. v. 30. Ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκετε, *per* vos ipſos intelligitis.

De *ſpatio.* Apocal. 14. v. 20. Ἀπὸ σταδίων, *per* ſtadia, &c.

Ad exemplum. 2. Tim. 1. v. 3. ᾧ λατρεύω ἀπὸ τῶν προγόνων, cui ſervio *à majoribus*, hoc eſt, majorum inſiſtens veſtigiis.

Procul à Coloſſ. 1. v. 23 Μὴ μετακινούμενοι ἀπὸ τῆς ἐλπίδος, non dimoti *procul à ſpe.*

Raro ponitur poſt Paſſiva, pro ὑπὸ aut παρά. 2. Corinth. 7. v. 13. Ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν, refocillatus eſt Spiritus ejus *ab* omnibus vobis.

Actorum 10. v. 21. Ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου, miſſos *à* Cornelio.

Jac. 5. v. 4. Ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν, merces operariorum, quâ illos fraudâſtis, clamat.

Periphraſi Adverbiorum inſervit. Matth. 26. v. 64. Ἀπ' ἄρτι, *ab hoc* tempore. Matth. 26. v. 16. Luc. 16. v. 16. Ἀπὸ τότε, *ab eo* tempore. Matth. 26. v. 58. Et cap. 27. v. 55. Marc. 5. v. 6. Ἀπὸ μακρόθεν, *eminus*, pro quo legimus ſimpliciter, μακρόθεν. Lucæ 18 v. 13. Luc. 14. v. 18. Ἀπὸ μιᾶς (ψυχῆς,) *unanimiter*, uno conſenſu. Rom. 15. v. 15. Ἀπὸ μέρους, *aliquatenus.*

Interdum

Interdum *redundat*. Matthæi 25. ℣. 29. Ἀπὸ τοῦ μὴ ἔχοντος καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ, *ab* eo qui non habet etiam quod habet tolletur.

In *Compoſitione*:

1. *Auget* vel ſaltem *complet ſignificationem* ſimplicis: Ἀποστερέω *privo*, ἀποστέλλω *ablego*, ἀποτολμάω, *audaciâ utor*, ἀποῤῥίπτω *abjicio*, ἀποτίνω *dependo*, ἀποκλείω *occludo*, ἀποκρύπτω *abſcondo*, ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν, *abhorrentes* à malo. Rom. 12. ℣. 9.

2. *Privat* vel *negat*: ἀποφορτίζομαι, *onus depono*, ἀποκαλύπτω *detego*, ἀπογίνομαι *morior*. 1. Pet. 2. ℣. 14. ἀποκεφαλίζω, *caput amputo*. Matth. 15. ℣. 10. Ἀπαλγέω *dedoleo*. Epheſ. 4. ℣. 19. Ἀπελπίζω *deſpero*, ἀπόφημι *nego*, ἀπαγορεύω, *veto*.

3. *Notat*:

1. *Motum à loco*: Ἀποβαίνω, *deſcendo*, ἀποβάλλω, *abjicio*, ἀποσυνάγωγος, *Synagogâ excluſus*. Joh. 16. ℣. 2.

2. *Re* vel *rurſum*: Ἀπαγγέλλω, *renuncio*, ἀποδίδωμι, *reddo*, ἀποκαθίστημι, *reſtituo*.

3. *Efficientiam*: Ἀποθεοῦν, in numerum deorum referre, unde ἡ ἀποθέωσις.

4. *Ex eo* vel *inde*: Ἀπολαμβάνω, *ab aliquo* accipio, ἀπογράφω, *ab aliquo* deſcribo. Sic Lucæ 6. ℣. 35. Δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες, mutuum date nihil *inde ſperantes*.

5. *Pro*. Ἀπολογέομαι, defenſionem inſtituto *pro* aliquo.

Soli *Dativo* ſerviunt ἐν *in* & σὺν *cum*.

V. Ἐν, *in*, notat:

1. *Quietem*

1. *Quietem*. Marc. 5. v. 5. Ἐν τοῖς ὄρεσι, *in* montibus. Luc. 18. v. 2. Κριτής τις ἦν ἔν τινι πόλει, judex quidam erat *in* quadam urbe.

Johann. 5. v. 2. Ἔστι ἐν Ἱεροσολύμοις, Eſt *in* Hieroſolymis, ſcilicet piſcina.

Actor. 9. v. 1. Ἀνήρ τις ἦν ἐν Καισαρείᾳ, Vir quidem erat *Cæſarea*. Et cap. 19. v. 1. Ἐν τῷ τὸν Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ, dum Apollos eſſet *Corinthi*. Et cap. 22. v. 3. Ἀνατεθραμμένος ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, educatus *in hac ipſa urbe*.

1. Corinth. 11. v. 34. Si quis eſurit ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω, *domi* edat.

2. Tim. 1. v. 17. Γενόμενος ἐν Ῥώμῃ, cùm eſſet *Romæ*. Et cap. 2. v. 20. Ἐν οἰκίᾳ μεγάλῃ, *in domo* magna non tantùm ſunt vaſa aurea, &c. Et cap. 3. v. 11. Οἷά μοι ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις, quæ mihi acciderunt *Antiochiæ*, *Iconii* & *Lyſtris*.

Vertitur *ad*. Rom. 8. v. 34. Ὃς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, qui etiam eſt *ad* dextram Dei. Coloſſ. 3. v. 1. Ὁ Χριστὸς ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος, Chriſtus *ad* dextram Dei ſedens. Hebr. 1. v. 3. Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ, ſedit *ad* dextram. Epheſ. 4. v. 24. Qui (novus homo) conditus eſt ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας, *ad* juſtitiam & ſanctimoniam veram.

2. Terminum *ad quem*. Matthæi 27. v. 5. Ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, cùm projeciſſet argenteos *in templum*.

Marc. 5. v. 30. Ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, converſus *ad* turbam.

Lucæ 1.

Lucæ I. v. 17. Ἐπιστρέψαι ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, ut convertat rebelles *ad* prudentiam juſtorum. Et cap. 4. v. 18. Ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, ut emittam confractos *in libertatem*. Et cap. 7. v. 17. Ἐν ὅλῃ Ἰουδαίᾳ, *in* totam Judæam. Et cap. 10. v. 3. Mitto vos ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ (pro εἰς μέσον) λύκων, ut agnos *in* medium lupórum. Et cap. 21. v. 23. Ἔσται ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ, ira erit *in* populum iſtum. Et cap. 23. v. 42. Memento mei Domine, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, cùm Veneris *in* regnum tuum.

Johan. 5. v. 4. Κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, deſcendit *in* piſcinam.

1. Corinth. 7. v. 15. Ἐν εἰρήνῃ, *ad* pacem vocavit nos Deus.

Epheſ. 1. v. 15. Πίστιν ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, fidem *in* Dominum Jeſum. Et cap. 6. v. 24. Qui diligunt Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ἐν ἀφθαρσίᾳ, *ad* incorruptibilitatem.

1. Theſſ. 5. v. 23. Veſter Spiritus & Anima & Corpus inculpatè, ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν, *in* adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti ſerventur.

1. Johan. 4 v. 2. Jeſum Chriſtum veniſſe, ἐν σαρκὶ (pro εἰς σάρκα,) *in carnem*.

Plura *exempla* ἐναλλάξεως Præpoſitionis ἐν pro εἰς paſſim obſervare licet.

3. *Poſt.* Marc. 13. v. 24. Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, *poſt* illos dies. Lucæ 14. v. 1. Ἐν τῷ ἐλθεῖν (pro μετὰ τὸ ἐλθεῖν) αὐτὸν, *poſtquam* veniſſet. Confer Luc. 9. v. 36. & cap. 11. v. 37.

4. *Inter*. Matthæi 20. v. 26. Οὐχ οὕτως ἔσαι ἐν ὑμῖν, non ſic erit *inter* vos. Marc. 6. v. 4. Ἐν τοῖς συγγενέσι, *inter* cognatos. Lucæ 16. v. 15. Τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν, βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, quod *inter* homines ſublime eſt, abominatio eſt coram Deo.

5. *Cum*. 1. Corinth. 2. v. 3. Ἐν τρόμῳ πολλῷ, *cum* tremore multo. Epheſ. 6. v. 2. Ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίᾳ, mandatum primum *cum* promiſſione. 1. Theſſ. 5. v. 26. Salutate Fratres ἐν φιλήματι ἁγίῳ, *cum* oſculo ſancto. Hebr. 9. v. 25. Εἰσέρχεται ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ, ingreditur *cum* ſanguine alieno.

Exempla plura vide Matthæi 16. v. 27. Lucæ 1. v. 17. & cap. 4. v. 32. Rom. 15. v. 29. 2. Cor. 13. v. 4. 1. Theſſ. 2. v. 17. & cap. 4. v. 16.

6. *Per*, & inſervit interdum *jurandi* formulis ut Hebræorum ב.

Matth. 5. v. 34. Ἐν τῷ οὐρανῷ, *per* Cœlum. Et cap. 9. v. 34. Ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων, *per* principem dæmoniorum ejicit dæmonia. Et cap. 17. v. 21. Hoc genus (dæmoniorum) non ingreditur, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ, niſi *per* orationem & jejunium. Et cap. 23. v. 20. Ὀμνύει ἐν αὐτῷ, jurat *per* ipſum. Conf. Epheſ. 1. v. 7. Col. 1. v. 17. 2. Corinth. 12. v. 2. Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ, novi hominem *per* Chriſtum.

7. *Secundùm*. Johan. 3. v. 21. Ὅτι ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα, quòd *ſecundùm Deum*, (id eſt, juxta voluntatem vel præſcriptum Dei) vel *per Deum*, facta ſunt.

8. *De*.

8. *De*. Matthæi 20. v. 15. Οὐκ ἔξεςί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; non licet mihi facere quod volo *de* meis?

Rom. 11. v. 2. Ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή; *de* Elia quid dicit Scriptura?

Galat. 1. v. 24. Ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν θεὸν, glorificabunt *de* me Deum.

9. *Ex*. Matthæi 22. v. 37. Diliges Dominum Deum tuum, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου, *ex* toto corde tuo, & *ex* tota anima tua, & *ex* tota cogitatione tua.

10. *À*. Lucæ 4. v. 1. Jeſus ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι, actus eſt *à Spiritu*.

11. *Erga*. Johann. 13. v. 35. Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις, *Ex* hoc cognoſcent vos meos eſſe diſcipulos, ſi charitatem habeatis alii *in* (vel *erga*) alios.

12. *Pro*. Epheſ. 4. v. 16. Ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους, *pro* menſura unius cujuſque membri.

13. *Propter*. Matthæi 6. v. 7. Ἐν τῇ πολυλογίᾳ, *propter* multiloquium exaudientur.

Actorum 7. v. 29. Fugit Moſes ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, *propter* verbum hoc.

Epheſ. 4. v. 1. Δέσμιος ἐν κυρίῳ, vinctus *propter* Dominum.

Hebr. 11. v. 2. Ἐν ταύτῃ, ſcilicet πίστει, *propter* hanc fidem. Apocal. 14. v. 13. Μακάριοι οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες, beati qui *propter* Dominum moriuntur.

 14. *Inſtar*.

14. *Inſtar.* Pſalm. 39. v. 9. Ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος, *inſtar* imaginis præterit homo.

Coloſſ. 2. v. 6. Ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε, veſtigiis ejus (Chriſti) inſiſtite.

1. Johan. 5. v. 19. Καὶ ὁ κόσμος ὅλος κεῖται ἐν τῷ πονηρῷ, at mundus totus jacet in illo malo, hoc eſt, reprobi veſtigiis Satanæ inſiſtunt. Semen Serpentis imitatur antiquum Serpentem.

Ἐν Infinitivo cum Articulo Præpoſitum format *Gerundium.*

Lucæ 8. v. 42. Ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, *inter eundum ipſum*, id eſt, cùm ipſe iret.

Galat. 4. v. 14, 18. Ἐν τῷ παρεῖναί με, cùm præſens eſſem.

Notentur *Phraſes*, in quibus ἐν ſæpe inſervit *Periphraſi Adjectivorum*:

Matthæi 6. v. 9. Ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ſcilicet ὢν, Cœleſtis.

Marc. 1. v. 43. & cap. 5. v. 2. Ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, *homo in Spiritu impuro*, hoc eſt, obſeſſus à Spiritu impuro; ubi ἐν videtur ſignificare *cum*. Et cap. 5. v. 25. Γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος, *Mulier* quædam quæ erat *in fluxione ſanguinis*, id eſt, quæ laborabat profluvio ſanguinis.

Sic *Cic.* 3. & 4. *Tuſcul.* *ſanis* opponit eos qui ſunt *in morbo.*

Lucæ 23. v. 12. Προϋπῆρχον ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτοὺς, erant antea *inimici* inter ſe.

Et ỷ. 40. Ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ, in eadem es damnatione.

Actorum 1.

Actorum 1. v. 10. Et ecce Viri duo adſtiterunt illis, ἐν ἐσθῆτι λευκῇ, veſtitu albo, id eſt, amicti veſtibus albis.

2. Corinth. 11. v. 17, 21. Λαλῶ ὡς ἐν ἀφροσύνῃ, loquor ut *inſipiens*.

Epheſ. 6. v. 9. Πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, legatione fungor *catenatus*.

1. Theſſal. 2. v. 5. Οὔτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας, nec ſermone aſſentatorio uſi ſumus, nec avaritiæ cauſâ quicquam prætexuimus. Et ℣. 6. Δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, cùm poſſemus (vobis) oneri eſſe.

1. Theſſal. 5. v. 13. Καὶ ἡγεῖσθε αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ, & eos ſupra modum *charos* ducatis.

1. Timoth. 1. v. 13. Ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ, ignorans feci *fidei expers*, ſeu *per infidelitatem*. Et cap. 2. v. 14. Ἡ γυνὴ ἐν παραβάσει γέγονε, Mulier cauſa tranſgreſſionis fuit. Et cap. 3. v. 4. Τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ, liberos habentem ſubditos.

Tit. 1. v. 6. Μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, qui non eſt *obnoxius crimini* luxus. Et cap. 3. v. 5. Ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ex operibus juſtis.

Jacobi 1. v. 1. Φυλαῖς ταῖς ἐν διασπορᾷ, tribubus *diſperſis*.

Sic Eccleſ. 2. v. 22. Ἐν προαιρέσει καρδίας, in Propoſito cordis, pro quo in *Hebr*. legimus ברעיון לבו in afflictione cordis.

3. Eth. 1. §. 4. Ἄγνοια ἡ ἐν τῇ προαιρέσει, Ignorantia in vel ex prælectione, id eſt, affectata.

Item πρᾶξιν λυπηρὰν καὶ ἐν μεταμελείᾳ, actionem moleſtam & cujus pœniteat.

Sic §. 19. Οἱ ἐν ταῖς τοιαύταις προσηγορίαις, qui ita appellantur.

Inſervit etiam Periphraſi *Adverbiorum.*

Matth. 22. v. 16. Johan. 17. v. 19. Coloſſ. 1. v. 6. Ἐν ἀληθείᾳ, *verè* (pro quo *Demoſth.* Ἐπ' ἀληθείας, quod etiam occurrit Luc. 4. v. 25.) Item *ſincerè* 3. Johan. ℣. 3. 4.

Marc. 2. v. 19. Ἐν ᾧ, (ſcilicet χρόνῳ,) *quando* vel *quamdiu*, item *interim dum* Johann. 5. v. 7. Lucæ 18. v. 8. Apocal. 22. v. 6. Ἐν τάχει, pro ταχέως, *citò*. Johann. 7. v. 10. Ἐν κρυπτῷ, *clam.*

Actor. 17. v. 31. Apocal. 19. v. 11. Ἐν δικαιοσύνῃ, hoc eſt, δικαίως, *juſtè*. Et cap. 26. v. 7. Ἐν ἐκτενείᾳ, pro ἐκτενῶς, *aſſiduè*. Et cap. 26. v. 29. Ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ, *propemodum* & *admodum.*

Rom. 1. v. 4. Coloſſ. 1. ult. Ἐν δυνάμει, pro δυνατῶς, *potenter*. Et cap. 1. v. 18. Ἐν ἀδικίᾳ, pro ἀδίκως, *injuſtè*. Et cap. 13. v. 9. Ἐν τῷ, *nempe. Bez.* Eph. 3. v. 3. Ἐν ὀλίγῳ, *paucîs*. Et cap. 4. v. 19. Ἐν πλεονεξίᾳ, *certatim.*

Philipp. 4. v. 12. Ἐν παντὶ, *ubique*. Et ℣. 15. ἐν ἀρχῇ, *initio*. Et ℣. 19. ἐν δόξῃ, *glorioſè.*

Coloſſ. 2. v. 15. Ἐν παῤῥησίᾳ, *palam*. Et cap. 4. v. 5. ἐν σοφίᾳ, *ſapienter*. 1. Theſſ. 5. v. 2. Ἐν νυκτὶ, *nocte* vel *noctu.*

Sic Xenoph. Ἐν παρόδῳ, *obiter.*

Ariſt. 2. Eth. 7. §. 1. Ἐπὶ κεφαλαίῳ in ſummâ, id eſt, κεφαλαιωδῶς, *ſummatim.*

Ἐν Sæpe

Ἐν Sæpe *redundat* ex Hebraiſmo in *Dativis* inſtrumenti, perſonæ, &c.

Matth. 3. v. 11. Βαπτίζω ἐν ὕδατι, baptizo *aquâ*. Et cap. 7. v. 2. Ἐν ᾧ κρίματι κρίνετε καὶ ἐν τῷ μέτρῳ μετρεῖτε, *quo judicio* judicatis & *quâ menſurâ* metimini. Et ℣. 6. Μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, ne conculcent eos *pedibûs ſuîs*.

Matthæi 10. v. 32. Ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ, quiſquis confitebitur me. Et cap. 11. v. 8. Ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον, hominem *mollibûs veſtibûs* amictum. Et cap. 26. v. 52. Οἱ λαβόντες μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται, quicunque acceperint gladium, *gladiô* peribunt.

Marc. 1. v. 15. Πιστεύετε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, credite Euangelio. Et cap. 5. v. 30. Ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτὴν; *qua collatione* conferemus illud (regnum?)

Lucæ 23. v. 9. Ἐπηρώτα αὐτὸν ἐν λόγοις ἱκανοῖς, interrogavit eum *multîs verbîs*.

Actor. 7. v. 44. Ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου ἦν ἐν τοῖς πατράσιν ἡμῶν, Tabernaculum teſtimonii fuit *Patribus* noſtris.

Rom. 1. v. 24. Παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, tradidit eos Deus *cupiditatibus* cordium ipſorum. Et cap. 12. v. 21. Νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν, vince *bonô* malum. Et cap. 15. v. 6. Ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν, *uno ore* glorificetis Deum.

Galat. 6. v. 6. Κοινωνείτω ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς, communicet omnia bona.

Epheſ. 1. v. 3. Ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ, qui benedixit nobis *omni benedictione* ſpirituali.

Coloſſ. 1. v. 23. Τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει, Euangelio prædicato *omni creaturæ* vel apud omnem creaturam.

Apocal. 5. v. 10. Καὶ ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου, redemiſti nos Deo *ſanguine tuo*. Et cap. 13. v. 10. Δεῖ αὐτὸν ἀποκτανθῆναι ἐν μαχαίρᾳ, occidendus eſt *gladiô*. Et cap. 14. v. 7. Λέγοντα ἐν φωνῇ μεγάλῃ, dicentem *magna voce*. Et cap. 19. v. 21. Εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν τῷ θείῳ, in ſtagnum ignis ardens *ſulphure*.

Sæpe etiam ἐλλείπει.

Actorum 16. v. 5. Ἐστερεοῦντο τῇ πίστει, confirmabantur *in fide*.

Rom. 13. v. 13. Περιπατήσωμεν μὴ κώμοις (pro ἐν κώμοις,) ambulemus: Non *in comeſſationibus*.

1. Corinth. 7. v. 28. Θλίψιν ἕξετε σαρκὶ (pro ἐν σαρκὶ) afflictionem habebitis *in carne*.

Gal. 5. v. 1. Τῇ ἐλευθερίᾳ στήκετε, *in libertate* permanete.

Epheſ. 2. v. 5. Ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι, nos cùm eſſemus mortui *in offenſis*.

Jacobi 5. v. 10. Οἱ ἐλάλησαν τῷ (pro ἐν τῷ) ὀνόματι Κυρίου, qui (Prophetæ) loquuti ſunt *in nomine* Domini.

In *Compoſitione* interdum *Intendit*, ἐμβριμάομαι, infremo, graviter interminor. Matthæi 9. v. 30.

VI. Σὺν

VI. Σὺν vel ξὺν. 1. *Cum*, cum ſolo *Dativo*. Matthæi 25. v. 27. Ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ, recepiſſem meum *cum fœnore*. Et cap. 26. v. 35. Κἂν δέῃ με σύν σοι ἀποθανεῖν, quamvis oporteat me *tecum* mori.

Actorum 26. v. 13. Σὺν ἐμοὶ, *mecum*. 2. Corinth. 1. v. 22. Σὺν ὑμῖν, *vobiſcum*. Et cap. 13. v. 4. Ζησόμεθα σὺν αὐτῷ, vivi erimus *cum illo*.

1. Theſſ. 4. v. 17. Σὺν Χριστῷ ἐσόμεθα, *cum Chriſto* erimus.

Sic ξὺν Θεῷ, DEO *juvante*.

2. *Præter*. Luc. 24. v. 21. Ἀλλάγε σὺν πᾶσι τούτοις, atqui *præter hæc* omnia. *Vulgat.* ſuper hæc omnia.

Heinſ. Hæc omnia cùm ita ſint, vel, non obſtantibûs hîs omnibûs.

3. *Apud*. Luc. 1. v. 56. Ἔμεινε σὺν αὐτῇ, manſit *apud* illam.

Philipp. 1. v. 23. Τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, deſiderans reverti & eſſe *cum Chriſto*, vel, apud Chriſtum.

Sic *ſocietatem* notat in ſeqq.

Luc. 24. v. 24. Ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν, abierunt quidam ex *cœtu* noſtro.

Actorum 14. v. 4. Οἱ μὲν ἦσαν σὺν τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ δὲ σὺν τοῖς ἀποστόλοις, alii quidem *ſtabant à partibus* Judæorum, alii verò à partibus Apoſtolorum.

Actor. 19. v. 37. Καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται, & qui *ex ſocietate ejus* ſunt artifices.

PLUT. Οἱ σὺν Ἀντωνίῳ, *Antoniani.*

In Compoſitione:

1. Significat *cum.* Συνάγω, *congrego*; σύνδουλος, *conſervus.*

2. Aliud quid innuere videtur, ut in συνιστάνω, *commendo.* 2. Corinth. 3. v. 1.

VII. Εἰς vel ἐς *ad*, *in* cum ſolo *Accuſativo* conſtruuntur.

Sequitur quidem etiam interdum *Genitivus*, verùm id fit per Ellipſin Accuſativi. Ut, Actor. 2. v. 27. Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, ſcilicet οἶκον ἢ τόπον, non deſeres animam meam (hoc eſt *me*) apud inferos.

Differt autem à πρὸς, quòd hoc uſitatè *animatis*, ut εἰς *inanimatis* præponi ſoleat. *Gaza* Grammaticæ l. 4.

Hoc tamen non ſemper obſervatur, ut: *Odyſſ.* γ. 386.

Τοῖσιν δ' ἡγεμόνευεν ἑὰ πρὸς δώματα νέστωρ,

Hiſce præibat domum ſuam Neſtor.

Præpoſitio εἰς cum verbis ſignificantibus motum *ad locum* valet *in.*

Marc. 16. v. 19. Dominus itaque, poſtquam loquutus fuiſſet iis, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανόν, ſurſum receptus eſt *in* Cœlum.

Lucæ 5. v. 3. Εἰς ἓν τῶν πλοίων, *in* unum iſtorum navigiorum.

2. Corinth. 2. v. 12. Ἐλθὼν εἰς τὴν Τρῳάδα, quum veniſſem Troadem. *Græci* ſcil. nominibus propriis præponunt præpoſitiones, Latini ſecus, ut:

Actor. 16.

Actor. 16. v. 1. Κατήντησε δὲ εἰς δέρβην καὶ λύςραν, devenit autem Derbem & Lyſtram. Et cap. 19. v. 1. Ἐις ἔφεσον, Epheſum.

Nec tantùm de *loco* dicitur, verùm etiam,

1. De *Tempore*. Luc. 12. v. 19. Κείμενα εἰς ἔτη πολλὰ, repoſita in annos multos.

2. De *Perſona*. Marc. 3. v. 29. Ὅς δ' ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, quicunque autem blaſphemaverit in Spiritnm Sanctum.

Johan. 5. v. 45. Ἐις ὃν ἠλπίκατε, in quem ſperatis. Et cap. 6. v. 47. Ὁ πιςεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, qui credit in me habet vitam æternam.

Cæterùm varias admittit ſignificationes. Vertitur enim:

1. *Inter*. Johan. 6. v. 9. εἰς τοσούτους, *inter* tam multos. Et cap. 21. v. 23. Sermo hic exiit εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, *inter* Fratres. Sic 1. Theſſal. 1. v. 5. εἰς ὑμᾶς, *inter* vos.

2. *Apud*. Lucæ 24. v. 47. Κηρυχθῆναι εἰς πάντα τὰ ἔθνη, prædicari *apud* omnes gentes.

Galat. 4. v. 11. Μήπως εἰκῆ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς, ne fruſtra fatigatus ſim *apud* vos.

2. Corinth. 8. v. 23. Συνεργὸς εἰς ὑμᾶς, adjutor *apud* vos.

3. *Coram*. Actor. 22. v. 30. ἔςησεν εἰς αὐτοὺς, ſtatuit (eum) *coram* illis.

4. *Propter* & notat *cauſam finalem*.

2. Corinth. 8. v. 4. Τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ſocietatem hujus miniſterii *Sanctorum cauſâ*.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4. v. 10. Ἐις τοῦτο, *propter* hoc fatigamur.

1. Petr. 4. v. 7. Νήψατε εἰς τὰς προσευχὰς, ſobrii eſtote *propter* preces.

Conferre licet locum Matthæi 28. v. 19. Βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα, baptizantes eos *in nomen*, hoc eſt, in cultum, &c.

Sic *finis* deſignatur:

Marc. 1. v. 38. Ἐις τοῦτο ἐξελήλυθα, *ad hoc* egreſſus ſum.

Johan. 1. v. 7. ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, venit *ad* teſtimonium, hoc eſt, ut teſtaretur.

Epheſ. 2. v. 22. Συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ, unà ædificamini *ut ſitis* domicilium Dei. Et cap. 6. v. 18. Ἐις αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες, illi ipſi rei invigilantes. Et ℣. 22. Ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, quem miſi ad vos *ob id ipſum*.

Actor. 11. v. 29. Ὥρισαν ἕκαστος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι, decreverunt *ſubminiſtrationis cauſâ* mittere aliquid.

5. *Pro*, ita ut idem ſit quod ἀντὶ. 1. Corinth. 4. v. 3. Ἐμοὶ ὡς ἐλάχιστον, pro ἀντὶ ἐλαχίστου, mihi *pro* minimo eſt, id eſt, planè non moror Veſtra ſiniſtra de me judicia.

6. *Per*. Matthæi 12. v. 41. Μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, reſipuerunt *ad* vel *per* præconium Jonæ.

Actorum 7. v. 53. Ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, accepiſtis legem *per* diſpoſitionem Angelorum.

1. Corinth. 10. v. 2. Πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο omnes *per* Moſen baptizati ſunt.

7. *Ad.* (Πρὸς.) Matthæi 15. v. 24. Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ, non ſum miſſus niſi *ad* oves perditas domus Iſraël. Et cap. 18. v. 28. Πεσὼν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, procidens *ad* pedes ejus.

Luc. 11. v. 49. Ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς Προφήτας, mittam *ad* eos Prophetas.

Actorum 16. v. 40. Introierunt εἰς τὴν Λυδίαν, *ad* Lydiam.

8. *Uſque ad.* Johan. 13. v. 1. Εἰς τέλος, *uſque ad* finem. Epheſ. 1. v. 14. Εἰς ἀπολύτρωσιν, *uſque ad* redemptionem.

9. *Erga.* Matth. 26. v. 10. Εἰς ἐμὲ, *erga* me. Rom. 16. v. 6. Εἰς ἡμᾶς, *erga* nos.

1. Corinth. 2. v. 8. Κυρῶσαι εἰς αὐτὴν ἀγάπην, ratam facere *erga* illum charitatem. Hebr. 6. v. 10. Εἰς τὸ ὄνομα, *erga* nomen.

10. *De.* Actor. 2. v. 25. Δαβὶδ λέγει εἰς αὐτὸν, David dicit *de* eo. 2. Corinth. 10. v. 13. Οὐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα, non *de* iis quæ menſuræ noſtræ non ſunt gloriabimur. Et cap. 12. v. 6. Μή τις εἰς ἐμὲ λογίσηται, ne quis *de* me cogitet.

Epheſ. 5. v. 32. Ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ego verò loquor *de* Chriſto & Eccleſia.

11. *Adverſus.* Lucæ 7. v. 30. Εἰς ἑαυτοὺς, *adverſus* ſeipſos. Et cap. 12. v. 10. Ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, quiſquis aliquid loquutus fuerit *adverſus* filium hominis.

Actor. 9. v. 1. εἰς τοὺς μαθητὰς, *adverſùs* Diſcipulos. Et cap. 25. v. 8. Οὔτε εἰς Καίσαρα ἥμαρτον, neque *adverſùs* Cæſarem peccavi.

Rom. 8. v. 7. ἔχθρα εἰς Θεὸν, inimicitia *adverſùs* Deum.

1. Corinth. 8. v. 12. Ἁμαρτάνοντες εἰς τὸν ἀδελφὸν, peccantes *in* vel *adverſùs* Fratrem.

Sæpe per *Heteroſin* εἰς pro ἐν ponitur, cujuſmodi etiam apud alios Authores occurrit.

Phocyl. ℣. 105. Οὐκ ἔνι ἐς ᾅδην ὄλβον ἔχειν, non licet in ſepulcro opes habere.

Conf. *Heſiod.* ἀσπ. ℣. 293. 296.

Pſalm. 16. v. 10. Οὐ καταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, non relinques animam meam, (id eſt me) *in inferno*, hoc eſt, in ſepulcro.

Matthæi 2. v. 23. Κατῴκησεν εἰς πόλιν pro ἐν πόλει, habitavit *in urbe*. Sic Matth. 4. v. 13. Κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ. Matth. 10. v. 41. εἰς ὄνομα (pro ἐν ὀνόματι) nomine Prophetæ, hoc eſt, ceu Prophetam. Et cap. 12. v. 18. εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου, in quo acquieſcit anima mea. Et cap. 18. v. 20. Congregati εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, in meo nomine.

Marc. 2. v. 1. εἰς οἶκόν ἐστι, *domi* eſt. Et cap. 15. v. 16. Οἱ εἰς τὸν ἀγρὸν, pro ἐν τῷ ἀγρῷ, ſcilicet ὤν, qui *ruri* eſt.

Luc. 11. v. 7. Τὰ παιδία μου μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην, (pro ἐν τῇ κοίτῃ) εἰσὶ, pueruli mei mecum ſunt *in cubili*.

Luc. 12. v. 19. Μὴ εἰς Θεὸν, (pro ἐν Θεῷ) πλουτῶν, non dives in Deo.

Actor. 23. v. 11. εἰς Ῥώμην (pro ἐν Ῥώμῃ,) *Romæ*, itemque (ut cap. 21. v. 13.) εἰς Ἱερουσαλὴμ, *Hieroſolymis.*

Philipp. 2. v. 11. εἰς καύχημα ἐμοὶ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, ut gloriari poſſim *in die* Chriſti.

1. Petr. 5. v. 12. Χάριν τοῦ Θεοῦ εἰς ἣν ἑστήκατε, gratiam Dei *in qua* ſtatis. 2. Petr. 1. v. 17. Ὁ υἱός μου εἰς ὃν ἐγὼ εὐδόκησα, Filius meus *in quo* acquieſco. Conf. Johan. 1. v. 18.

Sæpe εἰς per Hebraiſmum *Dativum* indicat & ponitur pro ל.

Matth. 5. v. 22. εἰς τὴν γέενναν pro τῇ γεέννῃ, ſcilicet ἔνοχος, damnas eſt gehennæ. Et cap. 24. v. 9. Τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλίψιν, tunc tradent vos afflictioni.

Johan. 8. v. 26. Ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον (pro τῷ κόσμῳ,) hæc loquor mundo. Et cap. 21. v. 4. ἔστη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλὸν, Jeſus ſtetit in littore vel ad littus.

Galat. 6. v. 8. Σπείρων εἰς τὴν σάρκα, pro τῇ σαρκὶ, qui ſeminat carni, hoc eſt, qui facit quæ corruptæ naturæ allubeſcunt.

Hebr. 2. v. 3. Ἡ σωτηρία βεβαιώθη εἰς ἡμᾶς, (pro ἡμῖν) ſalus confirmata eſt *nobis.*

1. Petr. 1. v. 4. εἰς κληρονομίαν τετηρημένην εἰς ἡμᾶς, ad hæreditatem ſervatam nobis. Et v. 25. Τοῦτό ἐστι τὸ Ῥῆμα τὸ εὐαγγελισθὲν εἰς ὑμᾶς, (pro ὑμῖν,) hoc eſt verbum illud quod Euangelizatum eſt vobis.

1. Johan. 5. v. 10. Οὐ πεπίστευκεν εἰς τὴν μαρτυρίαν (pro τῇ μαρτυρίᾳ) non credidit teſtimonio.

Græci

Græci etiam Authores ita loquuntur, ut ut rariſſimè. *Demoſth.* Olynth. 1. βοηθησάντων εἰς ὄλυνθον, pro τῇ ὀλύνθῳ, ſupperias ferentium Olyntho.

Εἰς quoque *Infinitivo* præpoſitum, *Gerundium* in *dum* indicare ſolet, reſolvique poteſt per *Conjunctionem cauſalem* ἵνα, ὅπως, quia *cauſa finalis* innuitur.

Matthæi 6. v. 1. Εἰς τὸ θεαθῆναι, pro ὅπως θεαθῶσι, ut ſpectentur. Conf. ℣. 2.

Matthæi 20. v. 19. Tradent eum εἰς τὸ ἐμπαῖξαι καὶ μαστιγῶσαι καὶ σταυρῶσαι, ut illudant & flagellent & crucifigant.

Rom. 1. v. 20. Εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους, *ad eſſendum*, hoc eſt, ut ſint inexcuſabiles. Et cap. 4. v. 11. Εἰς τὸ λογισθῆναι, ut imputetur.

1. Corinth. 11. v. 22. Εἰς τὸ ἐσθίειν, ad edendum.

2. Corinth. 4. v. 4. Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι, ad non irradiandum. &c.

Infinitivus interdum *omittitur*.

Matthæi 27. v. 10. Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, & dederunt illos ad (emendum) agrum figuli.

Notentur *Phraſes*:

Lucæ 1. v. 44. Ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου, ut *extitit* vox ſalutationis tuæ *in auribus meis*. Et cap. 7. v. 1. Cùm finiviſſet omnia verba ſua εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, *audiente populo*.

Actorum 8. v. 20. Εἴη εἰς ἀπώλειαν, *pereat*. Et cap. 13. v. 42. Rogârunt gentes εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον

λαληθῆναι

λαλῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα ταῦτα, ut intra proximum Sabbatum, (id eſt, diebûs profeſtîs) dicerentur ſibi hæc verba. Et cap. 25. v. 20. Ἀπορούμενος ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν, dubitans ego *quod* ad quæſtionem de hac re *attinet.*

Rom. 1. v. 17. Juſtitia Dei per illud retegitur ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, *ex fide in fidem.*

2. Corinth. 3. v. 18. Transformamur ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, ex gloria ad gloriam.

Philipp. 4. v. 15. Οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, nulla Eccleſia mihi communicavit in ratione *dati* & *accepti.*

Redundat. Matth. 27. v. 30. Ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, cædebant caput ejus.

Deficit. Matthæi 2. v. 2. Ἤλθομεν προσκυνῆσαι, pro εἰς τὸ προσκυνῆσαι, venimus ad adorandnm.

2. Petr. 3. v. 12. Σπεύδοντας τὴν παρουσίαν, properantes (ad) adventum.

Inſervit *Periphraſi Adverbiorum.*

Matth. 14. v. 31. Εἰς τί ἐδίστασας; *cur* dubitâſti? Conf. Marc. 15. v. 34. Et cap. 23. v. 34. Διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, perſequemini *oppidatim.*

Lucæ 13. v. 9. Εἰς τὸ μέλλον, *poſtea.* Lucæ 17. v. 31. Johann. 18. v. 6. Εἰς τὰ ὀπίσω, *retrorſum.* Johan. 8. v. 35. Εἰς τὸν αἰῶνα, *perpetuò.*

Actor. 2. v. 39. Εἰς μακρὰν, *longè poſt* (futuri.) Et cap. 9. v. 21. Εἰς τοῦτο, *idcirco.* 2. Corinth. 13. v. 2. Εἰς τὸ πάλιν, *denuò.*

Galat. 2. v. 2. Εἰς κενὸν, *fruſtra.* Confer Philipp. 2. v. 16.

Hebr. 7. v. 3. Ἐις τὸ διηνεκὲς, *in perpetuum*. Confer cap. 10. v. 1. Et cap. 12. v. 14.

Apocal. 13. v. 3. Κεφαλὴν ἐσφαγμένην εἰς θάνατον, caput cæſum *lethaliter*.

Ἐις in Compoſitione:

1. Notat *motum ad locum*. Ἐισδέχομαι *intrò* admitto. 2. Corinth. 6. v. 17. Ἔισειμι, vel εἰσίημι, *ingredior*. Hebr. 9. v. 6. Ἐισπηδάω, *inſilio*. Actorum 14. v. 14.

2. *Intendit*. Ἐισακούω, *exaudio*. Matthæi 6. v. 7.

VIII. Ἀνὰ, Præpoſitio regit ſolum *Accuſativum*.

Geneſ. 9. v. 13. Ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, inter me & vos.

Matth. 13. v. 25. Ἔσπειρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου, ſevit zizania *inter* triticum. Marc. 1. v. 31. Ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων, *per* medios fines.

1. Corinth. 6. v. 5. Ἀνὰ μέσον ἀδελφοῦ, (pro ἀδελφῶν,) *inter* Fratres. Ἀδελφὸς, ibi eſt quaſi *Collectivum* & *cœtum Fratrum* indigitat, non individuam Perſonam.

Sic in illo 1. Tim. 2. v. 5. Ἐὰν (γυνὴ) μείνωσιν ἐν πίστει, *ſi* (Mulier) *manſerint in fide*, γυνὴ eſt quaſi *collectivum* & *ſexum* complectitur.

Sæpe *diſtributioni* inſervit:

Matthæi 20. v. 16. Καὶ ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον, & acceperunt ſinguli denarium.

Marc. 6. v. 40. Luc. 9. v. 14. Ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα, *centeni* & *quinquageni*.

Lucæ 9. v. 3. Ἀνὰ δύο χιτῶνας, *binas* tunicas. Et cap. 10. v. 1. Ἀνὰ δύο, *binos.*

Johan. 2. v. 6. Χωροῦσαι ἀνὰ, capientes ſingulæ. 1. Corinth. 14. v. 27. Ἀνὰ μέρος, *viciſſim.*

Apocal. 4. v. 8. Εἶχον ἀνὰ πτέρυγας ἕξ, habebant alas *ſenas.*

Redundat. Apocal. 21. v. 21. Ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων, ſingulæ portæ.

In *Compoſitione* ſignificat:

1. *Re* vel *rurſum*, ἀναζάω *reviviſco.* Lucæ 15. v. 24, 32. Ἀναγεννάω, *regenero.* 1. Petr. 1. v. 23. Ἀναγνωρίζω, *iterum cognoſco*, ἀνανήφω, *mentis ſanitatem recipio.* 2. Timoth. 2. v. 26. Ἀνακαινίζω, *renovo.* Hebr. 6. v. 6. Ἀνασταυρόω, *de novo crucifigo.* Hebr. 6. v. 6.

2. Ἄνω, *ſupra* vel *ſurſum.* Ἀνασπάω, *ſurſum traho.* Luc. 14. v. 5. Ἀναβαίνω, *aſcendo.* Johan. 20. v. 17.

3. *Cum.* Ἀνασείω, *concito.* Marc. 15. v. 21. Ἀνατάσσομαι, *compono.* Luc. 1. v. 1.

4. *Dis.* Ἀνάκειμαι, *diſcumbo.* Matthæi 26. v. 20.

5. *Everſionem.* Ἀναστρέφω, *ſubverto.* Item *converſor*, unde ἀναστροφὴ, converſatio. Epheſ. 4. v. 22.

Ἐνεργέω, operor, efficio, intus ago, vim exſero.
Ἐνευλογέω, benedico.
Ἐνοικέω, inhabito.
Ἐνοχλέω, obturbo, obtundo, interpello.
Ἐξαιρέω, tollo, evello, eximo.
Ἐξακολουθέω, ſequor.
Ἐξουθενέω, nihili facio.
Ἐξωθέω, expello.
Ἐπαινέω, laudo.
Ἐπαιτέω, mendico, ſtipem peto.
Ἐπακολουθέω, ſubſequor.
Ἐπαρκέω, ſubvenio.
Ἐπιβαρέω, aggravo.
Ἐπιδημέω, advena ſum.
Ἐπιζητέω, requiro.
Ἐπιθυμέω, concupiſco.
Ἐπιμαρτυρέω, teſtificor.
Ἐπιορκέω, pejero.
Ἐπιποθέω, expeto.
Ἐπισκοπέω, viſitationi vaco, proſpicio,
Ἐπιτελέω, perago, exſequor.
Ἐπιφωνέω, acclamo.
Ἐπιχειρέω, aggredior.
Ἐπιχέω, infundo.
Ἐπιχορηγέω, ſuppedito, ſubminiſtro.
Ἐποικοδομέω, ſuperſtruo.
Ἐρέω, dico, inquam.
Ἑτεροδιδασκαλέω, diverſam Doctrinam doceo.
Ἑτεροζυγέω, alteram jugi partem traho.
Εὐαρεστέω, placeo.
Εὐδοκέω, acquieſco, volo.
Εὐεργετέω, benefacio.
Εὐθυδρομέω, rectum curſum teneo.
Εὐθυμέω, bono animo ſum.
Εὐκαιρέω, vaco.
Εὐλογέω, benedico.
Εὐνοέω, benevolus, bene affectus ſum.
Εὐπορέω, abundè poſſum.
Εὐπροσωπέω, ſpecioſus appareo.
Εὐσεβέω, colo, item in pietate inſtituo.
Εὐφορέω, exubero, fertilis ſum.
Εὐχαριστέω, gratias ago.
Εὐψυχέω, bono ſum animo.

Ζέω, ferveo.
Ζηλέω, quæro, ſtudeo, requiro.
Ζωγρέω, vivum capio, q d. ζωὸν ἀγρεύω.
Ζωογονέω, vivifico.
Ζωοποιέω, idem.
Ἠχέω, reſono.
Θαμβέω, obſtupefacio.
Θαῤῥέω, confido, bono ſum animo.
Θεομαχέω, Deo repugno.
Θεωρέω, ſpecto, video.
Θηριομαχέω, cum belluis pugno.
Θορυβέω, tumultuor, itèm perturbo.
Θρηνέω, lamentor.
Θροέω, turbo.
Θυμομαχέω, infenſô animô bellum gero.
Ἱεροσυλέω, Sacrilegium committo.
Ἱερουργέω, Sacra obeo, celebro.
Ἱστορέω, propriè cognoſco, item viſo, memoriæ trado.
Καθαιρέω, detraho, deſtruo.
Κακολογέω, maledico.
Κακοπαθέω, patior mala, æger ſum animô, tolero adverſa.
Κακοποιέω, malefacio.
Κακουργέω, malè vexo, malè habeo aliquem.
Καλέω, voco.
Καλοποιέω, benefacio.
Καρποφορέω, fructum fero.
Καρτερέω, forti animo ſum.
Καταβαρέω, degravo, pondere deprimo, onero.
Καταδέω, obligo.
Κατακληροδοτέω, ſorte diſtribuo.
Κατακολουθέω, ſubſequor.
Καταλαλέω, obloquor, detraho.
Καταμαρτυρέω, teſtor contra aliquem.
Katαναρκέω, obtorpeo cum alicujus incommodo.
Κατανοέω, animadverto, conſidero.
Καταπατέω, conculco.

Καταπλέω,

Καταπλέω, navî devehor, navigo.

Καταπονέω, labore conficio, fatigo.

Καταργέω, inanem reddo, aboleo, propriè, facio ceſſare.

Καταριθμέω, annumero.

Κατασκοπέω, exploro.

Καταφιλέω, deoſculor.

Καταφρονέω, propriè, ſentio contra aliquem, alicui non bene cupio, item deſpicio, ſperno.

Καταχέω, effundo.

Κατηγορέω, accuſo, propriè in foro contra aliquem loquor.

Κατηχέω, viva voce inſtituo.

Κατοικέω, habito.

Κινέω, moveo.

Κληρονομέω, hæreditatem adeo, hæreditatis jure obtineo, poſſideo.

Κοινωνέω, communico, impertio.

Κοσμέω, orno.

Κρατέω, teneo, apprehendo, capio.

Ληκέω, (Doricè λακέω) crepo.

Λαλέω, loquor.

Λατομέω, excido.

Λειτουργέω, publicè miniſtro.

Λιθοβολέω, lapido.

Λογομαχέω, de verbis pugno.

Λοιδορέω, convicior.

Λυπέω, triſtem reddo.

Λυσιτελέω, vectigal ſolvo, proſum.

Μακροθυμέω, iram differo, leni ſum animo.

Μαρτυρέω, teſtor.

Μεγαλαυχέω, magnificè me effero, jactito me.

Μετακινέω, demoveo.

Μετανοέω, poſt factum ſapio, reſipiſco.

Μετρέω, metior.

Μετριοπαθέω, condoleo.

Μισέω, odi.

Μοσχοποιέω, vitulum conflo.

Μυέω, doceo ſacra, initio.

Ναυαγέω, naufragium facio.
Νοέω, cogito, intelligo.
Νομοθετέω, leges ſancio.
Νοσέω, ægroto.
Νουθετέω, admoneo.
Ξενοδοχέω, hoſpitiô alios excipio.
Ὁδηγέω, per viam duco, ſum dux itineris.
Ὁδοιπορέω, iter facio, viam emetior.
Οἰκέω, habito.
Οἰκοδεσποτέω, domum adminiſtro.
Οἰκοδομέω, ædifico, doceo, emendo.
Οἰκονομέω, ſum diſpenſator.
Ὀκνέω, cunctor, tergiverſor.
Ὀλιγωρέω, parvi pendo, negligo.
Ὁμιλέω, colloquor.
Ὁμολογέω, confiteor.
Ὀρθοποδέω, recto pede incedo.
Ὀρθοτομέω, rectè divido.
Ὀχλέω, turbo.
Ὀχλοποιέω, cogo turbam.
Παραθεωρέω, deſpicio.
Παραινέω, admoneo.
Παρακαλέω, rogo, conſolor.
Παρακολουθέω, ſequor.
Παρανομέω, legem tranſgredior.
Παραπλέω, prætemavigo.
Παραῤῥέω, & παραῤῥύω, perfluo.
Παρατηρέω, obſervo.
Παραφρονέω, deſipio.
Παρενοχλέω, obturbo.
Παροικέω, commoror.
Πατέω, calco.
Πειθαρχέω, Principi obedio.
Πενθέω, lugeo.
περιαιρέω, aufero.
περιδέω, circumligo.
περιοικέω, accola ſum.
περιπατέω, ambulo obambulo.
περιφρονέω, deſpicio.
πλεονεκτέω, quæſtui habeo.
πληροφορέω, plenam fidem facio.
πλουτέω, dives ſum.

Ποιέω, facio, operor.
Πολεμέω, bello, prælior.
Πορθέω, vaſto.
Προνοέω, procuro.
Προῤῥέω, prædico.
Προσαιτέω, mendico.
Προσκαρτερέω, ſemper ſum præſto.
Προσκυνέω, oſculor, adoro.
Προσλαλέω, alloquor.
Προσφωνέω, acclamo, alloquor.
Προσωποληπτέω, faciem reſpicio.
Πτοέω, perterrefacio.
Πωλέω, vendo.
Ῥιπτέω, Atticè pro ῥίπτω, projicio.
Σκοπέω, ſpeculor, conſidero.
Στοιχέω, incedo.
Στρατολογέω, militem deligo.
Συγκακοπαθέω, unà patior.
Συγκαλέω, convoco.
Συγκινέω, commoveo.
Συγκοινωνέω, unà ſum particeps.
Συγχέω, confundo, concito turbam.
Συζητέω, mutuò quæro.
Συζωοποιέω, unà vivifico.
Συκοφαντέω, defero, calumnior.
Συλαγωγέω, prædas ago, deprædor.
Συλλαλέω, colloquor.
Συμμαρτυρέω, unà teſtimonium reddo.
Συμπαθέω, compatior.
Συμφωνέω, concino, paciſcor, conſentio.
Συναθλέω, unà certo.
Συνακολουθέω, unà ſequor.
Συναρμολογέω, congruenter coagmento.
Συνδέω, unà vincio.
Συνεπιμαρτυρέω, teſtimonium præbeo.
Συνεργέω, unà operor.
Συνευδοκέω, conſentio, unà volo.
Συνοικέω, unà verſor, unà habito.
Συνοικοδομέω, unà ædifico.
Συνομιλέω, unà colloquor.

Συνομορέω, confinis ſum.
Συντελέω, finio.
Συντηρέω, obſervo.
Συνυπουργέω, unà operam confero.
Συστοιχέω, eadem ſerie reſpondeo.
Σωφρονέω, ſum ſobrius, ſana mente ſum præditus.
Τεκνογονέω, liberos pario.
Τεκνοτροφέω, liberos educo.
Τελεσφορέω, ad finem perfero.
Τελέω, finio, perficio.
Τετραρχέω, ſum tetrarcha.
Τιμωρέω, punio.
Τροποφορέω, mores alicujus tolero.
Ὑδροποτέω, aquam bibo.
Ὑμνέω, hymnum cano.
Ὑπερφρονέω, ſupra modum de me ſentio.
Ὑπηρετέω, ſervio, miniſtro.
Ὑποδέω, ſubligo.
Ὑπονοέω, ſuſpicor.
Ὑποπλέω, ſubnavigo, ſublego.
Ὑποπνέω, aliquantum ſpiro.
Ὑποχωρέω, ſecedo.
Ὑστερέω, ſum poſterior.
Ὑψηλοφρονέω, animô efferor.
Φθονέω, invideo.
Φιλέω, diligo.
Φλυαρέω, garrio.
Φορέω, fero, geſto.
Φρονέω, ſapio, ſtatuo, curo, deſidero.
Φρουρέω, præſidiô teneo, cuſtodio.
Φωνέω, voco.
Χαλιναγωγέω, frænô duco.
Χειραγωγέω, manu duco.
Χειροτονέω, per ſuffragia creo.
Χορηγέω, chorum ducto, ſuppedito.
Χρονοτριβέω, tempus tero.
Χωρέω, capio, locum habeo, cedo.
Ψευδομαρτυρέω, ſalſò teſtor.
Ὠφελέω, juvo, proſum.

Media.

Media.

Ἀκαιρέομαι, ῦμαι, opportunitate temporis deſtituor.

Ἀνθομολογέομαι, viciſſim confiteor.

Ἀπαρνέομαι, abnego.

Ἀπολογέομαι, defendo ſermone.

Ἀπορέομαι, dubito.

Ἀπωθέομαι, repello.

Ἀρνέομαι, nego.

Ἀφικνέομαι, pervenio.

Διαβεβαιόωμαι, aſſevero.

Διαπονέομαι, moleſtè fero.

Διηγέομαι, narro.

Διϊκνέομαι, pertingo.

Δωρέομαι, dono, largior.

Ἐκδιηγέομαι, enarro.

Ἐκθαμβέομαι, expaveſco, attonitus ſum.

Ἐνθυμέομαι, cogito, in animo verſo.

Ἐξαιτέομαι, expeto.

Ἐξαπορέομαι, prorſus hæreo, ad eas redactus ſum anguſtias, ut, quò me vertam, ignorem.

Ἐξηγέομαι, expono.

Ἐξηχέομαι, perſono.

Ἐξομολογέομαι, confiteor.

Ἐπικαλέομαι, invoco, item cognominor.

Ἐπιμελέομαι, curam gero.

Εὐλαβέομαι, vereor.

Ἐφικνέομαι, pervenio.

Ἡγέομαι, duco, arbitror.

Λυπέομαι, contriſtor.

Μαρτυρέομαι, teſtimonio ornor.

Μετακαλέομαι, accerſo.

Μεταμελέομαι, pœnitet me.

Μιμέομαι, imitor.

Ὀρχέομαι, ſalto.

Ὀχλέομαι, vexor, torqueor.

Παραιτέομαι, recuſo, excuſo.

Παραμυθέομαι, conſolor.

Παρατηρέομαι, obſervo.

Περιποιέομαι, acquiro, comparo.

Προαιρέομαι, præopto.

Προηγέομαι,

Προηγέομαι, præeo.
προκαλέομαι, provoco.
προνοέομαι, procuro.
προσαπειλέομαι, addo minas.
προσκαλέομαι, advoco.

VIII. *Media.*

Προσποιέομαι, ſimulo, fingo.
Στενοχωρέομαι, coarctor.
Συγκακουχέομαι, unà malè vexor.
Συλλυπέομαι, condoleo.
Συμπαρακαλέομαι, communem conſolationem percipio.
Συνευωχέομαι, unà epulor.
Συντηρέομαι, conſervor.
Φιλοτιμέομαι, ambio honorem, contendo.
Φοβέομαι, timeo.
Ὠνέομαι, emo.

IX. *Activa Secundæ Contractorum.*

Ἀγαλλιάω, ῶ, exulto.
Ἀγαπάω, diligo.
Ἀλοάω, trituro.
Ἀναβοάω, exclamo.
Ἀναγεννάω, regenero.
Ἀναζάω, reviviſco.
Ἀνασπάω, ſurſum traho, retraho.
Ἀπαντάω, occurro.
Ἀπατάω, decipio.
Ἀποπλανάω, ſeduco.
Ἀποσπάω, abſtraho, educo, avello.
Ἀποτολμάω, audacia utor.
Ἀριστάω, prandeo.
Ἀροτριάω, aro.
Ἀφοράω, intueor.
Βοάω, clamo.
Γελάω, rideo.
Γεννάω, gigno, pario.
Δαπανάω, impendo, ſumptus facio.
Δειλιάω, formido, ob ignaviam & timiditatem refugio.
Διαπεράω, trajicio.
Διασπάω, diſcerpo.
Διερωτάω, percontor.

Διψάω,

Διψάω, ſitio.
Ἐάω, ſino, permitto.
Ἐισπηδάω, inſilio.
Ἐκδαπανάω, expendo.
Ἐκκλάω, defringo.
Ἐκκολυμβάω, enato.
Ἐμπιμπλάω vel ἐμπίμπλημι, impleo.
Ἐμφυσάω, afflo.
Ἐντρυφάω, oblecto me.
Ἐξαπατάω, ſeduco, decipio.
Ἐξερευνάω, penitus ſcrutor.
Ἐπαντάω, occurro.
Ἐπερωτάω, interrogo.
Ἐπιβοάω, vociferor.
Ἐπιτιμάω, objurgo.
Ἐρευνάω, indago, inveſtigo.
Ἐρωτάω, interrogo.
Ζάω, vivo.
Ἱλάω & ἵλημι, propitius ſum.
Καθοράω, proſpicio.
Καταγελάω, derideo.
Κατακλάω, frango.
Καταντάω, pervenio.
Κλάω, frango.
Κοιμάω, ſopior.
Κολυμβάω, nato.
Κομάω, comam, alo.
Κονιάω, dealbo.
Κοπιάω, laboro, fatigor.
Κρεμάω, ſuſpendo.
Λικμάω, ventilo, diſſipo.
Μελετάω, meditor.
Μεριμνάω, curo, ſolicitè & anxiè cogito.
Μυκάω, mugio.
Νικάω, ſupero, vinco.
Ξυράω, rado, tondeo.
Ὁράω, video.
Ὁρμάω, ruo, irruo.
Πεινάω, eſurio.
Πειράω, conor.
Περισπάω, diſtraho.
Πλανάω, fallo, ſeduco.
Προμελετάω, præmeditor.
Προμεριμνάω, ante ſum ſolicitus.
Προοράω, proſpicio.
Προσδοκάω, exſpecto.
Προσεάω, permitto.
Προσκολλάω, agglutino.
Σιγάω, ſileo.
Σιωπάω, idem.

Σκιρτάω, juveniliter ſaltito.
Σπαταλάω, laſcivio.
Σπάω, traho.
Στρηνιάω, luxurior, diſſolutè vivo.
Συζάω, unà vivo.
Συλάω, ſpolio.
Συναντάω, occurro.
Συνθλάω, conquaſſo, confringo.
Τελευτάω, morior.
Τιμάω, honoro, æſtimo.
Τολμάω, audeo.
Τρυγάω, fruges colligo; item vindemio.
Τρυφάω, in deliciis vivo.
Ὑπαντάω, occurro.
Ὑπερνικάω, plus quàm victor ſum.
Φρεναπατάω, mentem decipio.
Φυράω, miſceo.
Χαλάω, demitto.
Χολάω, indignor, iraſcor.
Χράω, mutuo, commodo.
Ψηλαφάω, contrecto.

Media.

Ἐμβριμάομαι, fremo, infremo.
Ἐπακροάομαι, exaudio.
Ἐπισπάομαι, attraho.
Ἡττάομαι, ſuperor, inferior evado.
Θεάομαι, ſpecto, conſpicio.
Ἰάομαι, ſano, medeor.
Κατακαυχάομαι, glorior adverſùs aliquem.
Καταράομαι, execror, imprecor, devoveo.
Καταχράομαι, abutor.
Καυχάομαι, glorior.
Κολλάομαι, agglutinor, adhæreo.
Κτάομαι, poſſideo, comparo, acquiro.
Μασσάομαι, mando, is.
Μοιχάομαι, adulterium committo.
Μωμάομαι, vitupero.
Ὀδυνάομαι, dolore afficior, crucior.
Προαιτιάομαι, ante criminor.
Συγχράομαι, commercium habeo cum aliquo.
Χράομαι, utor.

X. *Activa*

X. *Activa Tertiæ Contractorum.*

Ἀκριβόω, ῶ, exquiro.

Ἀκυρόω, irritum reddo, aboleo.

Ἀνακαινόω, renovo.

Ἀνακεφαλαιόω, capita ſeu ſummas repeto.

Ἀνανεόω, renovo.

Ἀναπληρόω, repleo.

Ἀναστατόω, ſtatum ſubverto, ad ſeditionem concito.

Ἀνασταυρόω, de novo crucifigo.

Ἀνορθόω, ſurrigo, rurſus erigo.

Ἀνταναπληρόω, viciſſim expleo.

Ἀξιόω, dignor, dignum cenſeo.

Ἀπαλλοτριόω, abalieno.

ἀποδεκατόω, decimo.

Ἀτιμόω, dedecoro.

Ἀφομοιόω, ſimilem reddo, aſſimilo.

Ἀφυπνόω, ſopior, obdormiſco.

Ἀχρειόω, inutilem reddo.

Βεβαιόω, confirmo.

Βεβηλόω, profano.

Βιόω, vivo.

Δεκατόω, decimas accipio.

Δηλόω, declaro.

Δικαιόω, juſtifico, hoc eſt, juſtum pronuntio, pro juſto habeo.

Διπλόω, duplico.

Δολιόω, dolo utor.

Δολόω, falſo, adultero.

Δουλόω, ſervum facio, in ſervitutem redigo.

Δυναμόω, confirmo, roboro.

Ἐκπληρόω, impleo.

Ἐκριζόω, eradico.

Ἐλαττόω, minuo.

Ἐλευθερόω, libero.

Ἑλκόω, exulcero.

Ἐνδυναμόω, corroboro.

Ἐντυπόω, imprimo, inſculpo, incido.

Ἐξουδενόω, nihili facio.

Ἐπιδιορθόω, corrigo.

Ἐπισκηνόω, in tabernaculo habito.

Ἐρημόω, vaſto.

Ε᾽υοδόω, proſperum iter præbeo.
Ζηλόω, æmulor, ſtudioſè ſector, ambio, invideo.
Ζημιόω, mulcto.
Ζυμόω, fermento.
Θανατόω, occido.
Θεμελιόω, fundo, fundamentum jacio.
Θυμόω, ad iram provoco, concito.
Ι῾δρόω, ſudo.
Ι῾κανόω, idoneum reddo.
Κακόω, malè accipio, affligo.
Καταξιόω, dignum judico.
Κατασκηνόω, nidulor, nidum ſtruo.
Κατιόω, rubigine vitio.
Κενόω, exinanio.
Κεφαλαιόω, ſummatim repeto, item caput cædo, vulnero.
Κληρόω, ſorte lego.
Κοινόω, commune reddo, polluo, pro impuro habeo.
Κολοβόω, detraho, decurto, amputo.
Κραταιόω, corroboro.
Κυκλόω, cingo, circumdo.
Κυρόω, ſancio, ratum facio.
Λυτρόω, redimo.
Μαστιγόω, flagello.
Μεσόω, ſum medius.
Μεταμορφόω, transformo.
Μορφόω, formo.
Νεκρόω, mortifico.
Ο῾λοκαυτόω, totum comburo.
Ο῾μοιόω, aſſimilo.
Παλαιόω, antiquo.
Παραζηλόω, ad æmulationem provoco.
Πιστόω, ſtabilio, confirmo.
Πληρόω, impleo, abſolvo, finio.
Προκυρόω, ante ſancio.
Προσαναπληρόω, ſuppleo.
Προσηλόω, clavîs affigo.
Προσκληρόω, ſorte allego, ſorte lectum adjungo.
Πυρόω, igne injecto uro.

Πωρόω, facio occalleſcere, obduro.
Ῥυπόω, ſordeſco.
Σαρόω, ſcopîs purgo.
Σθενόω, roboro.
Σκηνόω, habito, commoror.
Σκοτόω, obſcuro.
Σπαργανόω, faſciis involvo.
Σπιλόω, maculo.
Σταυρόω, crucifigo.
Στερεόω, confirmo, roboro.
Στεφανόω, corono.
Στρεβλόω, detorqueo.
Συμμορφόω, conformo.
Συμπληρόω, compleo.
Συσταυρόω, unà crucifigo.
Ταπεινόω, humilio.
Τελειόω, perficio.
Τεφρόω, in cinerem redigo.
Τυφλόω, excæco.
Τυφόω, fumô infeſto, inſolentem reddo.
Ὑπερυψόω, in ſummam effero ſublimitatem.
Ὑποτυπόω, delineo.
Ὑψόω, extollo.
Φανερόω, manifeſto.
Φιμόω, os capiſtrô obthuro.
Φραγελλόω, flagello.
Φυσιόω, inflo.
Χαλινόω, fræno.
Χαριτόω, facio ut aliquis ſit acceptus.
Χρυσόω, inauro.

Media.

Ἐγκομβόομαι, intus me veſtio.
Καταδουλόομαι, in ſervitutem redigo. Gal. 2. ℣. 4.
Αὐτρόομαι, redimor.
Ματαιόομαι, vanus fio.
Μεστόομαι, plenus ſum.
Μισθόομαι, mercede conduco.
Μονόομαι, ſolus relinquor.
Ὁμοιόομαι, ſimilis fio.
Προσκληρόομαι, conſocior.
Ῥιζόομαι, radicor, ſtabilior.
Σημειόομαι, noto.

XI. *Prima in* μι.

Ἀποτίθημι, depono.
Διατίθημι, diſpono.
Ἐκτίθημι, expono.
Ἐπιτίθημι, impono.
Ἵημι, mitto.
Κάθημαι, ſedeo.
Καθίημι, demitto.
Κατατίθημι, depono.
Μετατίθημι, transfero.
Παρατίθημι, appono, propono.
Πάρειμι & παρίημι, pervenio.
Παρίεμαι, remiſſus fio.
Παρίημι, omitto.
Περιτίθημι, circumpono.
προσανατίθεμαι, confero.
προστίθεμαι, appono, pergo.
προτίθημι, præpono.
Συγκάθημαι, conſideo.
Συγκατατίθεμαι, aſſentior.
Συνίημι, committo, intelligo
Συντίθημι, conſtituo.
Συντίθεμαι, paciſcor, conſentio.
ὑποτίθεμαι, ſubjicio.
ὑποτίθημι, ſuppono.

XII. *Secunda in* μι.

Ἀνθίστημι, reſiſto.
Ἀνίστημι, excito.
Ἀντικαθίστημι, reſiſto.
ἀποκαθίστημι & ἀποκαθιστάω, reſtituo.
Ἀφίστημι, diſcedo, deficio.
Διίστημι, diſto, interpono.
Δύναμαι, depon. poſſum.
Ἐκκρέμαμαι, pendeo ab aliquo, dependeo.
Ἐνίστημι, inſto, impendeo, immineo.
Ἐξανίστημι, excito.
Ἐξίσταμαι, obſtupeſco.
Ἐξίστημι & ἐξιστάω, ῶ, obſtupefacio.
Ἐπανίσταμαι, inſurgo.
Ἐπίσταμαι, ſcio.
Ἐφίστημι, inſto.
Ἵλημι, propitius ſum.
Ἴσημι, ſcio.
Ἵστημι, ἱστάνω & ἱστάω, ſtatuo, appendo, ſtabilio.

Καθίστημι vel καθιστάω, conſtituo.
Καθεφίστημι, inſurgo.
Κρέμαμαι, pendeo.
Μεθίστημι, amoveo, averto.
Ὄνημαι, juvor, fruor.
Παρίσταμαι, ſiſtor.
Παρίστημι, ſiſto.
Περιΐστημι, circumſto.
Πίμπρημι, incendo.
Προΐσταμαι, præſum.
Σύμφημι, conſentio.
Συνεφίστημι, unà inſurgo.
Συνίστημι, conſtituo, commendo.
Φημὶ, dico.

XIII. *Tertia in μι.*

Ἀνδίδωμι, reddo.
Ἀνταποδίδωμι, viciſſim reddo.
Ἀποδίδωμι, reddo, ſolvo.
Δίδωμι, do, tribuo.
Διαδίδωμι, trado per manus.
Ἐκδίδωμι, eloco.
Ἐπιδίδωμι, inſuper do, do.
Μεταδίδωμι, impertio.
Παραδίδωμι, trado.
Προδίδωμι, do prior.

XIV. *Quarta in μι.*

Ἀμφιέννυμι, veſtio.
Ἀναδείκνυμι, oſtendo.
Ἀναζώννυμι, ſuccingo.
Ἀποδείκνυμι, demonſtro.
Ἀπόλλυμι, perdo.
Δείκνυμι, oſtendo, indico.
Διαζώννυμι, præcingo.
Ἐκπετάννυμι, expando.
Ἐνδείκνυμι, indico.
Ἐπιδείκνυμι, oſtendo.
Ζώννυμι, cingo.
Καταγνυμι, vel καταγνύω, confringo.
Καταστρώννυμι, proſterno.
Κεράννυμι & κεραννύω, miſceo.
Κορέννυμαι, ſaturor.
Μίγνυμι, miſceo.
Ὄμνυμι, juro.

Περιζώννυμι, præcingo.
Περιῤῥήγνυμι, dirumpo.
Πήγνυμι, figo, compingo.
Προσπήγνυμι, affigo.
Προσρήγνυμι, illido.
Ῥήγνυμι, frango.
Ῥώννυμι, roboro.
Σβέννυμι, exſtinguo.
Στρώννυμι, ſterno.
Συγκεράννυμι, contempero.
Συζεύγνυμι, conjungo.
Συναναμίγνυμαι, unà commiſceor.
Συναπόλλυμαι, unà pereo.
Ὑποδείκνυμι, præmonſtro, indico.
Ὑποζώννυμι, ſuccingo.
Ὑποζώννυμαι, ſuccingor.
Ὑποστρώννυμι, ſubſterno.

XV. *Anomala in* μι.

Ἀνάκειμαι, diſcumbo.
Ἀνίημι, relaxo, remitto.
Ἀντίκειμαι, opponor.
Ἄπειμι, abſum.
Ἄπειμι, vel ἀπίημι, abeo.
Ἀπόκειμαι, ſeponor.
Ἀφίημι, ſino, dimitto, relinquo.
Εἰμὶ, ſum.
Εἴσειμι vel εἰσίημι, intro, ingredior.
Ἔνειμι, inſum.
Ἔξειμι, vel ἐξίημι, exeo.
Ἔπειμι & ἐπίημι, ſuccedo.
Ἐπίκειμαι, incumbo, urgeo.
Κατάκειμαι, jaceo, decumbo, accumbo.
Κεῖμαι, jaceo, propoſitus ſum, poſitus, ſitus ſum.
Παράκειμαι, adjaceo.
Πάρειμι, adſum.
Περίκειμαι, circumponor, circumdor.
Πρόκειμαι, proponor.
Συνανάκειμαι, unà accumbo.
Σύνειμι, ſum cum alio.

Imper-

Imperſonalia.

Ἔξεστι, licet. Πρέπει, decet.
Δεῖ, oportet. Χρὴ, oportet.
Μέλει, curæ eſt.

APPENDIX III.

DE VERBIS ANOMALIS; quæ uſpiam occurrunt.

A.

Ἄγαμαι, *miror*, laudo, Fut. 1. Med. ἀγάσομαι, Aor. 1. Paſſ. ἠγάσθην, Aor. 1. Med. ἠγασάμην, ab inuſitato ἀγάομαι.

Ἄγνυμι, *frango*, F. ἄξω ab ἄγω, Aor. 1. Act. ἦξα & diæreſî ἔαξα, Perf. med. ἦγα, vel ἔαγα, Aor. 2. Paſſiv. ἤγην & ἐάγην. *Compoſita*, κατέαγα, κατέαξα, κατεάγην, à καταγνύω, *confringo*, eodem modo ſe habent.

Ἄγω *ago*, duco, F. 2. ἀγῶ, vel Atticè ἀγαγῶ, Aor. 2. ἦγον, vel Atticè ἤγαγον. Fut. 1. ἄξω. P. ἦχα Atticè ἄγηχα & ἀγήοχα. Imperf. ἄξε, ἄξετε, duc, ducite, à Præſ. ἄξω, quod à Fut. 1. act. ἄξω. Sic ὄρσω ab ὄρω, excito. Unde ὄρσομαι & hinc Imperf. Paſſ. ὠρσόμην. Sunt enim quædam verba, quorum Præſentia & Imperfecta à Futuris derivantur, ſed ultra non progrediuntur. Aoriſt. 2. Imperf. ἄγαγε. In Optat. ἀγάγοιμι. In Subjunct. ἀγάγω. Infinit. ἀγαγεῖν. Partic. ἀγαγὼν, & in Med. ἀγαγόμενος.

Ἅδω *placeo*, Præt. med. ἧδα & diæreſi ἕαδα. Part. ἑαδὼς. Aoriſt. 2. ἅδον, in Infinit. ἁδεῖν, ut in illo *Solonis*: πᾶσιν ἁδεῖν χαλεπόν, *cunctis placere difficile eſt.*

Ἅζω *ſicco*, Aoriſt. prim. ἄσθην, vel ἀάσθην, Poët. ἤσθην.

Αἱρῶ *Capio*, Fut. αἱρήσω, Aoriſt. 2. εἷλον (ab ἕλω.) Infinit. ἑλεῖν. Partic. ἑλών. *Paſſiv.* Præt. ᾕρημαι, Aor. 1. ᾑρέθην. Fut. 1. αἱρεθήσομαι. *Med.* Aor. 2. εἱλόμην. Fut. 1. αἱρήσομαι.

Αἰσθάνομαι *ſentio*, Fut. 1. med. αἰσθήσομαι, Præt. Paſſiv. ᾔσθημαι. Præt. Infinitivi Paſſiv. ᾐσθῆσθαι. Aor. 2. med. ᾐσθόμην, ab inuſitato verbo αἰσθέομαι. Aor. 2. med. Infin. αἰσθέσθαι, & in Partic. αἰσθόμενος.

Ἀκαχάω, unde fit ἀκάχημι & ἀκάχημαι *triſtor.* Hinc in Part. Præſ. ἀκαχήμενος pro ἀκαχήμενος, (Odyſſ. κ. 313.) & Part. Præſ. Paſſ. ἀκαχημένος pro ἠκαχημένος.

Ἀλάω *erro*: inde ἄλημι & ἄλημαι, & per reduplicationem ἀλάλημαι.

Ἀλέξω *opitulor.* F. ἀλεξήσω, ab ἀλεξέω, (ut αὔξω, αὐξήσω ab αὐξέω.) Infinit. Aoriſt. 1. ἀλέξαι, & in media voce ἀλέξασθαι. Ἰλιαδ. ν. 475.

Ἁλίσκομαι *capior.* Fut. ἁλώσομαι. Aoriſt. 2. ἥλων & ἑάλων, Aor. 2. Act. Infin. ἁλῶναι, *Præt.* ἥλωκα & ἑάλωκα. Paſſ. ἑάλωμαι, unde ἅλωσις captivitas & ἁλωτὸς, captu facilis, à verbo ἁλόω, unde eſt Part. ἁλοὺς, όντος, ab ἅλωμι. Compoſitum ἀναλίσκω *conſumo, valde variat in augmento;* Dicitur enim

enim ἀνάλωκα, abſque augmento. Item ἀνήλωκα, ἠνάλωκα, ut in Aoriſt. 1. ἀνάλωσα, ἀνήλωσα & ἠνάλωσα.

Ἅλλομαι *ſalio*, Aor. 2. med. ἡλόμην, ἧλου, ἥλετο, & per Syncopen ἧλτο, ex quo ἆλτο. Ἰλιαδ. α. 532. & γ. 29. In Particip. ἅλμενος, per Syncop. pro ἀλλόμενος *ſaliens*.

Ἀλύσκω *fugio*, Fut. ἀλύξω, ab ἀλύσσω.

Ἁμαρτάνω *pecco*. F. ἁμαρτήσω, (ab ἁμαρτέω.) Perf. ἡμάρτηκα. Aor. 2. ἥμαρτον: Poëticè ἤμβροτον, peccavi. Ἰλιαδ. π. 336. Aor. 2. Partic. ἁμαρτών.

Ἀμφίημι vel ἀμφιέννυμι *induo*. F. ἀμφιέσω. Poët. ἀμφιέσσω. Perfect. Paſſ. ἠμφίεσμαι, (ab ἀμφιέω,) Præt. Partic. Paſſ. ἠμφιεσμένος, *veſtitus*. Luc. 7. ℣. 25. Aoriſt. 1. med. ἠμφιεσάμην. Part. ἀμφιεσάμενος.

Ἀνοίγω *aperio*. Fut. ἀνοίξω, Aoriſt. 1. ἀνῷξα, Attic. ἀνέῳξα. Perfect. med. ἀνῷγα & ἀνέῳγα, itemque ἠνέῳγα, cum triplici augmento. Paſſ. ἀνέῳγμαι, Aor. 1. Paſſ. ἀνεώχθην, (& per Syncopen ἀνῴχθην.) Luc. 1. ℣. 64. unde in Infinitivo ἀνεῳχθῆναι. Luc. 3. ℣. 21. Itemque ἠνοίχθην. Particip. ἀνεῳγμένος.

Ἀνώγω, *mando*. Verbum Poëticum. Futur. ἀνώξω. Imperf. act. ἤνωγον & ἄνωγον, Aor. 1. act. ἤνωξα. Præt. med. ἄνωγα & ἤνωγα, quod ſæpe pro præſenti ponitur. Ὀδυσ. γ. 317. Κέλομαι καὶ ἄνωγα, jubeo & mando. Ὀδυσ. π. 312. Σὲ φράζεσθαι ἄνωγα, te conſiderare jubeo. Imperat. ἀνώγηθι, per Syncop. ἄνωχθι, jube. Ἰλιαδ. κ. 67.

Α'παυρέω ῶ, *aufero.* Aoriſt. 1. ἀπηύρα pro ἀπηύρησα, per Syncopen. Ιλιαδ. ζ. ῡ. 17.

Α'πεχθάνομαι, *odi.* F. ἀπεχθήσομαι. Perf. ἀπήχθημαι, Aor. 2. med. ἀπηχθόμην, (ab inuſitato ἀπεχθέομαι.) Ιλιαδ. γ. 454.

Α'πολέω ῶ, *perdo,* vel ἀπολλύω & ἀπόλλυμι. F. ἀπολέσω. Aor. 1. ἀπώλεσα. P. ἀπώλεκα, vel Atticè ἀπολώλεκα. Perf. med. ἀπῶλα, vel Attic. ἀπόλωλα, Aor. 2. ἀπωλόμην, à verbo inuſitato ἀπόλλω.

Α'ποτέμνω, *abſcindo.* Fut. 1. act. ἀποτεμῶ & ἀποτμήσω, Aor. 1. ἀπέτεμον.

Α'πόχρη, *ſufficit,* Imperſonale, Imperf. ἀπέχρη. Fut. ἀποχρήσει, Aor. 1. act. ἀπέχρησε, (ab ἀποχράω,) Part. ἀποχρῶν. Infinit. ἀποχρῆν pro ἀποχρῆναι, per Apocopen. Vid. infra χρή.

Α'ρέσκω, *placeo.* Fut. ἀρέσω, & in medio, ἀρέσομαι, (ab obſoleto ἀρέω.) Perf. Act. ἤρεκα, & Paſſ. ἤρεσμαι, Aor. 1. Paſſ. ἠρέσθην.

Α'υξάνω vel αὔξω, *augeo.* F. αὐξήσω, (quaſi verbum eſſet αὐξέω,) Aor. 1. act. ηὔξησα, & per Syncopen ηὖξα.

Α'φίπταμαι, *evolo.* Fut. ἀποπτήσομαι, Aoriſt. 2. act. ἀπέπτην, Aor. 2. med. ἀπεπτάμην.

Α'χθομαι, *doleo.* F. ἀχθήσομαι & ἀχθέσομαι, Aor. 2. Paſſ. ἀχθέσθην, ab ἀχθέομαι.

Α'χω, (inuſitatum) *lædo.* Perf. act. ἤκαχα, Aor. 2. act. ἦχον, & per Epentheſin ἤκαχον.

B.

Βαίνω, *vado.* F. med. βήσομαι à βάω. Perf. Act. βέβηκα, extritô κ. βέβηα, & *Ionicè* βέβαα, *in Plur.* βεβάαμεν,

βάαμδυ, & per Syncopen βέβαμδυ, *ivimus*. Aor. 2. ἔβlw, à verbo inuſitato βῆμι. Comp. Καζαβάινω, κατέβην. Imperat. Aoriſt. 2. act. κατάβαθι, per α. Doricè pro κατάβηθι, ut ἀνάβηθι, per Apocopen autem κατάβα, ἀνάβα.

Βάλλω, *jacio*. F. βαλῶ, Aoriſt. 2. act. ἔβαλον, Perf. Act. βέβληκα. Paſſ. βέβλημαι, Aoriſt. 1. ἐβλήθην. Fut. βληθήσομαι.

Βιβρώσκω vel βρώσκω, *edo*. F. βρώσω, (à βρόω.) Perf. βέβρωκα. Med. βέβρωθα, Aor. 2. ἔβρων.

Βιόω, *vivo*. Fut. βιώσω. F. 1. med. βιώσομαι, Perf. Paſſ. βιβίωμαι. Part. βεβιωμδύα, quæ in vita peracta ſunt. Demoſthen. Aoriſt. 2. Act. ἐβίων. Imperat. βίωθι. Optat. Aoiſtr 2. act. βιοίlw, & Attic. βιῴην. Infinit. βιῶναι. Particip. ὁ βιὺς, ab inuſitato βίωμι.

Βλαςάνω, *produco*. F. βλαςήσω, Aor. 2. ἔβλαςον, ab antiquo βλαςέω.

Βόω, *clamo*. Futur. βώσω.

Βούλομαι, *volo, decerno*. F. βουλήσομαι, Perf. Paſſ. βεβούλημαι. Pluſquamperf. ἐβεβουλήμlw, à βουλέομαι, Perf. med. βέβουλα, volui. Aor. 1. Paſſ. ἐβουλήθην.

Γ.

Γαμέω, uxorem duco vel *nubo*. F. γαμήσω vel γαμέσω, Aor. 1. ἔγημα. Luc. 14. ℣. 20. pro ἐγάμησα, quaſi à verbo γήμω vel γάμω, Aoriſt. 1. Infin. γαμῆσαι ducere. Uxorem & γαμέσαι, Uxorem dare.

Γηράσκω, *ætate provehor*. F. γηράσω, à γηράω, Aor. 2. Infinit. γηρᾶναι, ſenuiſſe, & Particip. γηρὰς, ſeniô confectus.

Γίνομαι vel γίγνομαι, *ſum, fio, naſcor.* Fut. γενήσομαι, Perfect. Paſſiv. γεγένημαι, Perfect. med. γέγονα, Aoriſt. 1. ἐγενησάμην vel ἐγεινάμην, Aor. 2. med. ἐγενόμην, à quo in 3. Perſon. ἐγένετο, & ablatô augmentô γένετο. Ιλιαδ. ν. 25. & 241. F. 1. med. γενοῦμαι à γείνομαι.

Γινώσκω, *cognoſco.* Fut. γνώσομαι, cognoſcam & cognoſcar. Οδυσ. ψ. 108. Perfect. act. ἔγνωκα, Aor. 2. act. ἔγνων. Luc. 6. ℣. 4. tanquam à γνῶμαι. Aor. 2. act. Imperat. γνῶθι. Infinit. γνῶναι. Part. ὁ γνοὺς. Perf. Paſſ. ἔγνωσμαι, Aor. 1. Paſſ. ἐγνώσθην. Sic ἀναγινώσκω, ἀνέγνωκα, ἀνέγνων, &c.

Γρηγορέω, *vigilo.* F. γρηγορήσω, Perf. med. ἐγρήγορα, pro quo ἐγρήγορθα, unde 3. Plur. ἐγρηγόρθασι, vigilant. Ιλιαδ. κ. 419.

Δ.

Δάιω vel δαίω, *ſcio, divido, comburo.* Fut. δαήσω, Perf. δεδάηκα, *ſcivi.* Jonic. δέδαα, Perf. Paſſ. δεδάημαι, doctus ſum & δέδαιμαι, diviſus ſum. Aor. 2. Paſſ. ἐδάην, ab inuſitato, δαέω & δάημι. Perf. med. δέδηα, Infinit. δαῆναι & δαήμεναι.

Δάκνω, *mordeo.* F. δήξω, Perf. δέδηχα, Paſſ. δέδηγμαι, Aoriſt. 2. ἔδακον, ab antiquo δήκω, Aor. 1. Paſſ. ἐδήχθην.

Δαρθάνω, *dormio.* Fut. δαρθήσομαι, Aor. 2. ἔδαρθον, Infinit. δαρθεῖν. Part. δαρθὼν, & per metatheſin ἔδραθον, δραθεῖν, δραθῶν.

Δεῖ, *oportet.* F. δεήσει, Aor. 1. ἐδέησε à δεέω, Imperf. ἔδει. Optat. δέοι. Subjunct. δέῃ. Infin. δεῖν, à δέω. Aor. 1. δεῆσαι.

Δείδω,

Δείδω, *timeo*, Poëticum. Fut. δείσω. Perf. δέδεικα. Perf. med. δέδοικα pro δέδοιδα, & Jonicè δέδια. Poëticè δείδια. Ἰλιάδ. κ. 93. Infinit. δεδιέναι. Part. Perf. δεδιὼς & δειδιώς.

Δειδίττομαι, *territo* ſive *territor*. F. δειδίξομαι. Poët. δειδίξομαι, Aor. 2. Paſſ. ἐδεδίγην. Imperat. δεδίγηθι, per Syncopen, δέδιθι, pro quo etiam dicitur δείδιθι à δειδίττομαι.

Δεικνύω & δείκνυμι, *monſtro*. F. δείξω. Perf. δέδειχα, mutuatur ſua tempora à δείκω.

Δέομαι, *rogo*. F. δεήσομαι. Perf. δεδέημαι, Aoriſt. 1. ἐδεήθην, à δεέομαι.

Δέω, *vincio*. F. δέσω, & δήσω, Aor. 1. ἔδησα. Perf. Paſſ. δέδεμαι & δέδημαι, (unde διάδημα, diadema.) Aor. 1. ἐδέθην.

Δέχομαι, *accipio*. Fut med. δέξομαι. Perf. δέδεγμαι, Aor. 1. med. ἐδεξάμην.

Διδάσκω, *doceo*. Fut. διδάξω, Aor. 1. ἐδίδαξα. Perf. Act. δεδίδαχα. Paſſ. δεδίδαγμαι. Aor. 1. Paſſ. ἐδιδάχθην. Med. F. διδάξομαι. Aor. 1. ἐδιδαξάμην.

Διδράσκω, *fugio*. F. διδράσω, à διδράω, Aor. 2. act. ἔδραν, *fugi*. (Ut ἀπέδραν & διέδραν, ab ἀπόδρημι & διάδρημι.) Infinit. δρᾶναι Part. δρὰς, ut ἀποδρὰς, διαδράς. In tertia Perſona Plurali Aoriſt. 2. διέδραν, ἀπέδραν, per Syncopen, pro διέδρησαν, ἀπέδρησαν, à διάδρημι, ἀπόδρημι.

Δοκέω, *appareo*. Fut. δοκήσω, & quod uſitatius eſt, δόξω, ab antiquo δόκω, Aoriſt. 1. ἔδοξα. Præt. Paſſ. δέδογμαι. Imperſonale δοκεῖ, videtur eſſe. Imperf. ἐδόκει.

Δύνω vel δύω, *ſubſideo, occido.* F. δύσω, Aor. 2. act. ἔδυν, (veluti à δῦμι.) Infin. δῦναι. Part. δύς.

E.

Ἐάω, *ſino, permitto.* Futur. ἐάσω, Aoriſt. 1. act. εἴασα.

Ἔδραμον, vide τρέχω.

Ἔδω, *edo.* P. ἦκα vel Att. ἔδηκα, & per Epentheſin Syllabæ δο, ἐδήδοκα. Præt. med. ἔδηδα. Fut. 2. med. ἔδομαι pro ἐδοῦμαι. Infin. ἔδειν Poët. ἐδέμεναι, & per Syncop. ἔδμεναι. Perf. paſſ. ἐδήδεσμαι, unde 3. Plur. ἐδήδοται. Odyſſ. χ. 56.

Ὅσσα τοι ἐκπέποται, καὶ ἐδήδοται ἐν μεγάροισιν.

Quæcunque tibi ebibita ſunt, & comeſta in ædibus.

Ἕζω, *ſiſto, colloco.* F. ἕσω, Aor. 1. εἷσα. Perf. εἷκα. Paſſiv. εἷσμαι.

Ἐθέλω, *volo.* Futur. ἐθελήσω, Aoriſt. prim. ἠθέλησα.

Εἶπα, *dixi.* Aor. 1. (ab inuſitato ἔπω;) unde Part. εἴπας, Aoriſt. 2. εἶπον, in Particip. Aor. 2. εἰπών οῦσα όν.

Εἴδω, *video, ſcio.* F. εἴσομαι, ἴσομαι vel εἰδήσω, (à verbo εἰδέω.) Perf. εἴδηκα, & per Sync. εἶδα. (Unde Comp. ὑπερεῖδον. Act. 17. ℣. 30) Pluſq. εἰδήκειν, εἴδειν: Atticè ᾔδειν, Aoriſt. 2. εἶδον, Poëticè ἴδον, Cujus initialem literam in cæteris modis retinet, ἴδε, ἴδοιμι, ἴδω, ἰδεῖν, ἰδών. Perf. paſſ. εἶσμαι, εἶσαι, εἶσται, pro verbali εἰστέον, dicimus ἰστέον abjectô ε. Perf. med. οἶδα; (unde Comp. σύνοιδα, conſcius ſum. 1. Corinth. 4. ℣. 4.) in 2.

Perf.

Perf. οἶδας, & Æolicè οἴδαθα, & per Syncopen οἶσθα, *noſti*, Præfect. Optat. εἰδείην, (ab εἴδημι.) Infinit. εἰδέναι. Part. ὁ εἰδώς.

Εἴωθα, *conſuevi*. Pluſquamperf. εἰώθειν ab inuſitato ἔθω. Part. εἰωθώς.

Ἐλαύνω, *impello*. F. ἐλάσω (ab ἐλάω.) Aor. 1. ἤλασα & ἔλασα ſine augmento. Perfect. ἤλακα Atticè ἐλήλακα; (unde ἐληλακὼς provectus. Johan. 6. ℣. 19.) Paſſ. ἤλαμαι, Aor. 1. paſſ. ἠλάθην. Aor. 1. med. ἠλασάμην. Infin. Act. ἔλσαι, (pro ἐλάσαι.) med. ἐλάσασθαι.

Ἔλπω, *ſpem facio*. Perfect. med. ἦλπα vel ἔολπα. Pluſquamperf. ἐώλπειν.

Ἔμμορα, vide μείρω.

Ἐπαινέω, *laudo*. F. ἐπαινέσω. Perf. ἐπῄνεκα, Aor. 1. ἐπῄνεσα.

Ἔρδω, *facio*. Fut. ἔρξω, pro quo ῥέξω à ῥέζω.

Ἔρομαι, *interrogo*. Fut. ἐρήσομαι ab ἐρέομαι, Aor. 2. ἠρόμην, vel εἰρόμην ab εἴρομαι.

Ἔῤῥω, (Æolicè pro εἴρω) *pereo, ægrè eo, inauſpicatò venio*. Futur. ἐῤῥήσω, (ab ἐῤῥέω.) Aoriſt. 1. ἔῤῥησα.

Ἔρχομαι, *venio*. Futur. ἐλεύσομαι, (à verbo ἐλεύθω.) Perfect. med. ἤλυθα, & geminatione Attica ἐλήλυθα. Homerus propter metrum εἰλήλουθα. Ιλιαδ. ε. 204. Aoriſt. 2. ἤλυθον, vel ἦλθον, per Syncopen, in Imperat. ἐλθέ. Huc pertinent, & eodem modo conjugantur:

Ἀνέρχομαι, *aſcendo*. Ἀπέρχομαι, *diſcedo*. Διέρχομαι, *tranſeo*. Εἰσέρχομαι, *introeo*. Ἐξέρχομαι, *exeo*.

Παρερ-

Παρεισέρχομαι, *irrepo.* Παρέρχομαι, *prætereo.* Ἀντιπαρέρχομαι, *è regione prætereo* Ἐπανέρχομαι, *redeo.* Κατέρχομαι, *deſcendo.* Ἐπέρχομαι, *ſupervenio.* Συνεισέρχομαι, *unà introeo.* Περιέρχομαι, *circumeo.* Προέρχομαι, *prævenio.* Προσέρχομαι, *accedo.* Συνέρχομαι, *comitor.*

Ἐρῶ Futurum, *dicam*, præcipiam, & Part. ἐρῶν, dicturus ſum, ab εἴρω, *necto*, *dico.*

Εὑρίσκω, *invenio.* F. εὑρήσω. Perf. εὕρηκα, in Voce Paſſ. εὕρημαι, Aor. 1. paſſ. εὑρέθην, Aor. 2. act. εὗρον, ab εὑρέω, Aor. 1. med. εὑρησάμην, & per Syncopen εὑράμην. Particip. εὑράμενος pro εὑρησάμενος.

Ἔχω, *habeo.* F. ἕξω & σχήσω. Perf. ἔσχηκα, Aor. 2. ἔσχον, ab inuſitato σχέω, cujus Subjunctiv. σχῶ, Rom. 16. ℣. 13. Imperat. σχὲς à σχῆμι, Aor. 2. med. ἐσχόμην, unde ἠνεσχόμην ſufferrem. Act. 18. ℣. 14.

Ἔω, *eo*, Antiquum, pro quo uſitata ſunt, εἶμι & ἵημι. F. εἴσω. Perf. εἶκα. Perf. paſſ. εἶμαι, εἶσαι, εἶται: Verbale εἰτέον, abjectô ε ἰτέον. Perf. med. εἶα. Pluſq. perf. ᾔειν.

Ἕω vel ἕννυμι, *induo*, augetur per ει. Præt. paſſiv. εἷμαι, indutus ſum. Pluſq. perfect. εἵμην. Part. Præt. Paſſ. εἱμένος, Aoriſt. 1. εἷσα & ἕασα. Part. ἕσας, Aoriſt. 1. med. εἱσάμην & ἑσάμην, unde part. ἑσάμενος. Ab εἷμαι fit verbale εἷμα *veſtis*, unde ἱμάτιον, pro εἱμάτιον, *veſtimentum*, ablatô ε.

Z.

Ζάω, *vivo*. Anomalè contrahitur ζῇς, ζῇ, non ζᾷς, ζᾷ, in 2. Plur. ζῆτε non ζᾶτε.

Ζεύγνυμι, *jungo*. Futur. ζεύξω, à ζεύγω, de quo ſupra.

Ζώννυμι, *cingo*. Fut. ζώσω, ab antiquo ζώω, Præt. Act. ἔζωκα, Præt. paſſ. ἔζωσμαι & ἔζωμαι.

H.

Ἡβάσκω, *pubeſco*. F. 1. act. ἡβήσω, Aor. 1. act. ἥβησα, ab ἡβάω, ἡβῶ, Poëticè ἡβώω.

Ἤκαχε. Vid. in ἄχω.

Ἥσθην, *lætatus ſum*, & Optat. ἡσθείην, Aor. 1. paſſ. ab ἥδομαι, *lætor*.

Ἦν, *dicebam*. Imperfect. à φημὶ, *dico*. In Imperf. Ἔφην, ablatôque augmentô cum φ, ἦν, ἦς, ἦ, *dicebam*, as, at.

Θ.

Θάπτω, *ſepelio*. F. Θάψω, Aor. 1. ἔθαψα, Aor. 2. Act. ἔταφον. Paſſ. ἐτάφην, (pro ἔθαφον & ἐθάφην, ne duæ aſpirationes concurrant.) Partic. ταφείς. Infinit. ταφῆναι.

Θέλω, *volo*. Fut. Θελήσω, Aor. 1. ἐθέλησα, à θελέω, vel ἐθελέω, tempora ſumit.

Θιγγάνω, *tango*. F. Act. Θίξω, Med. θίξομαι, Aor. 2. Act. ἔθιγον.

Θνήσκω, *morior*. F. 1. med. Θνήξομαι. F. 2. Θανοῦμαι. Paulò poſt Fut. τεθνήξομαι. Perf. τέθνηκα, ab inuſitato θνάω, Aor. 2. act. ἔθανον. Perf. med. τέθνακα. Partic. τεθνεὼς, pro quo Poëtæ dicunt τεθνειὼς. Ἀ θνάω, fit etiam verbum in μι, τέθνημι, in 3. Plur.

in 3. Plur. τεθνᾶσι, in Imper. τέθναθι, in Optat. τεθναίην, Infinit. τεθνάναι.

I.

Ἱδρύνω, *ſtatuo*. Futur. ἱδρύσω.

Ἱκνοῦμαι, *pervenio*. Futur. ἵξομαι, Aoriſt. 2. ἱκόμην, (ut ἀφικνέομαι, Compoſitum ἀφικόμην,) Perf. ἷγμαι, ab ἵκομαι, quod in uſu non eſt. Particip. ἱκόμενος, & per Syncopen ἵκμενος. Odyſſ. λ. ỹ. 7. ἴκμενον οὖρον, ventum venire facientem, id eſt, ſecundum.

Ἱλάσκομαι, *placeo*. F. ἱλάσομαι & ἱλάξομαι, Aor. 2. med. ἱλασάμην, ab ἱλάω, Aor. 1. Imper. Paſſ. ἱλάσθητι, propitius eſto. Luc. 18.

Ἵπταμαι, *volo*, as. Fut. πτήσομαι, Aoriſt. 2. ἔπτην, Aor. 2. med. ἐπτάμην, ἔπτασο καὶ ἔπτω, Præt. paſſ. πέπταμαι, à πτάω, πτῆμι vel ἵπτημι. Infinitivus πτέσθαι & πτάσθαι.

K.

Καθαιρέω, *everto*. Aoriſt. 2. καθεῖλον, ab inuſitato καθέλω. Vide ſupra αἱρῶ.

Καθαίρω, *purgo*. Aoriſt. 1. ἐκάθηρα,

Καθέζω, vel καθέζομαι, *ſedeo*. Futur. 1. med. καθεδοῦμαι.

Κάθημαι, *idem* vel κάθειμαι. F. καθήσομαι, Aoriſt. 1. καθῆκα, de quo ſuprà in Etymol. pag. 145. b.

Καίω vel κάω, *inflammo*, *uro*. Fut. 1. καύσω, Perf. Paſſ. κέκαυμαι, Aoriſt. 2. ἐκάην. Fut. 2. καήσομαι. Part. καείς, Fut. med. καύσομαι.

Καλέω, *voco*. F. καλέσω, vel καλήσω, Perf. κέκληκα, (pro κεκάληκα,) Paſſ. κέκλημαι, κέκλησαι, unde

unde verbale ἐκκλησία: Κέκληται, unde κλητέος & κλητός.

Κάμνω, *laboro*. Fut. 1. & 2. καμῶ. Perfect. κέκμηκα pro κεκάμηκα. Aoriſt. 2. ἔκαμον. Med. Fut. καμοῦμαι, & Aoriſt 2. ἐκαμόμην.

Κείρω, *tondeo*. F. κερῶ, Aor. 1. ἔκειρα, Perf. κέκαρκα.

Κεραννύω vel κεράννυμι, *miſceo*. Futur. κεράσω vel κεκεράσω, (contractè κράσω) veluti à κεράω. Perfect. κέκρακα, Aoriſt. 1. ἐκέρασα, (contractè ἔκρασα.) In Infinit. Jonic. κρῆσαι pro κρᾶσαι. Perfect. *Paſſiv.* κεκέραμαι, κεκέρασμαι vel κέκραμαι, Aoriſt. 1. ἐκράθην. Futur. 1. κραθήσομαι.

Κερδαίνω, *lucror*. Futur. κερδανῶ, Aoriſt. 1. ἐκέρδανα. A κερδέω, formatur. Fut. κερδήσω, Aor. 1. ἐκέρδησα. Perfect. κεκέρδηκα, Aoriſt. 1. *Paſſiv.* ἐκερδήθην. Futur. 1. κερδηθήσομαι, & in Subjunct. κερδηθήσωμαι, quod extat. 1. Petr. 3. ϔ. 1. Veluti à κερδηθέομαι.

Κλάζω, *clango*. Fut. κλάγξω (à κλάγγω,) Aor. 1. ἔκλαγξα. Perf. med. κέκληγα, unde κεκληγὼς, ότος.

Κλαίω, *fleo*. Fut. κλαύσω, tanquam à κλαύω, item κλαιήσω, ab inuſitato κλαιέω.

Κορεννύω & κορέννυμι, *ſaturo*. Futur. κορέσω à κορέω. Aoriſt. 1. med. ἐκορεσάμην. Ιλιαδ. λ. 87. 561. Aoriſt. 1. ἐκορέσθην. Odyſſ. δ. 541.

Κράζω, *clamo*. Fut. κράξω. Perf. κέκραχα. Aoriſt. 1. ἐκέκραξα, à κεκράγω, unde etiam eſt Fut. κεκράξω. Fut. paulò poſt κεκράξομαι, ſignif. Activa Lucæ 19. ϔ. 40. Perf. med. κέκραγα. Aor. 2. ἔκραγον. Aoriſt. 2. paſſ. ἐκράγην. Part. κραγείς.

Κραίνω, *perficio*. Fut. κρανῶ. Med. κρανοῦμαι. Infinit. κρανεῖσθαι, & διαλύσει κρανέεσθαι, Aoriſt. 1. act. ἔκρανα, Atticè ἔκρηνα. Imperat. κρῆνον, quod & κρήηνον, (perfice) à κραιαίνω, Infinit. κρῆναι & κρηῆναι.

Κρεμάζω, *pendeo*. Fut. κρεμάσω. Part. κεκρέμανος, à κρεμάω.

Κρέμαμαι, *idem*. Fut. med. κρεμάσομαι. Perf. paſſ. κεκρεμάσομαι à κρεμάομαι.

Κρύπτω, *abſcondo*. Fut. κρύψω, Aoriſt. 1. ἔκρυψα, Aoriſt. 2. ἔκρυβον. Paſſiv. ἐκρύβην, (à verbo κρύβω,) unde κρυβεὶς, Partic. Perf. med. κέκρυβα.

Κτάομαι, *poſſideo*. Fut. 1. med. κτήσομαι. Perf. paſſ. κέκτημαι, & Jon. ἔκτημαι, unde ἐκτῆσθαι. Ἰλιάδ. ι. ℣. 402.

Κυλίνδω, *volvo*. Futur. 2. κυλινδῶ. Futur. 1. κυλίσω, (à κυλίω,) & κυλινδήσω vel κυλινδήσομαι.

Λ.

Λαγχάνω, *ſortior, ſortitò accipio, obtineo*. Fut. λήξομαι & λάξομαι, itemque κληρώσομαι à κληρόω. Perf. Med. λέλογχα, unde Particip. λελογχὼς à λέγχω, Perf. act. λέληχα, Attic. εἴληχα, Aoriſt. 2. ἔλαχον, à verbo λήχω.

Λαμβάνω, *capio*. Futur. λήψομαι, Aoriſt. 2. ἔλαβον, Poët. ἔλλαβον, Med. ἐλαβόμην, ab obſoleto λήβω. Perf. λέληφα, εἴληφα, Atticè.

Λανθάνω, *lateo*. F. λήσω, med. λήσομαι, Perf. med. λέληθα, Aoriſt. 2. ἔλαθον, Perf. paſſ. λέλησμαι, Aor. 2. ἐλαθόμην, Aor. 2. Infinit. med. λαθέσθαι, Poëticè λελαθέσθαι, à verbo λήθω.

Λείπω,

Λείπω, pro quo etiam legitur λιμπάνω, *linquo*. Fut. λείψω, Aor. 1. ἔλειψα, Aor. 2. act. ἔλιπον.

M.

Μαίνομαι, *inſanio*. F. Μανῦμαι, Perf. med. μέμηνα, Aor. 2. Paſſ. ἐμάνην, Fut. paſſ. μανήσομαι.

Μανθάνω, *diſco*. Futur. μαθήσομαι, quaſi duceretur à μαθέω, Perfect. μεμάθηκα, Aoriſt. 2. ἔμαθον, Poëticè ἔμμαθον. Οδυσ. σ. 361. à μήθω vel μαθέω.

Μάχομαι, *pugno*. Fut. med. 1. μαχέσομαι vel μαχήσομαι, Fut. 2. μαχῦμαι, ab eo quod fuit μαχέομαι, Aoriſt. 1. med. ἐμαχεσάμην & ἐμαχησάμην, Perf. μεμάχημαι.

Μάω, *curo*, innſitatum; unde Perf. med. μέμαα, promptus ſum & Particip. μεμαὼς, contractè μεμώς.

Μείρω, *divido*, etiam antiquum. Fut. μερῶ, Perf. med. μέμορα, & Poëticè ἔμμορα. Perf. paſſ. μέμαρμαι, Atticè εἵμαρμαι, unde εἱμαρμένη fatum.

Μέλει, Imperſonale, *curæ eſt*. F. μελήσει, Imperf. ἔμελε, Aoriſt. 1. ἐμέλησε, Perfect. μεμέληκε, per Syncop. μέμηλε. Partic. μεμηλώς & μεμελημένος. Οδυσ. μ. 116. Τοὶ πολεμήϊα ἔργα μέμηλε, Tibi bellica opera curæ ſunt.

Μένω, *maneo*, pro quo Poëticè etiam μίμνω. Fut. Μενῶ, Aoriſt. 1. ἔμεινα, Perf. μεμένηκα, ab antiquo μενέω·

Μιγνύω & μίγνυμι, *miſceo*. Fut. μίξω, Aor. 1. ἔμιξα. Perf. paſſ. μέμιγμαι, Aoriſt. 1. ἐμίχθην, Aor. 2. ἐμίγην, Infinit. μιγῆναι, Part. μιγείς, ab inuſitato μίγω.

Μιμνήσκω, *redigo in memoriam.* Fut. μνήσω (à μνάω) Aoriſt. 1. ἔμνησα. Præt. paſſ. μέμνημαι. Aoriſt. 1. ἐμνήσθην. Fut. 1. μνησθήσομαι.

Μόργνυμι & ὀμόργνυμι, *tergo, abſtergo.* Fut. 1. med. μόρξομαι & ὀμόρξομαι. Aoriſt. prim. ἐμορξάμην & ὠμορξάμην.

N.

Νέω, *nuo.* Fut. Νεύσω à νεύω. Quando ſignificat *neo*, filum è colo duco, in 3. Plur. facit νῶσι non νέουσι. Fut. νήσω. Perf. νένηκα.

Ναίω & νάω, Poëtis idem quod οἰκέω, οἰκῶ, *habito.* Aoriſt. 1. act. νάσσα pro ἔνασσα vel ἔνασα, *habitare feci.* Ιλιαδ. ξ. 119. Πατὴρ ἐμὸς Α᾽ργεϊ νάσθη, (tertia Singul. Aoriſt. 1. Paſſiv.) *Pater meus Argis habitavit.* Aoriſt. 1. med. ἐνασσάμην, *habitavi.* Heſiod. ε. 637. Νάσσατο δ᾽ ἀγχ᾽ Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ, habitavit autem (Pater meus) prope Heliconem in miſero pago.

Ξ.

Ξηνίημι, (Atticè pro συνίημι,) *intelligo.* Fut. Ξυνήσω. Aoriſt. 1. ξυνῆκα, & apud Poëtas ξυνέηκα. Aor. 2. ξυνῆν. Vide infra συνίημι.

O.

Ο῎ζω, *oleo.* Futur. ὄσω, Per. med. ὦδα, & Atticè ὄδωδα. Habet etiam in Futur. ὀζήσω, vel ὀζέσω, Aoriſt. 1. ὤζεσα ab ὀζέω.

Οἶδα, *novi*, οἶσθα, noviſti. Perfect. Vide εἴδω.

Οἰδαίνω, οἰδέω vel οἰδίσκω, *tumeo.* Futur. οἰδήσω, Perfect. ᾤδηκα, Aoriſt. 1. ᾤδησα, ab οἰδέω. Hinc οἴδημα, *tumor.*

Οἴομαι

Οἴομαι vel οἶμαι, (Poët. ὀΐομαι,) *puto*, οἴει, οἴεται. Futur. οἰήσομαι. Perfect. paſſiv. ᾤημαι, (ab οἰέομαι,) Aoriſt. 1. ᾠήθην, Imperfect. ᾠόμην vel contractè ᾤμην, quæ contractio occurrit tantùm in 1. Perſ. Singul. Præſ. & Imperfect. Aoriſt. prim. med. ᾠησάμην, Poëtic. ὀϊσάμην. Odyſſ. ι. 213.

Οἴχομαι, *abeo*. Fut. οἰχήσομαι, (ab οἰχέομαι,) Aor. 1. Med. ᾠχησάμην, Aoriſt. 2. ᾠχόμην. Perf. act. οἴχωκα. Paſſ. ᾤχημαι.

Ὀλισθάνω, *cado* Fut. ὀλισθήσω. Perfect. ὠλίσθηκα, Aoriſt. 1. act. ὠλίσθησα. Aoriſt. 2. ὤλισθον, (ab ὀλισθέω.)

Ὀλλύω, *pereo*; & ὄλλυμι, in Paſſivo ὄλλυμαι. Futur. prim. ὀλέσω, Aoriſt. prim. ὤλεσα, Perfect. Activ. ὤλεκα, Attic. ὀλώλεκα, in Præt. Med. ὦλα, (tanquam ab ὄλλω,) Attic. ὄλωλα, Aoriſtus ſecund. med. ὠλόμην, Infinitiv. ὀλέσθαι. Imperf. ὤλεον & ὀλέεσκον. Ιλιαδ. τ. ϛ. 135. Vide ſupra ἀπόλλυμι.

Ὄμνυμι & ὀμνύω, *juro*. Fut. ὀμόσω, & in med. ὀμοῦμαι. Perf. ὤμοκα, & Atticè ὀμώμοκα, Aor. 1. ὤμοσα, Poët. ὄμοσσα ab ὀμόω.

Ὄπτομαι, ὀπτάνομαι, *video*. Futur. ὄψομαι, Aoriſt. 1. Paſſiv. ὤφθην. Perfect. med. ὦπα, Attic. ὄπωπα, Paſſ. ὦμαι. Fut. ὀφθήσομαι.

Ὁράω, *cerno*. Perfect. Attic. ἑώρακα, Paſſ. ἑώραμαι, Imperfect. ὥραον, & Atticè ἑώρων, Aoriſt. prim. ὥρασα, pro quo ferè adhibetur. Aor. 2. εἶδον, Poët. ἴδον ab εἴδω.

Ὄρω, *elevo*. Fut. ὀρῶ, & Æol. ὄρσω, Aor. 1. ὦρσα. Perfect. med. ὦρα, Atticè ὄρωρα, & per μετάθεσ. ὤρορα, Futur. 1. med. ὄρσομαι, Imperat. ὄρσε. Jon. ὄρσεο & ὄρσευ. Ἰλιαδ. τ. 139.

Ὀσφραίνομαι, *odoror*. F. 1. med. ὀσφρήσομαι, Aor. 2. ὤσφραν. Med. ὠσφρόμλω. Infinit. ὀσφρεσθαι, & ὀσφρᾶσθαι, Particip. ὀσφρόμϑρ@, contractè pro ὀσφραινόμϑρ@.

Ὀφείλω, ὄφλω, ὀφλάνω, ὀφλίσκω & ὀφλισκάνω, *debeo*. Fut. 1. ὀφειλήσω, & per Syncopen ὀφλήσω (ab ὀφλέω) Perfect. ὤφληκα, Aorist. 1. ὤφλησα, Aorist. 2. ὤφελον, contractè ὦφλον, &, abjectô augmentô, ὄφελον, cui interdum prefiguntur adverbia optandi εἴθε, αἴθε & ὡς, interdum abſolutè adverbialiter ponitur pro *utinam* 1. Cor. 4. ℣. 8. Gal. 5. ℣. 12.

Π.

Πάομαι, *acquiro*. Fut. 1. Med. πάσομαι, Perf. paſſ. πέπαμμαι, Infin. πεπᾶσθαι, Aor. 1. med. πάσασθαι.

Πάσχω, *patior*. Fut. πείσομαι, quod, cùm ſignificat *patior*, eſt à πήθω pro πήσομαι, at cùm idem eſt quod *parebo* eſt à πείθομαι. Perf. act. πεπάθηκα, med. πέπονθα (pleonaſmô literæ θ pro πέπονα à πονέω.) Part. πεπονθὼς, Aorist. 2. ἔπαθον. Infinit. παθεῖν. Part. παθών. Ἰλιαδ. γ. 99. ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέποσθε, quia mala multa paſſi eſtis; ubi πέποσθε vel pro πεπόνθατε vel pro πεπόνησθε.

Πέρδω, *pedo*. Futur. 2. παρδῶ, Med. παρδήσομαι, Aorist. 2. ἔπαρδον. Infinit. παρδεῖν. Part. παρδών. Perf. med. πέπορδα.

Πέρθω,

Πέρθω, *diripio*. Futur. πέρσω, Aoriſt. 2. ἔπραθον, & per μετάθεσ. ἔπερθον. Ιλιαδ. σ. 454. Fut. 2. περθῶ. Ιλιαδ. π. πέρθαι, vaſtari, pro πεπέρθαι.

Πεταννύω & πετάννυμι, πετάω, πετάζω, *extendo*. Fut. πετάσω, Perfect. πεπέτακα, & detractione vocalis πέπτακα, Perf. paſſ. πέπταμαι, Aor. 1. ἐπέτασα & ἐπέτασσα, Paſſiv. ἐπετάσθην, Fut. 1. Paſſiv. πετασθήσομαι.

Πέττω, Æolicè πέσσω, *coquo*. Fut. πέψω, (à verbo Poëtico πέπτω,) Aoriſt. 1. ἔπεψα, Perf. paſſ. πέπεμμαι, Aoriſt. 1. ἐπέφθην, Fut. 1. πεφθήσομαι.

Πήγνυμι & πηγνύω, πήσσω, πήττω, *figo*. F. πήξω. Perf. πέπηχα, Aoriſt. 2. ἔπαγον. Paſſ. ἐπάγην, (ἀπὸ τοῦ πήγω,) Perf. paſſ. πέπηγμαι, med. πέπηγα.

Πίνω, *bibo*. Fut. πώσω, Perfect. πέπωκα. Apoc. 18. ℣. 3. Perfect. paſſiv. πέπωμαι & πέπομαι à πόω, Aoriſt. 2. ἔπιον, Imperat. πίθι & πῶθι pro πίε, Infinitiv. πιεῖν, Futur. 2. med. πίομαι pro πιοῦμαι. Aor. 1. *Paſſ.* ἐπόθην, Fut. ποθήσομαι.

Πίπτω, *cado*. Fut. 2. med. πεσοῦμαι, Aor. 2. ἔπεσον, Aor. 1. ἔπεσα, Perf. act. πέπτωκα, Partic. πεπτωκὼς, πεπτὼς, (per Syncopen) & πεπτεὼς, (per Epentheſin) Ιλιαδ. φ. 503.

Rectène vulgus Grammaticorum ſtatuit ἔπεσα, *cecidi*. (Apoc. 1. ℣. 17.) Per Syncopen dici pro ἐπέσησα? N.

Sic diceretur ἔπεσα pro ἐπέσησα, verbum πεσέω eſſet uſitatum. Verbi verò illius nulla uſquam extare veſtigia, norunt illi, qui Græcos Authores vel per tranſennam inſpexerunt. Nec ſequitur,

 Aoriſt. 2.

Aoriſt. 2. Infinitiv. Πεσέειν, legi, & proinde verbum πεσέω quoque eſſe in uſu. Illa enim Diæreſis Jonibus eſt propria, quâ Poëtæ eleganter utuntur, quoties metrum id requirit. Ἀνακόλουθον autem eſt, βαλέειν dicitur Jonicè pro βαλεῖν, τυπέειν pro τυπεῖν. Ergo βαλέω quoque & τυπέω uſitata ſunt. Vera itaque hujus Verbi Analyſis hæc eſt: Πίπτω mutuari tempora quædam ab obſoleto πέτω, unde eſt Futur. activ. πέσω, med. πεσοῦμαι, Aoriſt. 1. activ. ἔπεσα, & Aoriſt. 2. activ. ἔπεσον. Veſtigia illius obſoleti verbi πέτω remanſiſſe in compoſitis Compluribus, εὐπετὴς *facilis*, προπετὴς *pronus*, *præceps*, *proclivis*, διοπετὴς, *à Iove delapſus*, &c. eſt extra controverſiam.

Πλέω, *navigo*, (ſine contractione) Fut. πλεύσω, pro quo uſurpatur πλεύσομαι. Doric. πλευσοῦμαι, Infinitiv. πλεῖν. Partic. πλέων. Poëtæ pro πλέω, adhibent πλώω.

Πνέω, (Poëtic. πνείω. Ἰλιαδ. ρ. 447.) *ſpiro*. Futur. πνεύσω.

Πράω, (quod à περάω) vel πιπράσκω, *vendo*. Futur. πράσω. Perfect. πέπρακα. Paſſiv. πέπραμαι, σαι, (unde πρᾶσις venditio) Aor. 1. ἐπράθην. Infin. πραθῆναι. Part. πραθείς.

Πυνθάνομαι, *interrogo*. Futur. πεύσομαι. Perfect. πέπυσμαι, unde πύσμα, quæſitum. Aoriſt. 2. ἐπυθόμην, à πεύθομαι.

P.

Ῥέω, *fluo*. Imperf. ἔρρεον. Fut. 1. ῥεύσω, (à ῥεύω) vel ῥυήσω, (à ῥυέω) Aoriſt. 1. ἔρρευσα, Partic.

ῥεύσας,

ῥεύσας, Perf. ἔῤῥευκα vel ἐῤῥύηκα, Paſſiv. ἔῤῥευμαι, (unde ῥεῦμα, *fluxus.*) Futur. 2. ῥυήσομαι. ἐῤῥύην ſignific: (1. *fluebam*, Imperf. (2. *fluxi*, Aor. 2. à ῥύημι, inuſitato.

Ῥέω, *dico.* Perfect. act. Attic. εἴρηκα, Paſſ. εἴρημαι, Aoriſt. 1. ἐῤῥήθην. (Rom. 9. ℣. 12.) & ἐῤῥέθην. Fut. 1. ῥηθήσομαι.

Ῥήσσω, ῥηγνύω & ῥήγνυμι, *rumpo, frango.* Fut. 1. ῥήξω, Aoriſt. 1. ἔῤῥηξα, Perfect. activ. ἔῤῥηχα, Paſſiv. ἔῤῥηγμαι, (unde ῥῆγμα, ruptura) med. ἔῤῥωγα, Aoriſt. 2. activ. ἔῤῥαγον, Paſſiv. ἐῤῥάγην.

Ῥωννύω, ῥώννυμι & ῥώννυμαι, *valeo.* Futur. Ῥώσω, Perfect. ἔῤῥωκα, Aoriſt. 1. ἔῤῥωσα, *Paſſiv.* Perf. ἔῤῥωμαι, confirmatus ſum: proſpera utor valetudine. Pluſquamperfect. ἐῤῥώμην. Aoriſt. 1. ἐῤῥώσθην. Imperativ. ἔῤῥωσο, vale. Infinit. Perf. ἐῤῥῶσθαι, Particip. ἐῤῥωμένος, *validus*; in *Comparativo* ἐῤῥωμενέστερος, & in *Superlativ.* ἐῤῥωμενέστατος.

Σ.

Σβεννύω & σβέννυμι, *extinguo.* Futur. prim. σβέσω, Med. σβέσομαι & σβήσομαι, Perfect. ἔσβεκα & ἔσβηκα, Aoriſt. prim. ἔσβεσα, Aoriſt. 2. ἔσβην, (à σβῆμι,) Perf. Paſſ. ἔσβεσμαι, ἔσβεσαι, (unde σβέσις, *extinctio*,) Aoriſt. 1. ἐσβέσθην, Futur. 1. σβεσθήσομαι.

Σεύω, *cieo, concito.* Futur. Σεύσω, Aoriſt. 1. ἔσσυα (pro ἔσευσα,) Aoriſt. 2. ἔσυον, Aoriſt. 1. med. Ἐσσυσάμην, Poëtic. σσυάμην, Aoriſt. 2. ἐσυόμην, in 3. ἐσύε-

in 3. ἐσύετο, & per Syncopen ablatô augmentô σύτο. Ιλιαδ. φ. 167. Paſſiv. σεύομαι, prorumpo, ruo. Perf. ἔσσυμαι pro σέσυμαι. Ιλιαδ. ν. ℣. 79. Aoriſt. 1. ἐσύθην, Part. ἐσσύμενος, violentus. Ιλιαδ. γ. 553. Unde adverbium ἐσσυμένως, confeſtim, cum impetu. Ιλιαδ. γ. 85.

Σκέλλω, *ſicco*. Aoriſt. 2. ἔσκλην, (à σκλῆμι.) Infin. σκλῆναι, Perf. ἔσκληκα. Jon. ἔσκληα, Infin. ἐσκληκέναι, Partic. ἐσκληκώς. Jon. ἐσκληώς. Hinc σκέλος, εος τὸ, crus, τὸ ἀσαρκον μέρος τοῦ σώματος.

Σόω, *ſervo*: greſſu citato *curro*: currere facio vel *in fugam conjicio*. F. σώσω, (à σώζω,) Paſſiv. σόομαι, Imperat. præſ. σοῦ, (pro σόου,) σούσθω (pro σοέσθω,) Perf. σοῦσο pro σέσουσο.

Σπένδω, *libo*, id eſt, liquida offero: *fedus ineo*. Futur. σπείσω, Aoriſt. 1. ἔσπεισα, Perf. ἔσπεικα, (à σπείδω,) Paſſ. ἔσπεισμαι, Med. ἔσπονδα, (unde σπονδὴ fedus & ἄσπονδος federis expers, implacabilis. Rom. 1. ℣. 31.) Aoriſt. 1. *Paſſ.* ἐσπείσθην. Futur. σπεισθήσομαι, Aoriſt. 1. med. ἐσπεισάμην, Infinit. σπείσασθαι.

Στερίσκω, (Poët. στερίζω,) Fut. στερήσω (& στερέσω,) Aoriſt. 1. ἐστέρησα, Perf. ἐστέρηκα, Paſſ. ἐστέρημαι, Aoriſt. 1. ἐστερήθην (à στερέω,) Pro paſſivo στερέομαι, dicitur etiam στέρομαι.

Στεύομαι, *promitto*. Pro hujus 3. Perfect. Præſ. & Imperfect. στεύεται & ἐστεύετο, per Syncopen στεῦται. Ιλιαδ. ι. 241. & στεῦτο. Ιλιαδ. β. 597.

Στορέω, στορεννύω, στορέννυμι, (per Sync. στόρνυμι,) *ſterno*. F. στορέσω. Perf. ἐστόρεκα. Aor. 1. ἐστόρεσα. Part στορνύς.

Στρωννύω & στρώννυμι, idem. Fut. στρώσω, Perf. ἔστρωκα. Paſſ. ἔστρωμαι, (unde στρῶμα, *ſtratum*) Aor. 1. ἐστρώθην. Fut. 1. στρωθήσομαι.

Συνίημι, Attic. ξυνίημι, *intelligo*, *audio*, in 3. Sing. συνίησι & συνιεῖ, in 3. Plur. συνιεῖσι, συνιᾶσι & συνιοῦσι. Fut. συνήσω, Aor. 1. συνῆκα. Attic. συνέηκα & ξυνέηκα, Aor. 2. συνῆν. *Imperativ*. συνίεθι & συνίει, *intellige*. Aoriſt. 2. σύνες & ξύνες. *Partic*. συνιεὶς & συνιῶν, *intelligens*. Rom. 3. ℣. 11. Aor. 2. συνεὶς & συνιών.

Σχέω, *habeo*. Vide ſupra ἔχω.

Σχέθω, in Imperf. ἔσχεθον, pro quo σχέθον, *tenebant*. Ιλιαδ. δ. 113. & η. 277.

T.

Τέμνω, *ſeco*. Fut. τεμῶ, τμήσω & τμήξω, (à τμήγω.) Aoriſt. 2. ἔτεμον vel ἔταμον, Poët. ἔτμαγον. Paſſ. ἐτμάγην, pro cujus 3. Plur. ἐτμάγησαν, legitur ἔτμαγεν, Boeot. Perf. τέτμηκα, Paſſiv. τέτμημαι, (unde τμῆμα,) Med. τέτομα, unde τομὴ & τόμος, ſectio. Part. Aor. 2. τεμὼν & ταμών.

Τεύχω, *facio*, *ſtruo*, *fabricor*. Fut. τεύξω, Aor. 1. ἔτευξα, Aoriſt. 2. ἔτυχον. Perf. τέτευχα, *Paſſ*. τέτευγμαι & τέτυγμαι; unde Partic. τετυγμένος, ut in illo *Phocyl*.

Οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον,
Non enim poteſt quod factum eſt eſſe infectum.

Aoriſt. 1. ἐτύχθην. Paulò poſt Fut. τετεύξομαι. Fut. 1. *Med*. τεύξομαι. Aoriſt. 2. ἐτυκόμην, pro cujus 3. Plur. ἐτύκοντο. Jon. & Poët. τετύκοντο. Ιλιαδ. α. 467. & β. 430. Infin. τυκεῖν, & per reduplicat. τετυκεῖν.

Τήκω, (Dor. τάκω,) *liquefacio.* Fut. τήξω. Perf. τέτηχα. Med. τέτηκα. Aor. 2. Paſſ. ἐτάκην.

Τίκτω, *pario: gigno.* Futur. τέξω, Med. τέξομαι, Aoriſt. 2. ἔτεκον, Aoriſt. 1. Paſſ. ἐτέχθην, Part. τεχθεὶς, Perfect. med. τέτοκα, unde τοκεὺς, parens.

Τίνω, τινύω & τίνυμι, *luo, ſolvo.* Fut. τίσω, Aor. prim. ἔτισα, Præterit. τέτικα, Paſſiv. τέτιμαι, à τίω.

Τιτρώσκω, *vulnero.* Futur. τρώσω, Aoriſt. 1. ἔτρωσα, Perf. τέτρωκα, Paſſ. τέτρωμαι, Aor. 1. ἐτρώθην, Fut. τρωθήσομαι, à τρόω vel τρώω.

Τιτράω vel τίτρημι, *perforo.* Futur. τρήσω, Aoriſt. prim. ἔτρησα, Perfect. paſſiv. τέτρημαι, (à τράω vel τρέω,) Particip. τετρημένος, Proverb. Εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν, *in pertuſum dolium haurire.*

Τλάω, τλῆμι & τέτλημι, (ex ταλάω,) *tolero.* Fut. τλήσω. Perfect. τέτληκα. Ἰλιάδ. α. 228. Aoriſt. 2. ἔτλην, Præſ. *Imperat.* τέτλαθι, & per Apocop. τέτλα, Aoriſt. 2. τλῆθι. Optat. τετλαίην, Aor. 2. τλαίην. Odyſſ. β. 219. Infin. τετλάναι. Aoriſt. 2. τλῆναι. Partic. τλὰς & τετλὰς. Perfect. τετληκὼς, Jon. τετληὼς.

Odyſſ. δ. 447. Μένομεν τετληότι θυμῷ,
Expectavimus patiente animo.

Τρέφω, *alo, educo.* Futur. 1. θρέψω, (ut diſtinguatur à τρέψω, *vertam*, quod à τρέπω,) Aoriſt. prim. ἔθρεψα, Aoriſt. 2. ἔτραφον, Perfect. τέτρεφα, & Attic. τέτροφα, (ut in Medio) Paſſiv.

τέθραμμαι,

τέθραμμαι, (unde θρέμμα, mutatô α in ε, *altile, pecus*) Aoriſt. 2. ἐτράφην. In Med. Perf. τέτροφα, (unde τροφὴ,) Aor. 2. ἐτραφόμην. Fut. 1. θρέψομαι.

Τρέχω, *curro.* Futur. 1. θρέξω, Aoriſt. 1. Ἔθρεξα, Perfect. δεδράμηκα (à δραμέω,) Aoriſt. 2. ἔδραμον, Infinit. δραμεῖν, (à δρέμω,) In Med. Perf. δέδρομα, Futur. prim. θρέξομαι, Futur. 2. δραμοῦμαι.

Τρώγω, *rodo, comedo.* Futur. 1. med. τρώξομαι, aliâs φάγομαι, (pro φαγοῦμαι,) à φάγω, Aoriſt. 2. ἔτραγον, pro quo uſitatius ἔφαγον.

Τυγχάνω, *ſum, nanciſcor.* Aoriſt. prim. ἐτύχησα, Aoriſt. 2. ἔτυχον, Perfect. τετύχηκα, Paſſiv. τέτυγμαι, Infinit. τετύχθαι. Futur. 1. med. τεύξομαι, (à τεύχω.)

Υ.

Ὑπισχνέομαι, νοῦμαι *promitto.* Futur. ὑποσχήσομαι, (ab ὑποσχέομαι,) & ὑποστήσομαι, (ab ὑφίσταμαι,) Aor. ſecund. ὑπέστην, Med. ὑπεσχόμην, Infinit. ὑποσχέσθαι, Partic. ὑποσχόμενος, Perfect. paſſiv. ὑπέσχημαι, Aoriſt. 1. ὑπεσχέθην.

Ὑπνώττω, *dormito.* Futur. ὑπνώσω.

Φ.

Φάσκω, *dico, jactito.* Futur. φήσω. Aoriſt. 1. ἔφησα. Aoriſt. 2. ἔφην, (ut φημὶ, de quo ſupra, tempora mutuatur à φάω,) Infinit. φάναι, *dicere.* Si ſcribatur φᾶναι περισπωμένως, ſignificat *lucere, apparere,* Aoriſt. prim. à φαίνω, *luceo.*

Φέρω, *fero.* Fut. οἴσω, Paſſ. οἰσθήσομαι, med. οἴσομαι. Aoriſt. 1. Paſſiv. οἰσθῆναι, Particip. οἰσθείς. Gerund. οἰστέον, ab οἴω, Aoriſt. 1. activ. ἤνεγκα, Aoriſt. 2. ἤνεγκον, Aoriſt. 1. Paſſ. ἠνέχθην, Part. ἐνεχθεὶς ab ἐνέγκω, Præt. med. ἐνήνοχα, per reduplicationem ab ἐνέγκω. Hebr. 11. ℣. 17. πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαάκ, fide obtulit Abrahamus Iſaacum.

Ἐ φέρω fit φρέω, φρῶ & φρῆμι. Fut. φρήσω, Aor. 1. ἔφρησα, Imperativ. Aoriſt. 2. φρὲς, fer; unde Compoſ. εἴσφρες, *infer*, ἔκφρες, *effer*,

Φεύγω, *fugio.* Futur. 1. med. φεύξομαι & φευξοῦμαι, Perfect. πέφυγα, Paſſiv. πέφυγμαι, Particip. πεφυγμένος, qui aufugit. Odyſſ. α. 18. Aoriſt. 2. act. ἔφυγον.

Φθάνω, *prævenio: Pervenio, aſſequor.* Fut. φθάσω, Perf. ἔφθακα, Aoriſt. 1. ἔφθασα. Doric. ἔφθαξα, Aor. 2. ἔφθην, (à φθῆμι,) pro cujus 3. Singul. ἔφθη, legitur φθῆ. Ιλιαδ. λ. 451. Et pro 3. Plur. ἔφθησαν, φθάν. Ιλιαδ. λ. 51. Optat. φθαίην. Subj. φθῶ, Infin. φθῆναι, med. ἐφθάμην, Partic. φθάμενος, præveniens. Ιλιαδ. ψ. 387.

Φθίνω & φθίω, Poët. φθινύθω & φθινυθέσκω, *tabefacio, tabeſco.* Fut. φθίσω, Aor. 1. ἔφθισα, Perf. Paſſiv. ἔφθιμαι, ἔφθισαι; (unde φθίσις, tabes) Infin. φθίσθαι. Ιλιαδ. ι. 246. pro quo φθεῖσθαι, (craſi pro φθίεσθαι.) Odyſſ. ξ. 117.

Φρίσσω vel φρίττω, *horreo.* Futur. φρίξω. Aoriſt. 1. ἔφριξα. Perf. πέφρικα, (non πέφριχα.) Partic. πεφρικώς. Ιλιαδ. δ. 282.

Φύω, *produco: naſcor.* Fut. φύσω. Aoriſt. 1. ἔφυσα. Aoriſt. 2. ἔφυν; (à φῦμι.) Paſſiv. ἐφύην. Partic. φυεὶς, εῖσα, έν. Luc. 8. ℣ 6. Perf. act. πέφυκα. Part. πεφυκώς. Med. πέφυα, unde Part. πεφυώς, πεφυότος & πεφυῶτος. Odyſſ. ε. 477.

X.

Χαίρω, *gaudeo, lætor.* Fut. 1. χαιρήσω. F. 2. χαρῶ. Apoc. 11. ℣. 10. Perf. κεχάρηκα. Partic. κεχαρηκὼς, & Jonic. κεχαρηὼς. Ἰλιαδ. η. 312. Perfect. Paſſiv. κέχαρμαι, (unde χάρμα) & κεχάρημαι. Part. κεχαρμένος. Aoriſt. 2. ἐχάρην. Infinit. χαρῆναι. 2. Corinth. 7. ℣. 7. Part. χαρεὶς. Fut. 2. Paſſiv. vel 1. med. χαρήσομαι. Philipp. 1. ℣. 18. Paulò poſt Fut. κεχαρήσομαι, Aoriſt. 1. med. ἐχηράμην, Aoriſt. 2. med. ἐχαράμην. Jon. κεχαράμην. Ἰλιαδ. π. 600.

Pro Futur. Infinitiv. χαιρήσειν. Jonic. κεχαρησέμεν. Ἰλιαδ. ο. 98.

Hîc obſerva quòd χαίρομαι, in Præſenti Paſſiv. & Med. vix occurrat apud Veteres. Apud *Ariſtoph.* barbarus ſatrapa ea utitur.

Χάσκω, *hio, dehiſco.* Futur. χανῶ. Med. χανοῦμαι. Aoriſt. 2. ἔχανον. Perf. med. κέχηνα vel κέχηνα, à χαίνω.

Χέω, Poët. χείω & χεύω, *fundo.* Fut. 1. χέσω, χείσω & χεύσω. Futur. 2. χεῶ. Aoriſt. 1. ἔχευα & ἔχεα, pro ἔχευσα. Infin. χέαι, unde ἐκχέαι, *effundere.* Rom. 3. ℣. 15. Particip. χέας, Med. χεάμενος. Aoriſt. 2. ἔχεον, unde (3. Plur.) συνέχεον, confunderunt, concitârunt. Actorum 21. ℣. 27.

Aoriſt. 1.

Aoriſt. 1. Paſſiv. ἐχέθην, unde Infinitiv. χεθῆναι, diffundi & Part. χεθεὶς, fuſus.

Χύω & χύνω, *fundo*. F. χύσω, Aor. 1. ἔχυσα, Imperat. χύσον, Perfect. κέχυκα, Paſſiv. κέχυμαι, unde ἐκκέχυμαι, effuſus ſum. Actor. 10. ℣. 45. Aor. 1. ἐχύθην, unde ἐξεχύθην. Jud. ℣. 11. Futur. 1. χυθήσομαι, unde ἐκχυθήσομαι, effundar. Luc. 5. ℣. 37.

Χρὴ, *oportet*, à χρῆμι, χρῆς, χρῆσι, per Apocopen. In Imperf. ἐχρῆν & χρῆν, Jonicè, oportebam. Futur. χρήσει. Infinit. χρῆναι & χρῆν, per Apocop. apud *Eurip*. Hinc τὸ χρεὼν, quod oportet, & ἀπόχρη, de quo ſupra.

Χρωννύω, χρώννυμι, *coloro*, *pingo*. Futur. 1. χρώσω. Aoriſt. 1. ἔχρωσα, Perfect. κέχρωκα, Paſſiv. κέχρωμαι, (à χρόω,) unde χρῶμα, color. (Sæpiùs tamen adhibetur κέχρωσμαι, à χρώζω) Aoriſt. 1. ἐχρώθην,

Χύω. Vide ſupra poſt χέω.

Χωννύω, χώννυμι, *aggerem duco*, (χοῦν) *aggero*. Fut. χώσω, Aoriſt. 1. ἔχωσα, Perfect. κέχωκα, Paſſ. κέχωμαι, (unde χῶμα agger,) à χόω & κέχωσμαι, unde χῶσις aggeſtio.

Ω.

Ωθέω, *pello*, *trudo*. Futur. ὠθήσω & ὤσω, Aoriſt. 1. ὦσα, & Atticè ἔωσα, Med. ὠσάμην, & ἐωσάμην, Perfect. ὦκα, Attic. ἔωκα, Paſſ. ἔωσμαι, (pro ὦσμαι,) Aoriſt. 1. ἐώσθην, pro ὤσθην. Pſal. 118. ℣. 13. Fut. 1. ὠσθήσομαι.

Ωνέομαι, *emo*. Imperf. ἐωνούμην. Fut. ὠνήσομαι. Perf. ὤνημαι, Attic. ἐώνημαι. Aor. 1. med. ἐωνησάμην.

QUÆ-

QUÆSTIO.

AN εἴρηκα, formatur à themate ἐρέω? Negatur.

Plerique εἴρηκα derivant ab ἐρέω, ῶ, κατ' ἐπένθεσιν τοῦ ἰῶτα ἀντὶ τῆς αὐξήσεως, prout fieri novimus in ἐθίζω, *aſſuefacio*, ἐάω, *ſino*, ἕπω, *dico*, ἕλκω, *traho*, ἔχω, *habeo*, ἐργάζομαι, *operor*, ἐρέω, *dico*.

Ego verò εἴρηκα derivandum cenſeo non ab ἐρέω, ſed à ῥέω. Futur. ῥήσω. Perfect. ἔρρηκα, ἔρρημαι & Atticè εἴρηκα, εἴρημαι, idque:

1. Quia ἐρρέθην vel ἐρρήθην, *dictus fui* (Galat. 3. ℣. 16.) Ῥηθήσομαι, *dicar*, ῥηθεὶς, *dictus*, deſcendunt ab eodem themate ῥέω, &, nonniſi coactè admodum, derivantur ab ἐρέω.

2. Quia hac ratione προείρηκα derivandum eſſet à προερέω. At hoc rectiùs formatur à προῤῥέω, unde deſcendit πρόῤῥησις, non προέρησις. *Herodian.* πιστεύειν ταῖς θείαις προῤῥήσεσι, *credere divinis vaticiniis*. Sic à ῥέω (non ab ἐρέω) deſcendunt verbalia, ῥῆμα *verbum*, ῥῆσις *dictio*, ῥήτωρ *orator*, ῥητὸς *dictus*, παῤῥησία *libertas dicendi*, &c.

Neque obſtat, quòd ῥέω *dico*, in præſenti non eſt uſitatum. Εἶπα, εἶπον *dixi*, εἷλον *cepi*, εἷσα *miſi*, tritiſſima ſunt, quamvis verba ἕπω, ἕλω, ἕω in præſenti ſint ἄχρηστα.

APPENDIX IV.

De
DIALECTIS NOVI TESTAMENTI.

1. Διάλεκτος *eſt ſermo cuique populo peculiaris, idque in eadem lingua.* Ἰδίωμα γλώττης à Plutarcho vocatur. Vide Actor. 2. ꝟ. 6.

2. Διάλεκτος oritur à διαλέγω *diſcerno.* Xenoph. τὸ πτύον τὰς ἀθέρας διαλέγει, *ventilabrum ariſtas à frumento ſecernit.* Hinc eſt διαλέγομαι diſtinctè loquor, diſſero, colloquor.

3. *Dialectus hæc ſeu linguæ unius differentia cernitur aut in literis ejuſdem vocabuli, aut in pronuntiatione ſeu acentu, aut in vocibus integris, aut in Syntaxi.*

4. *Sunt verò Dialecti Novi Teſtamenti ſeptem*, quas ordine non exquiſitiori ſed qualicunque enarrare fert animus, nempe, *Attica*, *Ionica*, *Dorica*, *Æolica*, *Boeotica*, *Poëtica* & ἡ ἑβραΐζουσα.

5. Nec mirum eſt *omnium Dialectorum* veſtigia in Nov. Teſtam. comparere. Nam Apoſtoli Euangelium annuntiârunt non tantùm *Iudæis*, qui legebant Græcam Vet. Teſtament. verſionem, ſed etiam *reliquis populis* Varietate Dialectorum differentibus. Atque hinc orta eſt illa dialectorum varietas.

6. *Poëticæ* etiam dialecti exempla in eo occurrunt, partim quia dicta quædam Poëtarum allegantur, partim quia id non repugnat genio Græci ſermonis,

ſermonis, uti patet ex Xenophonte, qui ſæpe phraſes intermiſcet Poëticas. Vide Indicem *Æmilii Porti* in eundem.

ATTICA DIALECTUS.

7. *ATtica Dialectus*, ſicut eſt elegantiſſima, ita in Novo Teſtamento frequentiſſima, adeo ut in toto Nov. Teſtam. vix videatur eſſe caput, ubi non aliquot ejus extent veſtigia.

8. Neque his repugnant verba illa D. *Chamieri* 2. Tom. Panſtrat. 11. c. 16. §. 7. *Euangeliſtæ non uſi ſunt Dialecto Attica* ſed *Communi*. Etſi enim ſcripſerunt dialectô Communî, hinc inde tamen aſperſerunt quædam ex dialectis aliis, & inprimis ex *Attica*, uti in progreſſu videbimus.

9. Quemadmodum in Latio Ciceroniana eloquentia habebatur præcipua; ita Demoſthenea illa & Attica facundia in Græcia.

10. Faceſſant ergo illi, qui ſtylum Novi Teſtamenti non ſatis Græcum eſſe (etiam qui ſibi aliiſque maximè vigilare videbantur) ſomniabant. Apoſtoli enim eum edocti fuerunt ab ipſo Spiritu Sancto. Actor. 2. ℣. 4. quo Doctore & Magiſtro, quis quæſo unquam diſertiùs aut magis propriè dicere potuit?

11. *Attici verò primò ſunt* φιλομέτοχοι, hoc eſt, *gaudent participiis*, ut, Matth. 1. ℣. 18. Εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα pro ἔχειν. Matth. 10. ℣. 1. Ἐτέλεσεν διατάσσων. Matth. 19. ℣. 22. Ἦν γὰρ ἔχων (pro εἶχον) κτήματα πολλά. Matth. 24. ℣. 9. ἔσεσθε μισούμενοι, pro

μισηθήσεσθε odio habimini. Luc. 5. ℣. 10. ἔσῃ ζωγρῶν pro ζωγρήσεις, vivos capies. Luc. 9. ℣. 59. ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντα (pro ἀπελθεῖν, quæ ſyntaxis legitur Matthæi 8. ℣. 31.) permitte mihi, ut abeam. Lucæ 21. ℣. 24. Ἔσαι πατουμένη pro πατηθήσεται. Lucæ 23. ℣. 8. Ἦν γὰρ θέλων, pro ἤθελε γὰρ cupiebat enim. Luc. 24. ℣. 32. Καρδία ἦν καιομένη, cor ardebat. Actor. 17. ℣. 16. Ἐθεώρει τὴν πόλιν οὖσαν (pro εἶναι) Actor. 20. ℣. 13. οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος, ita enim mandaverat. Act. 24. ℣. 10. Ὄντα σε κριτὴν, pro εἶναί σε κριτὴν. Actor. 27. ℣. 3. Ἐπέτρεψε πορευθέντα pro πορευθῆναι. Marc. 1. ℣. 4. Ἐγένετο βαπτίζων καὶ κηρύσσων, baptizabat & prædicabat. 1. Tim. 5. ℣. 13. Μανθάνουσι περιερχόμεναι, pro περιέρχεσθαι, diſcunt circumire. 2. Petr. 2. ℣. 10. οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες (pro βλασφημεῖν) *non horrent probris inceſſere dignitates.* Sic Ariſt. 3. top. cap. 1. Ἀνῃρηκὼς ἔσομαι tollam, negabo. Et alibi δεδειχὼς ἔσομαι demonſtrabo. Demoſth. Olynth. α. ἐγνωκὼς ἔσαι ſentiat, ibidem, Τί κωλύον ἔσαι, pro κωλύσει, quid remorabitur? Olynth. γ. ἐστρατηγηκότες ἔσεσθε, bellum inferetis. Thucyd. libr. 1. Ἀκμάζοντές τε ἦσαν, pro ἤκμαζον *florebant.* Eodem modo etiam alia verba τυγχάνω, ὑπάρχω cum participiis conſtruuntur, aliorumque temporum inſerviunt periphraſi. Actor. 1. ℣. 16. οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς, μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Nondum enim in quemquam illorum illapſus erat (Spiritus Sanctus) ſed baptizati tantùm fuerunt in nomen Domini Jeſu. Hic ἦν ἐπιπεπτωκὸς pro ἐπεπτώκει, &

ὑπῆρχον pro ἦσαν. Hippocrates in Epiſtola ſua ad Damagetum ita alloquitur Democritum, τί τοῦτο τυγχάνεις γράφων; φράζε. Eccur hæc ſcribis? eloquere. Ubi Hippocrates cum Democrito videtur voluiſſe ἀττικίζειν. Sic Demoſth. οὐ γὰρ ἐχθρὸς ὑπῆρχεν ὤν, non enim erat inimicus. Redundantia hæc eſt Attica. Conf. Luc. 10. ℣. 30. Ἡμιθανῆ τυγχάνοντα ſeminecem. Actor. 19. ℣. 35. Δέον ἐστὶ, pro δεῖ oportet. Sic Ovid. 4. de Ponto:

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.

Sunt pendentia, id eſt, pendent.

12. *Attici* χαίρουσι, hoc eſt, *contractione gaudent.* Matthæi 5. ℣. 47. Ποιεῖτε pro ποιέετε. Matthæi 7. ℣. 19. Ποιοῦν pro ποιέον. Matth. 8. ℣. 4. Τῷ ἱερεῖ pro ἱερέϊ. Joh. 10. ℣. 41. Ἀληθῆ pro ἀληθέα. Act. 2. ℣. 5. Εὐλαβεῖς, pro εὐλαβέες. Actor. 10. ℣. 7. Εὐσεβῆ pro εὐσεβέα. Johan. 14. V. 12. Ποιῶ. Johan. 14. V. 31. Ἀγαπῶ, nunquam ποιέω, ἀγαπάω. 1. Cor. 1. V. 5. γνώσει pro γνώσεϊ. Rom. 4. Πίστει pro πίστεϊ &c. Jones contrà. Sic pro ἔθεσο Jones per Syncopen dicunt ἔθεο, Attici verò ἔθου. Actor. 5. V. 4. At Apocal. 6. ℣. 15. Ὀρέων, non contrahitur, ſicut nec ὀστέων. Epheſ. 5. V. 30. Vide infra Jonicam Dialectum. Differt ab Jonico ὁρέων *videns*, Spiritu. Jones pro ὁράω dicunt ὁρέω, τὸ ἄλφα, quantum fieri poteſt, fugientes. Herodotus in Euterpe, de Sardanapali Epitaphio, εἴς ἐμοῦ τις ὁρέων, εὐσεβὴς ἔστω. Ita profectò etiamnum *Herodes* Actor. 12. V. 13. exclamat, εἴς ἐμέ τις ὁρέων, πενθόφρων ἔστω: & *dives epulo.* Luc. 16. ℣. 24. εἴς ἐμέ τις ὁρέων, πολύσπλαγχνος ἔστω.

13. *Inſuper ſi duæ dictiones quaſi craſi coaluerint, ſeu fuerint commixtæ, ſignatur iſta craſis apoſtrophi charactere*, ut τοὔνομα pro τὸ ὄνομα. Matth. 27. v. 57. Τοὐναντίον pro τὸ ἐναντίον, *è contrario*. Gal. 2. v. 7. Κἀγὼ pro καὶ ἐγὼ. Matth. 2. v. 8. Κἀμὲ pro καὶ ἐμὲ. Joh. 7. v. 28. Κἀκεῖ pro καὶ ἐκεῖ. Actor. 14. v. 7. Κἀκεῖνα pro καὶ ἐκεῖνα. Matthæi 15. v. 18. Κἂν pro καὶ ἐὰν, *etſi*. Hebr. 12. v. 20. Κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, etſi beſtia tetigerit montem. *Demoſth.* Olynth. 1. Κἂν ὅμορον χώραν ἔχωσι, etſi finitimam regionem habent, hoc eſt, Reges inſidiantur liberis Rebuſp. inprimis ſi ſint vicinæ. At cur τοὔνεκα (pro τὸ ἕνεκα,) non ſcribimus τοὕνεκα *cum ſpiritu aſpero*? ℞. Spiritus ille lenis ſignum eſt Apoſtrophi, qui aliter non indicatur.

14. *Attici ſemper Apoſtropho utuntur*. Matth. 19. v. 8. Ἀπ᾽ ἀρχῆς. Lucæ 8. v. 2. Ἀφ᾽ ἧς. Johan. 5. v. 19. Ἀφ᾽ ἑαυτοῦ. Galat. 1. v. 13. Καθ᾽ ὑπερβολὴν, ſummè. 1. Corinth. 15. v. 33. Χρῆθ᾽ pro χρηστὰ, Jones contrà, vide infrà.

15. Συγκοπὴ *in verbis, idque mutato accentu*. Matthæi 25. v. 32. Ἀφοριεῖ pro ἀφορίσει. Et cap. 13. v. 49. Ἀφοριοῦσι pro ἀφορίσουσι. Luc. 1. v. 48. Μακαριοῦσι pro μακαρίσουσι, beatam prædicabunt. Actorum 7. v. 43. Μετοικιῶ pro μετοικίσω, captivos abducam. Hebr. 10. v. 37. Χρονιεῖ pro χρονίσει, tardabit. Col. 4. v. 9. Γνωριοῦσι pro γνωρίσουσι. Luc. 19. v. 44. Ἐδαφιοῦσι pro ἐδαφίσουσι. Eph. 6. v. 8. Κομιεῖται pro κομίσεται. Rom. 10. v. 19. Παροργιῶ pro παροργίσω. Matthæi 12. v. 21. Ἐλπιοῦσι pro ἐλπίσουσι.

Matth. 3.

Matth. 3. v. 12. Διακαθαριεῖ pro διακαθαρίσει. Jac. 4. v. 8. Ἐγγιεῖ pro Ἐγγίσει, *vel, non mutato accentu*. Ap. 7. v. 1. Ἑστήκεισαν pro εἱστήκεισαν. Hebr. 12. v. 17. Ἴστε pro ἴσατε. Sic ἴσμεν pro ἴσαμεν, &c. crebrò apud Demoſthenem occurrunt. Luc. 18. v. 13. Ἑστὼς, *ſtans*, pro ἑσταὼς, ex ἑστακὼς ab ἵστημι. Futur. Στήσω. Perfect. Ἕστηκα & ἕστακα. In Fœminino genere ἑστῶσα pro ἑστυῖα. Atticè, ſicut, ab εἰδὼς, eſt Fœmin. εἰδυῖα. Marc. 5. v. 33. Sic Iſocrat. ad Democritum διεστώσας pro διεστυίας, Atticè. At, inquiat aliquis, cur ſcribimus ἑστὼς, ῶτος, & non εἰδὼς εἰδῶτος? ℞. In ἑστῶτος concurrit *craſis cum Syncope*, ât in εἰδότος eſt *ſola Syncope*. Hebr. 9. v. 12. Εὑράμενος pro εὑρησάμενος. Luc. 14. v. 20. Ἔγημα pro ἐγάμησα, ubi præter Syncopen etiam eſt metatheſis. Philem. v. 20. Ὀναίμην pro ὀνησαίμην. Sic ᾔδειν pro εἴδειν ex εἰδήκειν, per Syncopen duarum literarum η. κ. Atticè. Johan. 1. v. 33. Εἰδέναι pro εἰδηκέναι. Tit. 1. v. 16. Εἰδὼς pro εἰδηκὼς. Marc. 6. v. 20. Συνειδὼς pro συνειδηκὼς, conſcius. Actor. 5. v. 2. Vide plura exempla in Lexico Novi Teſtamenti.

16. Ἀναδιπλώσει, hoc eſt, *reduplicatione delectantur Attici*. Johan. 4. v. 42. 1. Johan. 1. v. 1. Ἀκηκόατε pro ἠκόατε, prioribus duabus literis in ἀκούω (vide Actor. 6. v. 14. & cap. 9. v. 13.) reduplicatis. Johan. 6. v. 12. Συναγάγετε pro συνάγετε, *colligite* ſeu *diligenter colligite*. 1. Corinth. 15. v. 17. Ἐγήγερται pro ἤγερται. Johan. 16. v. 28. 1. Joh. 4. v. 2. Ἐλήλυθα pro ἤλυθα. 1. Samuel. 20. v. 41. Ὡς ὀμωμόκαμεν ἀμφότεροι, ſicut juravimus ambo, &c.

Jonathan ad Davidem ſic loquitur, ubi reduplicatio illa videtur conjunctam habere quandam ἔμφασιν. Johan. 4. v. 38. Εἰσεληλύθατε Jacob. 5. v. 4. Sic 1. Petr. 4. v. 3. Παρεληλυθὼς χρόνος, præteritum tempus. Hebr. 11. v. 17. Προσενήνοχε, obtulit, pro προσήνοχε. Vide in Lexico Novi Teſtamenti προσφέρω.

17. Τροπῇ, hoc eſt, *mutatione*. Matth. 27. v. 4. Johan. 11. v. 40. Ὄψει pro ὄψῃ. Sic οἴει pro οἴῃ putas. Pro βούλῃ *vis* à βούλομαι, dicunt Attici βούλει. Lucæ 22. v. 42. Pro Παρέξῃ, παρέξει. Luc. 7. v. 4 Et pro εἶς *es* (ab ἔω, pro quo uſitatum eſt εἰμὶ,) εἶ *es* ab ἔομαι, in ſecunda perſona ἔῃ, contractè ῇ, pro quo uſitatum eſt Atticum εἶ *es*. Matthæi 11. v. 3. Et pro εἴδειν (ex εἰδήκειν) ᾔδειν. Johan. 6. v. 6. Pro εἴδεισαν, ᾔδεισαν. Marc. 14. v. 40. Pro μεμίαμαι, à μιαίνω, *polluo*, (unde eſt ἐμιάνθην, μιανθῶ. Joh. 18. v. 28.) dicunt Attici μεμίασμαι. Tit. 1. v. 15. Τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν, &c. Sic pro ἔρρηκα, Attici dicunt εἴρηκα. Johann. 4. v. 29. Et cap. 15. v. 15. Rom. 4. v. 15. Matth. 24. v. 25. Pro λέληφα εἴληφα. Apocal. 2. v. 28. Matthæi 25. v. 24.

18. *Nominativo utuntur pro Vocativo.* Matth. 1. v. 20. Υἱὸς pro υἱὲ. Matth. 20. v. 31. Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε υἱὸς Δαβίδ, miſerere noſtri Domine, Fili David. Marc. 15. v. 34. Ὁ Θεός μου, ὁ Θεός μου, pro ὦ Θεέ μου, ὦ Θεέ μου, quæ leguntur Matth. 27. v. 26. Actor. 7. v. 42. Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι οἶκος Ἰσραήλ; Num victimas & oblationes obtuliſtis mihi

ſtis mihi domus Iſraël? Eph. 6. v. 1. Τὰ τέκνα (pro ὦ τέκνα,) Liberi auſcultate in Domino parentibus veſtris. Sic Matth. 27. v. 29. Johan. 19. v. 3. Χαῖρε ὁ βασιλεὺς, pro ὦ βασιλεῦ, ſicut legimus Marc. 15. v. 18. Luc. 8. v. 54. Ἡ παῖς (pro ὦ παῖ,) ἐγείρου, heus puella ſurge. Marc. 14. v. 36. Ἀββᾶ ὁ Πατὴρ pro ὦ πάτερ. Matth. 17. v. 17. Ὦ γενεὰ ἄπιστος, pro ὦ ἄπιστε. Rom. 8. v. 15. Gal. 4. v. 6. Ἐν ᾧ κράζομεν Ἀββᾶ ὁ Πατὴρ. Matthæi 6. v. 9. Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ubi ὁ neceſſariò ponitur, quia articuli carent Vocativo, eſtque Periphraſis Hebraica pro οὐράνιε. Apocal. 6. v. 10. Ἕως πότε ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ἀληθινὸς οὐ κρίνεις (pro ὦ δέσποτα,) uſque quo Domine, qui ſanctus es & verax, non judicas? Et cap. 11. v. 17. Εὐχαριστοῦμέν σοι Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, Gratias agimus tibi Domine, Deus omnipotens, &c. Et cap. 15. v. 3. Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ βασιλεὺς τῶν ἁγίων, Domine Deus omnipotens rex ſeculorum.

Sic *Homerus* Ἰλιαδ. α. 231.

Δημοβόρος βασιλεὺς ἐπεὶ οὐτιδανοῖσιν ἀνάσσεις.

Pro δημοβόρε βασιλεῦ.

19. Et contrà *Poëtæ* ponunt *Vocativum* pro *Nominativo*, ut ὁ τοξότα pro ὁ τοξότης, ſagittarius, ὁ ἱππότα pro ὁ ἱππότης, eques. Ἰλιαδ. β. 336.

Τοῖσι δὲ καὶ μετέειπε Γερήνιος ἱππότα
Νέστωρ.

Hiſce autem interfatus eſt Gerenius eques
Neſtor.

20. *Atticiſmum* quoque redolent phraſes ſeqq. Actor. 23. v. 5. Οὐκ ἐρεῖς κακῶς τὸν ἄρχοντα, non maledices principi. Et cap. 12. v. 18. Τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο, quidnam Petrus factus eſſet, id eſt, quidnam Petro accidiſſet. Matth. 27. v. 22. Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν (pro τῷ Ἰησοῦ) τὸν λεγόμενον Χριστόν; Marc. 14. v. 7. Καλῶς ποιεῖν τινα. Matthæi 5. v. 44. Καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας, benefacite oſoribus veſtris, pro quo, *Latinorum* more, Luc. 6. v. 27. Καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς.

21. Luc. 6. v. 4. Ἔξεστι cum *Accuſativo* conſtruitur, ſicut *Plato* quoque τὸ ἀρέσκω cum eodem caſu conſtruxit, idque *Atticè*. Videatur ſexta editio Lexici Novi Teſtamenti.

22. Verba *ſenſuum Atticè* conſtruuntur etiam cum *Accuſativo*, non ſolùm cum *Genitivo*. Joh. 3. v 5. Τὴν φωνὴν ἀκούεις, ſonum audis. Apacal. 6. v. 11. Ἤκουσα ἑνὸς, audivi unum. Et ṽ. 6. Ἤκουσα φωνὴν, audivi vocem.

23. Quodvis *Verbum Activum* conjungi poteſt *cum Accuſativo nominis*, à quo derivatur. *Laſcaris* ait eſſe phraſin Atticam, quam tamen malim ſimpliciter vocare Hellenismum. Matthæi 2. v. 10. Ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην, ingenti gaudio fuerunt perfuſi. Luc. 2. v. 8. Φυλάσσοντες φυλακάς. Et ṽ. 9. Ἐφοβήθησαν φόβον μόγαν, timore magno perculſi fuerunt. Et cap. 11. v. 46. Φορτίζειν φορτίον, onerare onere. 1. Tim. 6. v. 12. Ἀγωνίζου ἀγῶνα, decerta certamen, ὡμολόγασας ὁμολογίαν. Confeſſus es confeſſionem. Et 2. Tim. 4. v. 7. Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν

ἠγώνισμαι,

ἠγώνισμαι, certamen præclarum decertavi. Col. 2. v. 19. Αὔξει αὔξησιν τοῦ Θεοῦ, augeſcit Dei augmentum. Θεοῦ hîc eſt Genitivus efficientis. Vide ſupra libr. 2. cap. 3. §. 4. 1. Johan. 5. v. 9. Μαρτυρίαν μεμαρτύρηκε, teſtimonium teſtificatus eſt. Et ỷ. 16. Ἁμαρτάνοντα ἁμαρτίαν, peccantem peccatum. Sic *Heſiod.* ε. 81. Δῶρον ἐδώρησαν. *Xenoph.* ἀρχὴν ἄρχειν, imperium adminiſtrare. *Exempla* paſſim occurrunt infinita. Tenendum tamen, φράσιν ejuſmodi eſſe ἐμφατικήν. Sic, qnum more Græcorum dicimus, *aliquem errare errorem*, innuimus, *eum gravî teneri & conſtringi errore.*

24. *Accuſativus* ponitur pro *Nominativo*. 1. Corinth. 10. v. 16. Τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ ἐστιν; pro ὁ ἄρτος, ὃν κλῶμεν. Helleniſmum hunc etiam *Vergilius*, aliique Latini imitantur. *Æneid.* 1.

Urbem, quam ſtatuo, veſtra eſt, ſubducite naves.

25. Contrà, *Nominativus* ponitur pro *Accuſativo*, quæ Syntaxis Atticiſmum ſapit, & inprimis *Xenophonti* (quem, ob ſingularem ſermonis elegantiam, *apem Atticam* veteres appellitârunt) eſt familiaris. Rom. 1. v. 12. Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, *jactitantes, ſe eſſe ſapientes*: quod fieri ſolet, quum ſequens nomen refertur ad ipſam perſonam loquentem. Sic Rom. 15. v. 24. Ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, ſpero enim fore ut iſthac præteriens viſam vos. Hic Atticiſmus perſpicuitatis cauſâ negligitur Actor. 5. v. 36. *Xenoph.* Φησὶν αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι, *ait ſe authorem fuiſſe. Lucian.*

Φησὶν οὗτος ἀμείνων γεγενῆσθαι στρατηγὸς, *affirmat ſe meliorem fuiſſe ducem.* Hîc oratio in eadem perſona perſiſtit & proinde Nominativus ſequitur. Imitatus eſt hunc Helleniſmum *Ovidius*, ubi ait: *Retulit Ajax Eſſe Iovis pronepos.* Aliæ id genus *Antiptoſes* paſſim occurrunt.

26. Pto σ adhibent τοῦ, ἐλαττονέω, *minus habeo.* 2. Corinth. 8. v. 15. Ἐλαττόω, *minuo.* Johan. 3. v. 30. Ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι. Hebr. 2. v. 7. Ἠλάττωσας. 1. Tim. 5. v. 9. Μὴ ἔλαττον, &c. Actor. 17. v. 7. Ἀπέναντι τῶν δογμάτων τοῦ καίσαρος πράττουσι, contra edicta Cæſaris faciunt. Et cap. 19. v. 36. Μηδὲν προπετὲς πράττειν. *Paulus* (omiſſô hôc Atticiſmô) jubet nos. 1. Theſſal. 4. v. 11. Πράσσειν τὰ ἴδια. Sicut *Hector* Uxori ſuæ non ſine ſtomacho dicit. Ἰλιάδ. ζ. 490. Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα, τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε. ſed domum ito & ſatage rerum tuarum. Scilicet,

Apta quidem telæ, ſed inepta eſt fœmina telo,
Indignumque viro ſubdere colla colo.

Sed hæc περιέργως. Luc. 10. v. 41. ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά· ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Hic τυρβάζῃ, *tumultuaris* ponitur pro συρβάζῃ, Atticè. Græcis ἡ σύρβη eſt *turba*, pro qua voce dicunt Attici τύρβη, ubi mutatur σ in τ, more Chaldæorum, qui pro שׁוֹר *taurus*, dicunt תּוֹר, pro זָהָב aurum דְּהַב, &c. Et nos quum dicimus Waſſer / Germani inferiores Water / &c. Sic ἧττον

pro

pro ἧσσον *detrimentum*. 1. Corinth. 11. v. 17. Ἡττώμεθα ὦμαι, ſum inferior. 2. Petr. 2. v. 20. Ἥττημα pro ἧσσημα *defectus*. Rom. 11. v. 12. 1. Corinth. 6. v. 7. Sic κρείττων. Hebr. 1. v. 4. pro κρείσσων. 1. Corinth. 7. v. 9. Τὰ κρείττονα. Hebr. 6. v. 9. Κρείττοσι θυσίαις. Hebr. 9. v. 23. &c.

27. *In declinatione prima ſimplicium* μητρολοίας ου ὁ Doricè, ſed Atticè μητρολώης ου ὁ matricida. 1. Timoth. 1. v. 9. Sic πατρολώης ου ὁ *parricida*. Ita in verbis pro δοίην, Atticè δῴην, dem. 2. Timoth. 2. v. 7. &c.

28. *Declinatio quartæ ſimplicium* eſt Attica. Matthæi 16. v. 22. Ἵλεώς σοι Κύριε, ſcilicet, ἴσθι, eſto tibi propitius Domine. Ἵλεως pro ἵλαος. 1. Corinth. 1. v. 12. Ἐγὼ δὲ Ἀπολλώ, ſcilicet, εἰμι, ubi Ἀπολλώ, eſt Genitivus Singularis Atticus pro Ἀπολλοῦ. Actorum 19. v. 1. Ἀπολλὼ, Accuſativus eſt 1. Corinth. 3. v. 5. Τίς Ἀπολλὼς, eſt Nominativus Atticus, qui quandoque νῦ in fine abjicit. Sic Actorum 21. v. 1. Ἤλθομεν εἰς τὴν Κῶν, ubi Κῶν eſt Accuſativus Atticus. Pro Κέως ω ἡ, dicitur Κῶς ῶ ἡ, & pro Κέων Κῶν. *Attici* hîc locô ο μικροῦ, ponunt ω μέγα, prout etiam fit in δύω pro δύο, duo, &c.

29. *Declinatio ſecunda contractorum, ubi Genitivus exit in* εως, *eſt Attica*, & hæc ſola in Novo Teſtamento eſt uſitata. Matth. 1. v. 1. Γενέσεως. 2. Petri 1. v. 4. Θείας κοινωνοὶ φύσεως. Epheſ. 2. v. 1. Τῇ φύσει non φύσεϊ vel φύσι. Lucæ 11. v. 52. ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, ſuſtuliſtis clavem cognitionis.

Sic

Sic quamvis σίνηπι formet Genitivum σινήπιος juxta declinat. 2. Contractor. in Novo Teſtamento tamen ſola eſt declinatio Attica & flectitur in Genitivo σινάπεως. Matth. 13. v. 31. Luc. 17. v. 16, 20. Cur verò dicatur σίναπι pro σίνηπι Vide infra §. 45.

30. *Declinatio tertia contractorum, format Genitivum* in *έος*, *ſed Atticè έως*. Johan. 18. v. 15. Εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, in aulam pontificis. Act. 10. v. 32. Ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος βυρσέως, in ædibus Simonis Coriarii. Actor. 12. v. 20. Τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, cubicularium regis. Act. 27. v. 2. Θεσσαλονικέως.

31. *In quinta declinatione contractorum* κρέας. Caro, in Genitivo, κρέατος κρέαος, & Atticè κρέως, in plurali numero, κρέατα κρέαα κρέα. Rom. 14. v. 21. 1. Corinth. 6. v. 13. Γῆρας, *ſenectus*, in Genitivo γήρατος γήραος, (Heſiod. ἐργ. 329.) & Atticè γήρως, in Dativo γήρατι γήραϊ, & Atticè γήρᾳ. Luc. 1. v. 36. Ἐν γήρᾳ αὐτῆς, *in ſenectute ſua*. Ariſt. Κάλλιστον ἐφόδιον τῷ γήρᾳ ἐστὶ παιδεία, *optimum viaticum ſenectuti eſt eruditio.*

32. *Singularis eſt Græcorum elegantia, Atticis inprimis trita, quum cum Subſtantivo Maſculino aut Fœminino conſtruitur Adjectivum in Neutro genere.* Verbi gratiâ Prov. 30. v. 27. Ἀβασίλευτόν ἐστιν ἀκρίς, Locuſta rege caret. Matth. 6. v. 34. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. Hic in voce ἀρκετὸν, (pro ἀρκετὴ,) ſubaudiri ſolet πρᾶγμα. Luc. 12. v. 23. Ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι, anima eſt præſtantior. Rom. 13. v. 11. Νῦν γὰρ ἐγγύτερον ὑμῶν ἡ σωτηρία, nunc propior vobis eſt ſalus. Hunc Atticiſ-

Atticiſmum imitatus eſt *Virgilius* Ecl. 3. triſte lupus ſtabulis, hoc eſt, lupus eſt res triſtis. Item *Æneid.* 4. Varium & mutabile ſemper Fœmina. Et *Ovid.* Turpe Senex miles, turpe ſenilis amor. Sic *Homer.* Ἰλιάδ. β. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, Non utile (eſt) multorum imperium, unus ſit Rex. Et *Ariſt.* VII. *Eth.* 14. Ἡ μεταβολὴ πάντων γλυκύτατον, variatio eſt omnium ſuaviſſima. *Demoſth.* Olynth. 1. Ἄπιστον ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς, res infida Rebuſpubl. eſt tyrannis. *Iſocr.* Ἡ τέρψις σὺν τῷ καλῷ μὲν ἄριστον, ἄνευ δὲ τούτου κάκιστον, delectario cum honeſto ſeu virtute conjuncta eſt optima, ſine hoc peſſima. *Plato* in *Protagora* hanc proponit quæſtionem, πότερον ἡ ἀρετὴ διδακτὸν *utrùm virtus docendo hominibus inſtillari poſſit? Affirmativam* tuetur *Plutarchus* Tom. 2. quæſt. 22.

33. Eleganter quoque *Adjectivo neutro* utuntur pro ſubſtantivo. Rom. 2. v. 4. Τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ, pro ἡ χρηστότης τοῦ θεοῦ, *benignitas* Dei. Et cap. 9. v. 21. Τὸ δυνατὸν pro τὴν δύναμιν. Phil. 3. v. 8. διὰ τὸ ὑπερέχον pro διὰ τὴν ὑπεροχήν. 1. Corinth. 1. v. 25. Τὸ μωρὸν pro ἡ μωρία, ſtultitia, & τὸ ἀσθενὲς pro ἡ ἀσθένεια, infirmitas. 2. Corinth. 4. v. 17. Τὸ ἐλαφρὸν, levitas. Et cap. 8. v. 8. Τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον, dilectionis veſtræ ſinceritatem. Philipp. 4. v. 5. Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν, hoc eſt, ἡ ἐπιείκεια ὑμῶν, moderatio veſtra. Hebr. 6. v. 17. Τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, immutabilitatem conſilii ejus. Luc. 16. v. 26. Τὸ ἄκρον, extremitatem. Sic Ariſt. τὸ νέον οὐ δύναται ἡσυχάζειν. Τὸ νέον pro ἡ νεότης. Ita paſſim τὸ

καλὸν idem eſt quod ἡ ἀρετὴ Thucyd. libr. 1. οἱ Ἀθηναῖοι τὸν σίδηρον κατέθεντο διὰ τὸ ἀβροδίαιτον. *Athenienſes propter victus mollitiem ferrum depoſuerunt*, hoc eſt, luxu ad arma fuerunt redditi inepti. Luxus enim vires corporis & animi frangit, & non viros animoſos ſed mulieroſos procreat. Quot quæſo palatia luxus hic effœminavit, ubi ipſi primates amori & poculis dantes operam, ſe Remque publicam funditus perdiderunt? Nempe οἴδασι πίνειν καὶ βινεῖν, uti de iis ſcribit Ariſtophanes Βατράχ. δράμ. γ. Hæc fuerunt illius ſeculi equeſtria exercitia.

34. *Atticè Nominativi, itemque Accuſativi, ponuntur pro Genitivis abſolutis.* Ut Actorum 24. v. 25. (quem locum concordantiæ Græcæ omiſerunt) τὸ δὲ νῦν ἔχον, pro τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων. Marc. 1. v. 10. Καὶ εὐθέως ἀναβαίνων, (Atticè pro αὐτοῦ ἀναβαίνοντος, nempe Ἰησοῦ) εἶδε, (ſcilicet ὁ Ἰωάννης) τοὺς οὐρανοὺς σχιζομένους pro σχίζεσθαι. Actorum 22. v. 29. Ἐξὸν εἰπεῖν, licitum loqui, id eſt, liceat loqui. Vide ſuprà num. 7. Lege Th. Bezam ad Epheſ. 1. v. 18.

35. Sic *paragoge* τοῦ ἰῶτα item voculæ γε & in Verbis τοῦ νῦ illis eſt *perfrequens*, ut οὑτωσὶ, νυνὶ pro οὕτω, νῦν. Hebr. 8. v. 6. Et cap. 11. v. 16. 2. Corinth. 8. v. 22. Et οὐχὶ pro οὐκ, Attica ſunt. Johan. 13. v. 11. Οὐχὶ πάντες καθαροί ἐστε, non omnes puri eſtis. 1. Corinth. 10. v. 29. Οὐχὶ τὴν ἑαυτοῦ, non ſuam, &c. Item ἔγωγε pro ἐγὼ, & ἄραγε pro ἄρα. Matthæi 7. v. 20. Quamvis etiam Hippocrates in Epiſtola ſua ad Damagetum ſcribat, ἐμοίγε τοὔνομα Ἱπποκράτης, ubi conjecto, Hippocratem voluiſſe

cum Damageto aut cum Democrito (utrolibet modo accipias) ἀττικίζειν. Matthæi 3. v. 7. Εἶπεν αὐτοῖς, dixit eis. Sic ἦν *eram vel fui*, ἦς *eras vel fuiſti*, ἦ vel Atticè ἦν, (ut ſemper in Novo Teſtamento) *erat vel fuit*. Johan. 1. v. 1. Luc. 5. v. 17. &c.

36. Eſt & hæc Syntaxis Attica. Joh. 11. v. 19. Ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, hoc eſt, πρὸς Μάρθαν καὶ Μαρίαν, venerunt ad Martham & Mariam. Sic Xenoph. οἱ περὶ Κῦρον, hoc eſt, ὁ Κῦρος. *Ariſt.* 2. Metaph. 4. Οἱ περὶ ἡσίοδον pro ὁ ἡσίοδος. *Suidas* in Nerone: Οἱ περὶ Ἄνναν καὶ Καϊάφαν, id eſt, Annas & Cajaphas. Eodem modo Homerus conſtruit, τὸ ἀμφί. Ιλιαδ. ἰῶτα, ℣. 81, 82. & ſeqq.

37. Attici pro διδάσκω dicunt διδασκέω, pro ῥίπτω ῥιπτέω (Actor. 22. v. 23. Ῥιπτούντων τὰ ἱμάτια pro ῥιπτόντων) pro ἀποκύω, *gigno*, *pario*, ἀποκυέω. Jacobi 1. ℣. 15. 18. Sic paſſim τιθεῖ pro τίθησι à τιθέω & ἐτίθουν pro ἐτίθεσαν, ἐπιτίθει pro ἐπιτίθετε. 1. Tim. 5. v. 22. Ἐπετίθουν pro ἐπετίθεσαν. Actor. 8. v. 17. Προσετίθει pro προσετίθη, *apponebat*. Actor. 2. v. 47. Δίδου pro δίδοθι à διδόω. Luc. 11 v. 3. Ἐδίδου pro ἐδίδω. Matth. 26. v. 26. Luc. 9. v. 16. Ἐδίδουν pro ἐδίδοσαν. Joh. 19. ℣. 3. Ἐπεδίδου pro ἐπεδίδω. Luc. 24. v. 30. Παρεδίδου pro παρεδίδω. Actor. 8. v. 3. Sic uſitatum eſt ἱστάω pro ἵστημι. Rom. 3. v. 31. Rom. 3. v. 11. Ὁ συνιῶν (pro ὁ συνιεὶς) à συνιέω, ubi enormia redeunt ad normam. Marc. 11. v. 16. Ἤφιεν, ſinebat, pro ἀφῆ ab ἀφιέω.

38. Adjectiva in ος multa, inprimis orta, Atticè ſunt generis communis, ut ὁ ἡ φρόνιμος. Matthæi 25. v. 9. Ὁ ἡ ἕτοιμος. Matthæi 25. v. 10. Lucæ 2. v. 13. Στρατιᾶς οὐρανίου, Johann. 3. v. 16. Ζωὴν αἰώνιον. 1. Tim. 4. v. 8. Ἡ εὐσέβεια ὠφέλιμός ἐστι πρὸς πάντα. 1. Tim. 5. v. 13. Φλυαροὶ (καὶ νεώτεραι γυναῖκες) Rom. 1. v. 20. Ἀΐδιος ἡ θειότης. 1. Timoth. 2. v. 8. Ὁσίους χεῖρας (ὁσίους pro ὁσίας) 1. Timoth. 2. v. 9. Ὁ ἡ κόσμιος. Tit. 2. v. 11. Χάρις ἡ σωτήριος. Jacob. 1. v. 26. Τούτου μάταιος ἡ θρησκεία.

39. Pro ευ diphthongo immutabili ponunt ηυ, mutato τοῦ ε in η. Matth. 36. v. 44. Πάλιν προσηύξατο, rurſus oravit. Jacob. 5. v. 17. Προσευχῇ προσηύξατο, orando oravit Elias, hoc eſt, ardentiſſimè oravit. Actor. 8. v. 15. Προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, orarunt pro iis. 1. Corinth. 3. v. 6. Ὁ δὲ Θεὸς ηὔξανε, Deus dedit incrementum. Olynth. 2. Μέγας νῦν ηὐξήθη, magnitudinem ſuam nunc auxit, nempe Philippus. Marc. 6. v. 31. Rom. 9. v. 3. Ηὐχόμην, *optarem* pro εὐχόμην. Ηὐκαίρουν pro εὐκαίρουν, vacabat iis, quod ſine Atticiſmo legitur Actorum 17. v. 21. Marc. 10. v. 16. Ηὐλόγει αὐτὰ, benedicebat illis. Actor. 11. v. 29. Καθὼς ηὐπορεῖτό τις, prout quiſque facultatibus inſtructus erat, vel prout cuique ſuppetebat. Luc. 3. v. 22. Ἐν σοὶ ηὐδόκησα, in te acquieſco, per te ſum reconciliatus, &c.

40. *Augmentum Syllabicum* ε ψιλὸν Atticè *mutatur* in η. Matthæi 26. v. 9. Ἠδύνατο pro ἐδύνατο, Atticè, *poterat*. Matth. 17. v. 16. Ἠδύναντο, *poterant*,

ταντο, pro ἐδύναντο. Johan. 12. v. 39. Ἠδυνήθησαν, pro ἐδυνήθησαν, potuerunt. Ibid. ỹ. 19. Ἠδυνήθημεν, potuimus. 2. Johann. ỹ. 13. Οὐκ ἠβουλήθην, nolui, pro οὐκ ἐβουλήθην, nequis Dialecti hujus ignarus fingat Thema ἀβουλέω. Heb. 11. v. 8. ἤμελλε (pro ἔμελλε) λαμβάνειν.

41. *Aliquando gemino gaudent augmento*, ut 2. Corinth. 11. v. 4. Ἠνειχόμην ab ἀνέχομαι. Vide Lexicon Nov. Teſtam. & Manuale. Actor. 18. v. 4. Ἠνεχόμην. Apocal. 4. v. 1. ab ἠνέῳγμαι, καὶ ἰδὲ θύρα ἠνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ, oſtium erat apertum in cœlo. Demoſth. Olynth. β. παρεωρᾶσθαι, *contemptum fuiſſe*. Sic 1. Johann. 1. v. 1. Ἑωράκαμεν, vidimus, pro ὡράκαμεν. Coloſſ. 2. v. 1. Οὐχ ἑωράκασι τὸ πρόσωπόν μου, non viderunt faciem meam. Sic ἑάλων, (pro ἤλων) captus fui ab ἁλίσκω.

42. Elegantiſſimè καὶ ταῦτα, Atticè pro *& imprimis*, quod interpretes, quoſcunque legi, non obſervarunt. Vide, ſi libet, Lexici Novi Teſtamenti editionem ſextam. 1. Corinth. 6. v. 8. Καὶ ταῦτα ἀδελφοὺς, & quod plus eſt fratres. Et ỹ. 11. Καὶ ταῦτα τινὲς ἦτε, *& inprimis* (ſeu, quod majus eſt,) *quidam eratis*. Eodemque ſenſu legitur Hebr. 11. v. 12. Καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, *& inprimis*, (ſeu, quod inprimis hic notandum) *emortuo*. Demoſth. αἰσχρὸν ὑμᾶς βάρβαρον ἄνθρωπον, καὶ ταῦτα γυναῖκα φοβεῖσθαι, turpe eſt vos barbarum hominem & quod magis eſt, mulierem formidare.

43. Attici pro τινὸς dicunt ὅτου. Matth. 5. ỹ. 25. Luc. 13. 18. & cap. 22. 16. Joh. 19. 18. Pro ᾧ τινι ὅτῳ.

44. Omitto hîc multos alios Atticiſmos, ut quum dicunt ἴσθι pro ἔσο.

Matth. 2. v. 13. Δύο τῶν μαθητῶν, pro δύω μαθητάς.

Matth. 11. v. 2. Πολλοὺς τῶν φαρισαίων, pro φαρισαίους.

Actor. 15. v. 17. Οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων, pro οἱ κατάλοιποι ἄνθρωποι, reliqui homines; ubi Genitivi ſunt partitivi.

Act. 11. v. 28. Μέλλειν ἔσεσθαι pro μέλλειν εἶναι, prout Ariſt. Polit. 4. dicit, εἰ μέλλουσι μὴ δουλεύσειν τοῖς ἐπιοῦσι, ſi non ſervient invadentibus. Et Demoſth. Olynth. 1. Τὸ μέλλον συναίσειν τῇ πόλει, quod profuturum eſt urbi. Sic οἷός τ' εἰμι *poſſum*, οἷος pro δυνατός: Rom. 9. ℣. 6.

45. Actor. 18. v. 17. Σωσθένην pro σωσθένη, Atticè. Confer Lexicon Novi Teſtamenti, ubi ex Priſciano Atticiſmus hîc fuſè declaratur.

46. Hebr. 13. v. 2. Ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους, inſcii quidam hoſpitiô exceperunt Angelos, pro ἐξένισαν λανθάνοντας, ita exceperunt, ut ipſos lateret. Sed etiam ipſe Hippocr. ad Damagetum elegantiſſimè ita ſcribit, μήποτε γὰρ διαλανθάνει ἅπας ὁ κόσμος νοσέων; *Nunquid totus mundus ſe ægrotare ignorat?*

47. Huic Syntaxi ſimilis eſt illa Attica elegantia Demoſth. ἐκ προαιρέσεως δῆλός ἐστι ποιήσας, *de induſtria eum hoc feciſſe, conſtat*, &c.

48. Sic Atticè *Dativus* ponitur pro *Genitivo*, præcedente παρὰ vel ὑπό. Matth. 5. v. 21. Ἠκούσατε ὅτι

ἐῤῥέθη

ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις pro ὅτι ἐῤῥέθη ὑπὸ τῶν ἀρχαίων, audiviſtis dictum fuiſſe à veteribus. Fuit hæc *veterum traditio*, quæ hinc in Novo Teſtamento vocatur πατροπαράδοτος. 1. Petr. 1. v. 8. 2. Petr. 3. v. 14. Αὐτῷ εὑρεθῆναι, pro ὑπ' αὐτοῦ εὑρεθῆναι, ab eo *inveniamur*, *deprehendamur*. Marc. 11. v. 17. Κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, pro ὑπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν. Lucæ 23. v. 15. Οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ, nihil dignum morte commiſſum eſt illi, hoc eſt, ab illo. Et cap. 24. v. 35. Ἐγνώσθη αὐτοῖς, pro ὑπ' αὐτῶν. 1. Corinth. 15. v. 5. Ὤφθη Κηφᾷ pro ὑπὸ Κηφᾶ, viſus fuit à Cepha. Et ꝟ. 8. Ὤφθη κἀμοὶ, pro καὶ ὑπ' ἐμοῦ. Actorum 16. v. 9. Ὤφθη καὶ Παύλῳ, pro ὑπὸ Παύλου. Et cap. 26. ꝟ. 16. Εἰς τοῦτο γὰρ ὤφθην σοι, idcirco n. apparui tibi, ſeu viſus ſum à te. Hebr. 9. v. 28. Ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις, conſpiciatur illis (hoc eſt, ab illis) qui ipſum exſpectant. Sic dicunt *Græci* πεποίηται μοι τοῦτο, pro ὑπ' ἐμοῦ, hoc à me factum eſt. *Demoſth.* Τί πέπρακται τοῖς ἄλλοις, pro ὑπὸ τῶν ἄλλων, quid ab aliis factum ſit. Idem *Olynth.* 2. Τοῦτο οὐκ ἔνι ἐν τοῖς πεπραγμένοις Φιλίππῳ, id non videre licet in rebus à Philippo geſtis. Hanc Syntaxin imitatus eſt *Ovidius* 5. Triſt. *Barbarus hîc ego ſum, quia non intelligor ulli*, hoc eſt, non intelligor ab ullo. Conferatur Phraſis, διδάσκομαι σοι, (pro ὑπὸ σοῦ) Γραμματικὴν doceor à te Grammaticam.

49. Sic Act. 18. 35. Κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, inſtitutus in via Domini. Act. 21. 3. Ἀναφανέντες τὴν

Κύπρον, quum autem cœpiſſet nobis apparere Cyprus. I. Corinth. 9. v. 17. Οἰκονομίαν πεπίστευμαι, diſpenſatio mihi credita eſt. Coloſſ. I. v. 9. ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν, ut impleamini cognitione. Rom. 3. v. 2. Ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια, (accuſativi caſus) τοῦ Θεοῦ, &c. Ubi verba paſſiva regunt caſum ſuorum activorum.

50. Sed nondum queo manum de tabula. Τὸ ὅτι Atticè eleganter παρέλκει, hoc eſt, redundat & dicitur μιμητικόν. Johann. 4. v. 17. Καλῶς εἶπας, ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω, *rectè dixiſti, virum non habeo.* Vide præterea Matth. 4. v. 6. & cap. 5. v. 20. & cap. 9. ℣. 18. & cap. 20. v. 7. & cap. 28. v. 7. Marc. I. ℣. 15. & cap. 3. v. 21. & cap. 14. v. 58, 69, 71. Luc. 4. v. 11, 21, 45. & cap. 5. v. 26. & cap. 6. ℣. 5. & c. 7. v. 4. & c. 12. 55. Rom. 3. 8. 9. &c. Demoſthen. Olynth. I. Ὁ παρὼν καιρὸς λέγει φωνὴν ἀφιείς, ὅτι πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστίν, id eſt, *occaſio quidem hæc tantùm non edita voce loquitur, vobiſmetipſis eſſe curam illarum rerum ſuſcipiendam.* Ubi τὸ ὅτι redundat. Libanius in I. Olynth. καὶ ὑπερερωτήσας ἑαυτὸν, ὅτι σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικά; ubi τὸ ὅτι μιμητικόν ἐστι καὶ παρέλκει. *Demoſthenes quærit ex ſeipſo, tunc decernis, pecunias haſce theatrales militiæ eſſe impendendas?* Sic Epictetus in Enchirid. cap. 15. Μηδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα, *nunquam de ulla re dicas, perdidi, ſed reddidi.* Ubi τὸ ὅτι bis redundat. Quoties illud ὅτι, (quod ſanè fit ſæpiſſime) τῇ μιμήσει inſerviat in Novo Teſtamento dicere hîc non attinet.

Attigi

Attigi paulò antè aliquot loca. Vide ſis Lexicon Novi Teſtamenti. Proſanos hinc inde allegavi autores, ne videamur talia fingere.

JONICA DIALECTUS.

51. CÆteræ Dialecti Græcæ in Novo Teſtamento ſunt longè rariores. *Ionicum eſt*, ut loquitur, Joach. Cam. in ſuis in Herodotum notis, *quando caſus ad præpoſitionem refertur, quæ cum verbo adjuncto compoſita eſt*, ut ἀπόζει τῆς χώρης, pro ὄζει ἀπὸ τῆς χώρης. Vide ibi plura. Sic in Novo Teſtamento. Lucæ 6. v. 36. Μηδὲν ἀπελπίζοντες, pro μηδὲν ἐλπίζοντες ἀπ' αὐτῶν, nihil ſperantes ab illis. Ἀπελπίζω, alioquin uſitatè vertitur deſpero. Actorum 13. ✝. 2. Ὁ προσκέκλημαι, pro πρὸς ὃ κέκλημαι.

52. *Iones, ut plurimùm, fugiunt Apoſtrophum.* Galat. 2. v. 2. Κατὰ ἀποκάλυψιν, pro κατ' ἀποκάλυψιν. Rom. 3. v. 5. Κατὰ ἄνθρωπον. *Fugiunt etiam* κρᾶσιν. Hippocr. 1. Aph. 4. αἱ ἀκριβέες δίαιται. Sic Apocal. 6. v. 15. Ὀρέων pro ὀρῶν Jonicum eſt. Item χειλέων pro χειλῶν. Hebr. 13. v. 15. Ὀστέων pro ὀστῶν. Matthæi 23. v. 27. Sic Lucæ 24. v. 39. Σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, carnem & oſſa non habent. Τὸ ε præponere ſolent, quod ipſum tamen in quibuſdam etiam Attici faciunt. Ut ἑώρακε pro ὥρακε. Joh. 1. v. 18. Κατέαξαν pro κάτηξαν à κάγω vel κάγνυμι, *confringo*. Johann. 19. v. 32. Κατεαγῶσι, *confringantur*. Johann. 19. v. 31. Sic pro ὢν dicunt ἐών, ἐόντος, &c.

53. Jones pro τιθεῖσι Matth. 5. v. 15. Τιθέασι, pro διδεῖσι διδέασι. Proverb. 29. v. 15. Πληγαὶ διδέασι σοφίαν, *plagæ dant ſapientiam*, &c. pro ἔνι ἔνι. Coloſſ. 3. v. 11. Jacob. 1. v. 17.

54. Τὸ ο mutant in ου. Sic Hippocr. ſemper ἡ νοῦσος, pro ἡ νόσος. Actor. 28. v. 11. Διόσκουροι, *jovis filii*, κοῦρος, juvenis, Jonicè pro κόρος.

55. *Nomina* pro *Adverbiis* ponuntur, ut Lucæ 24. v. 22. Ὄρθριαι γενόμεναι ἐπὶ τὸ μνημεῖον, diluculô venerunt ad ſepulcrum. Ὄρθριαι pro ὄρθρου. Et cap. 21. v. 34. Αἰφνίδιος, pro ἐξαίφνης, repente. Johann. 1. v. 26. Μέσος ὑμῶν, pro ἐν μέσῳ ὑμῶν, in medio veſtrûm. Conf. Matth. 14. v. 24. Ubi μέσον, accipitur ἐπιῤῥηματικῶς. 1. Corinth. 7. v. 37. Ἕστηκεν ἑδραῖος, pro ἑδραίως, perſtitit *firmus*, id eſt, firmiter. Sic *Heſiodus* θεογ. 9 Ἐννύχιαι στεῖχον, nocturnæ incedebant, hoc eſt, noctu. Et εργ. 693. Ὡραῖος δὲ γυναῖκα ἄγεσθαι, maturus uxorem ducito. *Hom.* Ἰλιαδ. β. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, non decet tota nocte dormire virum qui eſt à conſiliis, παννύχιον, pro πᾶσαν νύκτα. Hunc helleniſmum imitatus eſt Vergilius Georg. 3. *Lupus nocturnus obambulat*, nocturnus, hoc eſt, noctu. Æneid. 8. *Æneas ſe matutinus agebat*, hoc eſt, mane. Georg. 1. *Ante tibi eoæ Atlantides abſcondantur*, *eoæ* matutinæ, hoc eſt, mane, *eoæ* vel κατὰ τὴν ἠῶ, pro circa ſolis exortum, ſole oriente.

56. Hæc dialectus inprimis Homero Poëtarum principi arriſit, quem ipſum ἰάονα ἄνδρα, hoc eſt, *Ionem* vocat Theocritus, ubi ειδυλ. XVI. ℣. 57.

ita ſcribit εἰ μὴ σφᾶς ὤνασαν ἰάονος ἀνδρὸς ἀοιδαὶ, hoc eſt, Ulyſſes & Achilles ſilentio fuiſſent præteriti, *niſi eos juviſſent Ionis viri, nempe Homeri, carmina,* prout Naſo quoque ſcribit,

Hectora quis noſſet, ſi felix Troja fuiſſet?

Jones ſoli ſunt, qui à patre Græcorum יָוָן cujus fit mentio Geneſ. 10. v. 2. avitum retinuerunt nomen.

57. Quamvis verò *Homerus* ſit *Ion*, & Jonica dialecto inprimis delectetur, tamen aliis quoque, metro ita exigente, uſus fuit, quamvis rariùs. De Dialecto hac *Ioachimus Camerarius* in Herodotum ita ſcribit. *Dialectus* (*eſt peculiare orationis genus*) *Ionum, cum Attica Lingua magnam habet communitatem. Nam & hæc quodam tempore appellatio Athenienſium, & Ionicæ omnes Coloniæ Athenienſium fuére. In quibus accidit, ut ſonus vocis & forma ſermonis in alieno, ſcilicet ſolo Aſiæ atque inſularum mutaretur, &c.*

DORICA DIALECTUS.

58. SIcut Jones amant τὸ η, ita Dores τὸ α, & Attici τὸ ω, Dores τὸ α, ore diducto pronuntiant, uti apud Germanos quoque quoſdam, inprimis Bavaros & Auſtriacos, factitare notum eſt. Interpres Theocriti dicit, ὅτι οἱ δωριεῖς πλατυστομοῦσι, pro ἡ φήμη dicentes ἁ φάμα.

59. *Dores Genitivum in prima ſimplicium formant per* α, Æoles per αο. Lucæ 13. v. 29.

ἀπὸ βοῤῥᾶ, à borea ſeu aquilone. Hîc βοῤῥᾶ ponitur pro βοῤῥοῦ. Vide Lexicon Novi Teſtamenti. Sic Θωμᾶς, Λουκᾶς, Στεφανᾶς, in Genitiv. Θωμᾶ, Λουκᾶ, Στεφανᾶ. 1. Corinth. 1. v. 16. &c. ἀρέτα pro ἀρέτου ab ἀρέτας. 2. Corinth. 11. v. 32. Ἀπὸ τοῦ Καϊάφα. Johan. 18. v. 28. Ἡ συναγωγὴ τοῦ σατανᾶ. Apocal. 3. v. 9. Βὰρ ἰωνᾶ, Fili Jonæ, ἰωνᾶ pro ἰωνοῦ, Doricè, à Nominativo ἰωνᾶς. Matth. 16. v. 17. Actor. 19. v. 13. Ἦσαν δέ τινες υἱοὶ σκευᾶ, *erant autem quidam filii Scevæ.* Σκευᾶ pro σκευοῦ, à Nominativo σκευᾶς, ὁ nomen proprium Viri.

60. Sic Dores tempus formant in Subjunctivo modo δώσωμεν, quod alii vocant Aoriſt. prim. alii Futur. 1. Activ. Subjunct. De illo vide Lexicon Novi Teſtamenti. Johan. 17. v. 2. Apocal. 13. v. 16. Theocritus in εἰδυλλ. 27. cujus inſcriptio eſt, ὀαριστὺς Δάφνιδος καὶ κόρης, ita ſcribit ℣. 21. Δειμαίνω μὴ δή σε κακωτέρῳ ἀνέρι δώσῃ, hoc eſt, *metuo, ne te pejori Viro jungat.* De hoc tempore tacent Grammatici, quos quidem vidi, quæ quum eximius quidam interpres minùs conſideraret, ſcripſit Johann. 17. v. 2. occurrere σολοικοφανές. Putavit τὸ δώσῃ, qnod apud Johannem legitur, eſſe ἄχρηστον. Sed ſi legiſſet Theocritum, hac nota utique ſuperſediſſet.

61. Dores pro η ponunt α, pro ἕστηκα. Jacob. 5. v. 9. dicunt ἕστακα, unde eſt ἑστὼς ἑστῶτος pro ἑστακὼς, per Syncopen & craſin. Johann. 12. v. 29. & cap. 18. v. 25. Actor. 5. v. 23. Ἀνάβα. Apoc. 4. ℣. 1. pro ἀνάβαθι, & hoc Doricè, pro ἀνάβηθι, κατάβα,

τάβα, Marc. 15. ℣. 30. pro κατάβηϑι, ἀνάςα Actorum 21. ℣. 16. pro ἀνάςηϑι, pro σίνηπι, Doricè σίναπι. Marc. 4. ℣. 31 Sic σιδήρεος σιδηροῦς, σιδηρέη σιδηρῆ, σιδήρεον σιδηροῦν. At pro σιδηρῆ legitur Doricè σιδηρᾶ. Actor. 12. v. 10. Apocal. 2. v. 27. Nec ſequitur σιδήρεος eſt Adjectivum in ος purum. Ergo format fœmininum in α. Nam excipiuntur ἁπλόος ὄη ſimplex, ἑὸς ἑὴ ſuus, a. ὄγδοος ὀγδόη, octavus, a. aliaque id genus complura.

ÆOLICA DIALECTUS.

62. ÆOLES dicunt ἦσθα pro ἦς, ubi ϑα eſt paragoge Æolica. Matth. 26. v. 69. Sic οἶσθα pro οἴδασθα, ubi præter paragogen quoque eſt Syncope.

63. *Tollunt aſpirationem.* Matthæi 21. ℣. 45. Ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν, (pro αὑτῶν) λέγει intellexerunt hæc de ſeſe dici. Sic Marc. 3. v. 14. Μετ' αὐτοῦ pro μεθ' αὑτοῦ, ſecum. Marc. 5. v. 37. Αὐτῷ συνακολουθῆσαι, (pro αὑτῷ,) *ſe comitari.* Hebr. 11. v. 21. Αὐτοῦ pro αὑτοῦ, quod Græcis Vet. Teſtam. interpretibus eſt uſitatiſſimum. Jerem. 13. v. 23. ὁ αἰθίοψ οὐκ ἀλλάξεται τὸ δέρμα αὐτοῦ, (pro αὑτοῦ) Æthiops non mutabit pellem ſuam. Sic Johan. 13. ℣. 11. Αὐτὸν pro αὑτὸν diſcriminis cauſâ.

64. Aoriſtum 1. Activ. Optat. flectunt τύψεια ειαςειε, pro τύψαιμι αις αι. Luc. 6. v. 11. Ποιήσειαν, pro ποιήσαιεν, quamvis etiam *Attici* ita loquantur. Olynth. 2. Λοιδορίαν εἴποι τις ἂν φήσειε κενὴν δικαίως, convicium aliquis dicere poſſet inane meritò.

65. Sic

65. Sic Æolicè φαύω pro φάω. Epheſ. 5. v. 14. Ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστὸς, *& illuceſcet tibi Chriſtus.*

BOEOTICA DIALECTUS.

66. B*Oeoticum* eſt illud Rom. 3. v. 13. Ἐδολιοῦσαν pro ἐδολίουν, qui *Boeotiſmus* apud LXX. Interpp. eſt perfrequens. Pſalm. 72. v. 2. Ἤλθοσαν pro ἦλθον, ad formam verborum in μι, ἐδίδοσαν, ἔδοσαν. Sic ἐργᾷ pro ἐργάσῃ, *operaberis.* Exod. 20. v. 9. *Boeoticum* eſt.

POETICA DIALECTUS.

67. P*Oëtæ* ponunt τοῦ pro τούτου vel οὗ, ſic τοὶ pro οἱ, *qui*, ut apparet ex *Arati* verſu, quem allegat *Apoſtolus* Actorum 17. v. 28. Sic legimus ἆσσον, *propiùs*, ad formam τοῦ θᾶσσον, *citiùs*, quæ ſunt *Poëtica* pro ἔγγιον, τάχιον. Actor. 27. v. 13. Confer τάσσων. Odyſſ. ψ. à ταχύς.

68. *Poëtæ* τὴν αὔξησιν, hoc eſt, *augmentum* abjiciunt, quoties id metrum exigit. Idem tamen fit etiam in proſa *Atticè*, vel, ut nonnulli cenſent, *Ionicè* in *Pluſquamperfectis.* Matth. 7. v. 25. Τεθεμελίωτο, pro ἐτεθεμελίωτο, *fundatus erat.* Marci 14. v. 4. Δεδώκει pro ἐδεδώκει, *dederat.* Et cap. 15. v. 7. Πεποιήκεισαν pro ἐπεποιήκεισαν. Et ℣. 10. Παραδεδώκεισαν, *tradiderant* Et cap. 16. ℣. 7. Ἐκβεβλήκει pro ἐξεβεβλήκει. Johann. 11. v. 57. Δεδώκεισαν pro ἐδεδώκεισαν. Actorum 14. v. 8. Περιπεπατήκει, pro περιεπεπατήκει. Et ℣. 23. Πεπιστεύκεισαν, pro ἐπεπιστεύκεισαν. Hebr. 7. v. 11. Νενομοθέτητο pro

ἐνομήσθητο. Sic *Lucian.* Δεδύκει ὁ ἥλιος, *occiderat Sol.* Idem etiam fit in *Aoriſt.* 2. Activ. *Indicat.* Sic pro εἶδον, ες, ε, legimus ἴδον, ες, ε. Phil. 1. v. 30. οἷον ἴδετε pro εἴδετε.

69. *Metaplaſmus* eſt in καυχᾶσαι, *gloriaris* pro καυχᾷ. Rom. 2. v. 17, 23. Ὀδυνᾶσαι. Lucæ 16. v. 25. Scilicet formantur ad formam verbi ἵσταμαι, ἵστασαι. Sic δύναμαι, δύνασαι, κρέμαμαι, κρέμασαι.

70. 1. Corinth. 14. v. 20. Αἱ φρένες, *intelligentia*, Poëticum eſt, prout ἄτερ quoque *Poëticè* adhibetur pro ἄνευ. Lucæ 22. v. 6. Ἄτερ ὄχλου, ἄτερ βαλαντίου, abſque tumultu, abſque crumena.

71. *Poëtis* uſitatæ ſunt ἀφαιρέσεις, quum prima litera abjicitur. Sic dicunt αἶα pro γαῖα. Ιλιαδ. γ. 243. Εἴβειν pro λείβειν, *profundere.* Ιλιαδ. π. 11. Φῆ pro ἔφη. Ιλιαδ. β. 37. Ἦ pro φῆ. Ιλιαδ. α. 219. 'στι pro ἐστι. Ariſt. 5. Eth. 1.

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι,

Iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes.

72. Sic ἀργὸς, *vorax*, dicitur pro μάργος. Tit. 1. v. 12.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί,

Cretes ſemper ſunt *mendaces*, *malæ beſtiæ*, *ventres edaces.*

Ἐισὶ hîc reticetur, quod ipſum quoque Poëſin redolet. Johann. 20. v. 23. legimus ἄν, pro ἐάν.

73. *Gemi-*

73. *Genitivus* quandoque ponitur pro *Nominativo*, ut: Marc. 1. 2, 40. Οἱ κατεσθίοντες pro τῶν κατεσθιόντων. Pendet n. à voce præcedente ℣. 38. Τῶν Γραμματέων. Sic 1. Timoth. 4. v. 2, 3. Ψευδολόγων pro ψευδολόγοι, κεκαυτηριασμένων pro κεκαυτηριασμένοι, κωλυόντων pro κωλύοντες. Pendent n. hæc à voce προσέχοντες, quæ præcedit ℣. 1.

74. Nihil hîc eſt *Solœci*, ſed *Antiptoſis Poëtica*, apud antiquiſſimos authores paſſim obvia. Sic HOM. Ιλιαδ. δ. ℣. 433. quum exorſus eſſet hanc Comparationem à Nominativo,

Τρῶες δ' ὥς τ' ὄϊες, πολυπάμμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ.

Ἀπόδοσιν ſubjicit in *Genitivo* ℣. 436.

ὣς Τρώων, &c.

Et Ιλιαδ. β. poſt ℣. 350.

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα.

Sequitur ℣. 453. Ἀστράπτων, φαίνων pro ἀστράπτοντα, φαίνοντα. Ubi *Euſtath.* ſimilia exempla adducit ex *Euripide* & *Sophocle*.

75. Ego addam exemplum ex *Pindari Olymp.* Od. 1. ℣. 15. ſtatim in principio ubi ita legimus:

Ὅθεν ὁ πολύφατος
Ὕμνος ἀμφιβάλλεται
Σοφῶν μητίεσσι
Ἐς ἀφνεὰν ἱκομένους
Μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν,

hoc eſt, unde celeberrimus cantus contrexitur ſapientum ingeniîs, venientes ad opulentam & beatam aulam Hieronis. Hîc ἱκομένους *venientes* ponitur

tur ἱκομένων, *venientium*, quia refertur ad voce σοφῶν.

76. Sæpe *metri cauſâ Apoſtrophus* adhibetur. 1. Corinth. 15. v. 33.

Φθείρουσι ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί. Ubi χρῆσθ' pro χρηστά.

77. Sic Ἰλιάδ. α. ℣. 117. Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι:

Volo ego populum ſoſpitem eſſe potiùs
quàm perire.

Apoſtrophus Poëticus occurrit in βούλομ' pro βούλομαι.

78. *Poëtis* δὴ ſæpe ponitur pro ἤδη *jam* (*Heſiod.* ἐργ. 89. *Homer.* Ἰλιάδ. α. 62. &c.) Vel *redundat*, eſtque μόριον συμπληρωματικόν. Idem fieri videtur Actor. 13. v. 2.

79. Iidem ἰῶτα metro exigente interponunt, ut πλείῳ pro πλέῳ. Odyſſ. ψ. 162. Sic εἵνεκεν pro ἕνεκεν, legitur. 2. Corinth. 7. v. 12.

80. Contra ἰῶτα nonnunquam *tollunt*. *Heſiod.* ἐργ. ℣. 40. Πλέον ἥμισυ παντὸς, *plus dimidium toto*, ubi πλέον pro πλεῖον, ut 1. Eth. 7. Sic πλέον legimus. Luc. 3. v. 13. pro πλεῖον. Luc. 11. v. 31.

81. *Poëtæ* pro ἵστημι dicunt ἕστημι, unde *Infinitiv. Præſ.* Ἑστάναι pro ἱστάναι. 1. Corinth. 10. v. 12. Hoc non confundendum cum ἑστᾶναι. Præt. Infinitiv. contract. pro ἑστηκέναι. Act. 12. v. 14.

82. Apocal. 17. v. 13. διαδιδώσουσι, *tradent*, pro διαδώσουσι. Sic Odyſſ. ν. ℣. 358. Διδώσομεν, *dabimus*, pro δώσομεν.

DIALE-

DIALECTUS HEBRAICA.

83. IN Novo Teſtamento ſunt etiam Hebraïſmi, iique non pauci. Aliquos tantùm attingam.

84. Apud Hebræos *Nominativi* ſæpe *abſolutè* accipiendi ſunt & vertendi per *quod attinet.* Lucæ 21. v. 6. Ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος quod attinet ad hæc, quæ ſpectatis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapide. Ταῦτα ibi accipitur abſolutè. Pſalm. 18. v. 31. הָאֵל תָּמִים דַּרְכּוֹ *Ad Deum quod attinet, perfecta eſt via ejus.* Hoſeæ 12. v. 7. כְּנַעַן בְּיָדוֹ מֹאזְנֵי מִרְמָה׃ *Ad mercatorem quod attinet, in manu ejus ſunt bilances doli, hoc eſt, bilances doloſæ,* &c. Sic Apocal. 3. v. 12. Ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν στύλον, vertendum eſt, *Ad vincentem quod attinet*, vel, *quod attinet ad eum vicerit, faciam ut is ſit columna.* Neque putandum ὁ νικῶν poſitum pro τὸν νικῶντα.

85. 1. Timoth. 2. v. 7. Διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ, doctor gentium fidelis & verax. Διδάσκαλος ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ, *Hebraiſmus*, pro διδάσκαλος πιστὸς καὶ ἀληθεύων, ἤτοι φιλαλήθης. 2. Petr. 2. v. 7. ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς, *à libidinoſa nefariorum converſatione, &c.* Hîc per Hebraiſmum ὑπὸ τῆς ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς, *à converſatione in libidine*, pro ὑπὸ τῆς ἀναστροφῆς τῆς ἀσελγοῦς, *à converſatione libidinoſa, laſciva.* 1. Corinth. 2. v. 7. Λαλοῦμεν σοφίαν θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, pro λαλοῦμεν σοφίαν θεοῦ μυ-

στηριώδη.

σιερῶν. Hebraiſmus eſt. Actor. 8. ℣. 23. Εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα, *video te in felle amariſſimo, & nexu injuſtitiæ poſitum.* Heteroſis τοῦ εἰς videtur redolere Hebraiſmum. Ὄντα verò pro εἶναι eſt Atticiſmus. Epheſ. 4. v. 24. Τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας, pro τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα δίκαιον καὶ ὄντως ὅσιον. 1. Corinth. 15. v. 42. Ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ, hoc eſt, ἐγείρεται ἄφθαρτον, *excitatur incorruptibile*, &c. 1. Timoth. 1. v. 13. Ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ, ſcilicet ὤν, hoc eſt, ἄπιστος, *ignorans hæc feci*, uti *incredulus.*

86. Actorum 7. v. 20. Ἀστεῖος τῷ θεῷ, *venuſtus Deo*, hoc eſt, venuſtiſſimus. Sic *Ionæ.* 3. v. 1. *Ninive* dicitur fuiſſe גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים μεγάλη τῷ θεῷ, hoc eſt, maxima. Et 2. Corinth. 10. v. 4. Δυνατὰ τῷ θεῷ, hoc eſt, δυνατώτατα, *validiſſima.* 1. Theſſ. 4. v. 16. Ἐν σάλπιγγι θεοῦ, *tubâ Dei*, id eſt, tubâ maximè ſonorâ. Lucæ 23. v. 35. Ὁ ἐκλεκτὸς τοῦ θεοῦ, ille electus Dei, id eſt, quem Deus ſingulari proſequitur amore & favore. 2. Tim. 3. v. 6. Ἄνθρωπος θεοῦ, homo Dei, id eſt, miniſter & legatus Dei. Johan. 6. v. 45. Διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, docti à Deo, id eſt, ſingulariter inſtituti, videlicet intus à Spiritu Dei. Vide exempla plura in Lexico Novi Teſtamenti ad vocem θεός.

87. Matthæi 10. v. 32. Ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ pro ἐμέ, Hebraiſmus eſt. Confer Neh. 9. v. 2. Hîc ἐν reſpondet præpoſitioni עַל.

88. Lucæ 22. v. 26. Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως, *vos verò non ſic*. Lat. *Alia verò veſtri eſt ratio*. Hebraïſmus qualis legitur Pſalm. 1. v. 4. Sic Rom. 9. v. 20. Τί με ἐποίησας οὕτως; pro ποῖον &c.

89. Matthæi 3. v. 12. Οὗ τὸ πτύον ἐν χειρὶ αὐτοῦ, *cujus ventilabrum in manu ejus*. Hîc αὐτοῦ ex Hebraiſmo παρέλκει, hoc eſt, redundat. Sic Apocal. 2. v. 7. Τῷ νικήσαντι δώσω αὐτῷ, *vincenti dabo ei*. Confer Apocal. 6. v. 4. Johan. 15. v. 2. Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτό, αὐτὸ hîc redundat per pleonaſmum Hebraicum. Galat. 2. v. 10. Ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι, *quod ipſum ſtudui facere*. Hîc eſt geminus pleonaſmus.

90. Sic ἐνωτίζομαι, *exaudio*. Actorum 2. v. 14. à Græcis Interpretibus factum eſt ad exprimendum verbum Hebræum הֶאֱזִין.

91. Προσκυνέω *adoro*, ad formam verbi הִשְׁתַּחֲוָה regit *Dativum*. Matth. 2. v. 11. & 4. 10.

92. Poſt verbum πιστεύω adhibetur præpoſitio εἰς, ut poſt הֶאֱמִין apud Hebræos בְּ. Johann. 3. v. 16. &c. Videatur Theſaurus Santis Pagnini ad Radicem אָמַן.

93. Hebr. 9. v. 3. Ἅγια ἁγίων, *ſancta ſanctorum*, hoc eſt, locus ſanctiſſimus, (קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים. Exod. 26. v. 33.) Apocal. 17. v. 14. & cap. 19. v. 16. Βασιλεὺς βασιλέων καὶ κύριος κυρίων, *Rex regum & Dominus dominantium*, id eſt, Rex & Dominus ſummus, cui data eſt omnis poteſtas in Cœlo &

lo & Terra. Sic Eccleſ. 1. v. 2. Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης, *vanitas vanitatum*, omnia ſunt vanitas. Et *Canticum Salomonis* dicitur ᾆσμα ᾀσμάτων, *Canticum canticorum*, id eſt, excellentiſſimum.

94. 1. Corinth. 15. v. 54. Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος, abſorpta eſt mors in perpetuum. Sic vertendum eſſe τὸ εἰς νῖκος, demonſtratur ex Eſaiæ 25. v. 8. & Hoſ. 13. v. 14. Unde locus hic ab Apoſtolo allegatur, ubi τὸ לָנֶצַח non vertendum *ad victoriam*, ſed more Hebræorum in *ſempiternum*, *in perpetuum*, &c. Quod ſi dicas verſu ſequenti nempe 1. Corinth. 15. v. 55. Νῖκος accipi in propria ſignificatione, quod verum eſt: ajo, hîc eſſe ἀνταναάκλασιν, ubi quidem eadem iteratur dictio ſed in alio ſignificatu. Sic dicit Chriſtus Luc. 9. v. 60. *Sine mortuos ſepelire ſuos mortuos*, ubi in voce *mortuos* eſt eadem figura, &c. Solutio petitur ex verbo נָצַח quod eſt *vincere*, *ſuperare*, *præeſſe*, unde eſt נֵצַח *robur*, quo victoria paratur, item *æternitas*, ſic dicta, quòd omnia vincat. Νῖκος ergo propriè quidem eſt *victoria*, per Hebraicam verò metonymiam effecti *æternitas*. De verbo καταπίνειν, unde eſt κατεπόθη videatur collegium meum Heſiodeum. Scil. καταπίνειν à Græcis ponitur pro *deglutire*, *devorare* θεογ. 459. 473.

95. Johan. 18. v. 6. Κριτὴς τῆς ἀδικίας pro κριτὴς ὁ ἄδικος. Luc. 16. v. 8. Τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας pro

οἰκονόμον τῆς ἀδικίας, *diſpenſatorem injuſtum.* Matth. 4. v. 15. Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, *Galilæa populoſa.* Matthæi 22. v. 11. Ἔνδυμα γάμου pro ἔνδυμα γαμικὸν, *veſtis nuptialis.* 2. Theſſal. 2. v. 11. Ἐνέργειαν πλάνης, efficacitatem erroris, pro πλάνην ἐνεργουμένην vel ἐνεργῆ. Hebr. 12. v. 15. Ῥίζα πικρίας pro ῥίζα πικρά, radix amara. 1. Theſſal. 2. v. 5. Λόγος κολακείας, ſermo aſſentatorius. Tit. 2. v. 13. Ἐπιφάνειαν τῆς δόξης, pro ἐπιφάνειαν ἔνδοξον, apparitionem glorioſam. Jacob. 1. v. 23. Τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως, nativam faciem. 2. Theſſal. 2. v. 3. Ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, *homo ille peccati*, id eſt, ſceleratiſſimus, *filius ille perditionis*, hoc eſt, perditiſſimus.

96. Quamvis verò etiam ſimiles Syntaxes apud Græcos occurrant (ut Ariſt. polit. libr. 3. Οἱ κύριοι τῆς δυνάμεως, pro οἱ κύριοι οἱ μεγάλα δυνάμενοι. Idem ibid. Ἔστι πως εὐμάρεια τῆς τοιαύτης ζητήσεως, *facilitas quodammodo eſt hujus quæſtionis*, pro *facilis quodammodo hæc eſt quæſtio*, interprete Giphanio, &c. Heſiod. ἀσπ. 137. Κυνέην ἀδάμαντος, *galeam ferri*, pro *galeam ferream*, (ſeu adamantiam) tamen Hebraiſmum latiori ſenſu appellare libet, quòd Hebræis ſit longè frequentiſſima, planèque neceſſaria. Nam quum Hebræi Adjectiva habeant perpauca, defectum hunc per Genitivum Subſtantivi ſupplere coguntur, verbi gratiâ, *Vir doloſus* Græcè dicitur δόλιος ἀνὴρ, φρεναπάτης. Tit. 1. v. 10. Item ἠπεροπεύς, κλεψίνοος, ἀπατήλια εἰδώς, δολόφρων, κυναλώπηξ, δολοπλόκος, &c. Sed Hebræi deſtituti

deſtituti tanto Adjectivorum cumulo eum ἁπαξαπλῶς nominant אִישׁ מִרְמָה *virum doli*, &c.

97. Περιπατεῖν ἐν τῷ φωτί, 1. Johan. 1. v. 7. *Ambulare in luce*, hoc eſt, in verbo Dei, *Vivere juxta verbum Dei.* Nam verbum Dei eſt lucerna pedum noſtrorum. Pſal. 119. 105. *Hebraiſmus.* Filii lucis ſunt, qui à verbo Dei ne latum quidem unguem deflectunt. Sic Gen. 17. 1. Dicit Deus Abrahamo הִתְהַלֵּךְ לְפָנַי וֶהְיֵה תָמִים *Indeſinenter ambula in conſpectu meo*, hoc eſt, ita vive, ut cogites te ſemper eſſe coram oculis meis, *& eſto integer*, hoc eſt, candidus eſto, abſit omnis hypocriſis. Deus enim, qui eſt optimus maximus, à nobis requirit, quod eſt optimum. Nihil verò in homine corde ſeu ſpiritu eſt melius.

98. Sic quum lingua ſancta careat neutro genere *fœmininum genus poni conſuevit pro neutro.* Matthæi 21. v. 24. Παρὰ Κυρίου ἐγένετο ἅυτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Ἅυτη, hic ponitur pro τοῦτο, & θαυμαστὴ pro θαυμαστὸν, per Hebraiſmum. Johan. 17. v. 3. Ἅυτη δέ ἐστιν pro τοῦτο δὲ, &c. Sic Pſal. 27. v. 3. Μίαν ᾐτησάμην, *unam petivi* pro unum petivi.

99. Ἡ ξηρὰ, *arida*, pro terra. Hebr. יַבָּשָׁה Geneſ. 1. v. 9. Pſal. 95. v. 5. Matth. 23. v. 15. Περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν,. circumitis mare & aridam, &c.

100. Matthæi 5. v. 22. Ἔνοχος εἰς γέενναν pro τῇ γέεννῃ, εἰς exprimit articulum dativi caſus ל. Vide in Lexico Novi Teſtamenti εἰς & πρὸς.

 101. Acto-

101. Actorum 3. v. 12. Πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτὸν, *qui effecerimus ambulare ipſum.* Vide ſis Lexicum Novi Teſtamenti in ποιέω.

102. Ἐν valet *cum* Epheſ. 6. ℣. 2. Ἐντολὴ ἐν ἐπαγγελίᾳ, *mandatum cum promiſſione*, itemque *propter*. Hebr. 11. v. 2. Ἐν ταύτῃ pro διὰ ταύτην, ſicuti apud Hebræos præpoſitio ב ſæpe accipitur pro בַּעֲבוּר. Exempla vide in Syntaxi præpoſitionum.

103. Ἐις interdum idem eſt quod *per*. 1. Cor. 10. v. 2. Πάντες ἐις τὸν Μωσῆν, (pro διὰ Μωσέως בְּמֹשֶׁה) ἐβαπτίσαντο, *omnes per Moſen baptizati fuerunt.*

104. 2. Corinth. 1. v. 20. Τῷ θεῷ πρὸς δόξαν, Deo ad gloriam, id eſt, ad Dei gloriam. Apocal. 20. v. 1. Σωτηρία τῷ θεῷ, pro τοῦ θεοῦ. Rom 12. v. 19. Ἐμοὶ ἡ ἐκδίκησις, pro ἐμοῦ ἡ ἐκδίκησις, *mea eſt ultio.* Sic *Galli* dicunt, *à qui eſt ceſte maiſon*, pro *cujus eſt illa domus?* Phraſis talis eſt in מִזְמוֹר לְדָוִד. Plura de ל Hebræorum vide *Theſaur. Buxt.* libr. 2. cap. 20.

105. Χεῖλος, εος τὸ eſt propriè *labium*, per *Meton.* Hebr. inſtrumenti *ſermo* 1. Corinth. 14. v. 21. Et per *Metaphoram* Hebraicam *ora* ſeu *littus maris.* Hebr. 11. v. 12.

106. Actor. 8. v. 10. ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Conf. Geneſ. 19. v. 11.

107. 2. Corinth. 4. v. 16. Ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, pro καθεκάστην ἡμέραν, prout *Græc.* loquuntur, *quotidie.* Sic Eſth. 2. v. 11. יוֹם וָיוֹם, *die & die*, hoc eſt, quolibet die.

108. Mat-

108. Matthæi 1. v. 1. Βίβλος γενέσεως, *liber generationis*, Phraſis Hebræa, cujus exemplum extat Geneſ. 5. v. 1. Græcè diceretur, ἡ γενεαλογία, &c.

109. Actor. 5. v. 28. Παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν. Lucæ 22. v. 15. Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα. Matthæi 13. v. 4. Ἀκοῇ ἀκούσετε. Johan. 3. v. 29. Χαρᾷ χαίρειν. Actorum 4. v. 17. Ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα, *minaciter interminemur*. Et cap. 23. v. 14. Ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτοὺς, *devotione devovimus nos*. Jac. 5. v. 17. Προσευχῇ προσηύξατο, *ardentiſſimè oravit*.

110. Hebr. 6. v. 14. Εὐλογῶν εὐλογήσω σε. Hebr. *benedicendo benedicam tibi. Phraſis* hæc etiam apud Prophanos legitur, ſed rarò, adeo ut hîc dicere liceat, *Ver non una dies, non una reducit hirundo*. Eſt verò in hoc loquendi genere ſingularis ἔμφασις q. d. *certiſſimè*, *veriſſimè* ſeu *mirificè* tibi benedicam, ſeu benedictione ſumma te proſequar. Ἔμφασιν hanc non ſatis licet exprimere.

111. Epheſ. 5. v. 31. Προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα, *adhæreſcet uxori* Hebraiſmus. Ubi πρὸς τὴν γυναῖκα pro τῇ γυναικὶ, ut Matthæi 19. v. 5. Actorum 5. v. 36. Articulus Dativi caſus ל aliquando exprimitur per εἰς, hîc per πρὸς. Coloſſ. 1. v. 2. Εἰς ἑαυτὸν pro ἑαυτῷ, &c.

112. Luc. 20. v. 11. Προσέθετο πέμψαι, *perrexit mittere*. Et cap. 19. v. 11. Προσθεὶς εἶπεν, *pergens* dixit. Sic Geneſ. 38. v. 26. וְלֹא יָסַף עוֹד לְדַעְתָּהּ & non addidit (id eſt, perrexit) cognoſcere illam.

113. Marci 16. v. 2. Τῇ μιᾷ σαββάτων, *die uno*, (id eſt, primo) *hebdomadæ*, prout Hebraiſmum illum explicat ipſe *Marcus* ibidem ℣. 9. Πρώτῃ σαββάτου. Vide Lexicon Nov. Teſtament. in εἷς.

114. Periphraſis *Adverbiorum* interveniente præpoſitione ἐν eſt Hebraica. Actorum 17. v. 31. Ἐν δικαιοσύνῃ, id eſt, δικαίως. Quamvis verò apud Prophanos quoque crebrò legatur hæc Syntaxis ἐν τάχει, pro ταχέως, &c. in Novo tamen Teſtamento (latiori ſignificatu) Hebraiſmum eſſe ſtatuimus.

115. Johan. 17. v. 2. ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον, (pro ἵνα πᾶσιν οὓς δέδωκας αὐτῷ,) ut quotqnot dediſti ei det eis vitam æternam.

Sed hæc hac vice ſufficiant. Ex paucis illis quæ allata ſunt patet, in Græco Novi Teſtamenti textu, non tantùm omnium Dialectorum Græcarum extare exempla, ſed præterea hoc habere peculiare, quòd ſtylus ejus inflexus ſit ad Hebrææ Linguæ indolem, unde iſti, quos obiter attigi, promanârunt Hebraiſmi.

APPENDIX V.

De ACCENTIBUS NOVI TESTAMENTI..

Ad Autorem Epigramma Iohan. Piſcatoris.

EUge juventutem ſic pergito Græca docere,
Scripta ut Apoſtolica diſcere gnava queat.

Lexicon

Lexicon huic Græcum nuper ſpeciale dediſti,
Verbaque Apoſtolicis eruta cuncta libris.
Nunc generalem addis de accentibus obſervandis
Doctrinam, ſine queis ſermo fit inſipidus.
Sanè ex hoc parvo cognoſcitur ecce libello,
Quantam hujus linguæ notitiam teneas.
Ergo te laudet pietatis alumna juventus,
Sedulaque & ſolers hæc tua ſcripta legat.

DE GRÆCIS NOVI TESTAMENTI ACCENTIBUS.

1. ACCENTUS *ab Hebræis dicuntur* טְעָמִים, *hoc eſt, ſapores, quòd oratio ſine iis inſulſa videatur, & inconcinna: unde liquet, notitiam eorum ad exquiſitam Græcarum dictionum pronuntiationem eſſe admodum neceſſariam.*

2. *Et ſacræ* NOVI TESTAMENTI *tabulæ, ab ipſis Apoſtolis Græcè exaratæ tanti à nobis fieri debent, ut, vel minima ejus punctula non prætereunda eſſe, meritò ſtatuamus.*

3. *Nonnulli nimis oſcitanter & mendoſè Græca ediderunt, quorum incuria à Chriſtiano magiſtratu fuiſſet coërcenda. Reip. enim Chriſtianæ maximè intereſt, ut Græcus Nov. Teſtam. textus quàm emendatiſſimis deſcribatur typis. Viri doctiſſimi & Græcarum literarum peritiſſimi vel ab ultimis terris, liberaliſſimis principum ſumptibus eſſent evocandi, qui tam præclaro præeſſent operi. Iudæi ſanctorum Patriarcharum poſteri præpoſteri & fæces ſanctæ illius gentis, hîc (proh dolor) ſua nos*

vincunt induſtria, nulli operæ, nullis parcentes ſumptibus.

4. Accentus Græcè dicitur προσῳδία *ex* πρὸς *ad & ᾠδὴ cantus*, quòd accentu vox veluti accinatur. *Item* τόνος ὁ vocis intentio *à verbo* τείνω tendo. *Fut.* τενῶ. P. τέτακα. *Præt. paſſiv.* τέταμαι. *Præt. med.* τέτονα.

5. Sunt verò accentus tres, acutus ´, gravis `, circumflexus ˜. (Προσῳδία ὀξεῖα, βαρεῖα καὶ περισπωμένη.)

6. Acutus tres occupat ſedes, nempe ſyllabam ultimam, penultimam & antepenultimam. (τὴν λήγουσαν, παραλήγουσαν ἢ προπαραλήγουσαν) ut, Apoc. 17. ℣. 14. Κύριος Κυρίων ἐστί. Gravis afficit ſolam ultimam, Johan. 7. ℣. 24. Μὴ κατ' ὄψιν κρίνετε. *Hîc in* μὴ *eſt accentus gravis.*

7. Circumflexus verò locum habet in ſola ultima & penultima, *ut* Epheſ. 1. ℣. 23. Ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ. *Hîc in* ἐστὶ τὸ *ſunt duo graves; in* σῶμα αὐτοῦ *ſunt duo circumflexi.* Proverb. 1. ℣. 17. Τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ, *diligentes me diligo.*

8. *Excipe hîc* οὗτινος *cujuſnam*, ᾧτινι *cuinam*, οἷστισι *quibuſnam &c. Quæ perinde ac ſi non eſſent compoſita accentum retinent articul.* οὗ ᾧ οἷς, *&c. Sic* τοῖσδεσι *&* τοῖσδεσσι *pro* τοῖσδε.

9. Vocabulum accentu *acuto* in fine notatum vocatur ὀξύτονον (*ex* ὀξὺς εῖα ύ, *Acutus*, *&* τόνος *intentio:) in penultima* παροξύτονον, *Latinè penacutum: in antepenultima* προπαροξύτονον. *Vocabulum gravi in fine notatum vocatur* βαρύτονον (*ex* βαρὺς εῖα ύ.)

10. Vocabulum, quod in ultima circumflexum habet, dicitur περισπώμενον (*pro* περισπαόμενον. Σπάω ῶ traho, flecto, περισπάω circumflecto.) Quod in penultima, προπερισπώμενον.

11. Omnis *acutus* in fine vocis fit *gravis* in orationis contextu, quod ipſum quoque in pronunciatione non eſt negligendum, *ut* Rom. 2. ℣. 16. Θεὸς κρινεῖ τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, *Deus judicabit occulta hominum. Hîc ultima in* Θεὸς, *item* τὰ κρυπτὰ *non ſunt acutè proferenda; ita tamen, ut ſyllaba, in qua eſt accentus, præ aliis audiatur. E contrario* Joh. 20. ℣. 28. ὁ Θεός μου, DEUS meus. *Hîc ultima in* Θεός *eſt acutè & elatè enuntianda.*

12. Quamvis verò omnis *acutus* in fine vocis, in ipſa orationis ſerie abeat in gravem, tamen in fine ſententiæ manet acutus, *ut* 1. Theſſ. 4. ℣. 13. Καθάπερ τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεόν, *ſicut gentes, quæ non noverunt* DEUM. *Hîc ultima in* Θεόν *eſt acutè proferenda.*

13. Accentus ergo *gravis* eſt *acuti* vicarius in contextu, nec eum extra orationis ſeriem uſpiam oſtenderis. *Latiori ſenſu* omnis ſyllaba in fine, quæ non *acuto* aut *circumflexo* notata eſt, dicitur *barytona*. Hinc τύπτω Grammaticis eſt conjugationis barytonæ, quia ultima *gravi* accentu affecta judicatur.

14. Sicut Latini in accentibus penultimæ ſyllabæ, ita Græci ultimæ habere ſolent rationem. *Sic Græcè* εἴδωλον, *Latinè* idólum, *Græcè* παράσιτος, *Latinè* paraſítus, *Græcè* εἰκόνες icones, *Græcè* φιλοσοφία,

σοφία, *Latinè* Philoſóphia. *Græcè* θεολόγος, *Latinè* Theólogus. *Græcè* ναύκληρος, *Latinè* nauclérus. *Græcè* ἐκκλησία, *Latinè* Ecclésia. *Græcè* παράκλητος *Latinè* paraclétus.

15. Dictio Græca unum naturâ habet accentum. Si itaque in ſerie orationis duo occurrant, unus eſt genuinus, alter adventitius.

16. Voculæ tamen ἄτονοι ſunt, εἰ εἰς ἐς ἐν ὁ ἡ ὡς οὐ οὐκ οὐχ ἐκ ἐξ.

17. At in fine cujuſcunque diſtinctionis οὔ accentu acuto notatur, *ut* Matthæi 13. ℣. 29. Ὁ δὲ ἔφη, οὔ. *Ille vero dixit, non: Hic* οὔ *in fine coli acuitur.* Joh. 21. ℣. 5. Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, οὔ. *Reſponderunt ei, non.* Exod. 17. ℣. 7. Εἰ ἔστι Κύριος ἐν ἡμῖν ἢ οὔ; *eſtne* DOMINUS *inter nos, an nòn? Hîc* ἐστι *poſt* εἰ *accentum habet in prima, vide infrà num.* 133.

De ſingulorum verò accentuum ſedibus ſequentes regulæ notentur.

18. Dictio monoſyllaba circumflectitur, *ut* φῶς *pro* φάος *lumen,* νοῦς *pro* νόος *mens,* γῆ *pro* γέα *terra. Sic* σπῶ *ex* σπάω *traho,* πνεῖ *pro* πνέει *flat,* μοῦ *pro* μέο *mei.* Monoſyllaba brevis vel etiam longa (*non contracta*) acuitur, *ut* ὅς *qui,* ἅλς *ſal. At* νῦν *nunc* περισπᾶται, *&* δᾷς *tæda, fax* (*contract. pro* δαΐς) ὀξύνεται.

19. Etiam polyſyllaba circumflectit ſyllabam contractam, *ut* συκῆ *pro* συκέη *ficus* Luc. 13. ℣. 7. Ἡμῶν *pro* ἡμέων *noſtri,* ἡμεῖς *pro* ἡμέες *nos,* ἐμοῦ *pro* ἐμέο *mei, ut Ioniſmus demonſtrat.* Ἀγαπῶ *pro* ἀγαπάω Joh. 4. ℣. 21. Ὁ ἀγαπῶν (*pro* ἀγαπάων) τὸν Θεὸν, ἀγαπᾷ (*pro* ἀγαπάει)

ἀγαπῶν) καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, *qui diligit* DEUM, *diligit etiam fratrem ſuum. At* Epheſ. 5. ℣. 33. *in* ἀγαπάτω *pro* ἀγαπαέτω, *etiamſi* κρᾶσις *ſit*, *α non circumflectitur ob ultimam longam.*

23. Diſſyllaba priorem naturâ longam (*ſi tonum habeant*) ſequente brevi circumflectunt, *ut* σῶμα *corpus*, ἧλος *clavus*, οἶκος *domus*, γλῶσσα *lingua*, τεῖχος *murus*, κρῖνε *judica*, εἶδον *vidi*, οἶδα *novi.*

21. Quædam etiam ἀνωμάλως circumflectunt penultimam longa ſequente, *ut* χοῖνιξ *chœnix* Apocal. 6. ℣. 6. Αὖλαξ *ſulcus*, Φῆλιξ *Felix* Act. 24. ℣. 3. *At* κήρυξ *præco* 1. Tim. 2. ℣. 7. Θώραξ *thorax &c. regulam ſequuntur.*

22. In polyſyllabis ultima exiſtente longâ acuitur penultima, ut cùm brevis eſt, antepenultima, Actor. 5. ℣. 4. οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, *non mentitus es hominibus.* Matth. 27. ℣. 57. Ἄνθρωπος πλούσιος *homo dives.*

23. Excipiuntur hîc 1) genitivi Jonici, ut Αἰνέεω *pro* Αἰνείου. 2) nomina 4. declin. ſimplicium, quæ eſt declinatio Attica, *ut* ἵλεως *miſericors*, *propitius*, *in Genit.* ἵλεω, ἀνίλεως ω *immiſericors*, Jac. 2. ℣. 13. Ἀνώγεων ω τὸ *cœnaculum.* Luc. 22. ℣. 12. ὑπόχρεως ω ὁ *debitor.* 3) Genitivi Attici 2. declin. contractorum, Marc. 5. ℣. 12. Πόλεων *urbium*, Rom. 11. ℣. 33. Γνώσεως *ſcientiæ.* 4) Quædam compoſita 5. declinat. *ſimplicium ut* κλαυσίγελως, φιλόγελως ωτος ὁ *qui facilè ridet*, *qui facetiis delectatur*, *&c.* 5) item alia nonnulla, *ut* ὀλίγος *exiguus*,

ποικίλος

ποικίλος varius, ἐναντίος contrarius, νυμφίος ſponſus, σκορπίος ſcorpius: omniaque Adject. in αλεος ut ἀργαλέος moleſtus, πενθαλέος luctuoſus. 6) verbalia in *έος. Vide infrà* §. 103. 7) Diminutiva in *ίσκος, ut νεανίσκος juvenculus.* 8) verbalia in ος cum nominibus à præt. medio ortis compoſita, quæ, ſi activè capiantur, ſunt *παροξύτονα, ut* Actor. 17. ℣. 18. *σπερμολόγος nugator*, 1. Tim. 1. ℣. 9. Ἀνδροφόνος *homicida*, Lucæ 12. ℣. 42. Οἰκονόμος *domûs altor, qui paſcit ſeu alit familiam, θεολόγος ὁ qui de Deo diſſerit. Sic κληρονόμος hæres, μογιλάλος, qui vix fari poteſt.*

24. Sin paſſivè capiantur, ex regula acuitur antepenultima, *ut*

Ἰχθυοφάγος ὁ ἡ *qui vel quæ piſces edit.*

Ἰχθυόφαγος ὁ ἡ *qui vel quæ vel à piſcibus editur.*

Exceptionem nonnulli obſervant in Pindar. Olymp. Od. 6. (Pag. 109.) ubi λαοτρόφος τιμὴ vocatur honor (τρεφόμενος ὑπὸ τοῦ λαοῦ) nutritus à populo & alicui tributus, vel à populo celebratus. Vide Lexicon Porti *p.* 322. *Alii tamen activè accipiunt & vertunt* honorem populi altorem.

25. Secus ſe habent verbalia in ος cum præpoſitione compoſita, *ut, ἀπόστολος legatus, κατάσκοπος explorator* Hebr. 11. ℣. 31. *Sic κατάλογος enumeratio, διάλογος colloquium.*

26. Diphthongi finales *αι & οι* nulla ſequente conſona, habentur pro brevibus, *ut* Joh. 1. ℣. 32. Τεθέαμαι *vidi*, Actor. 15. ℣. 28. Ἐπιτίθεσθαι *imponere*, Actor. 18. ℣. 15. Οἱ ἔμποροι *mercatores.*

27. Ex-

27. *Excipe* αι *in* 3. *ſing. a.* 1. *act. optativi, idque ad differentiam. a.* 1. *med. imperativi. Verbi gratiâ, ſolo accentu differunt:*

Ποιήσαι 3. *ſing. a.* 1. *act. opt.* faciat.

Ποιῆσαι *a.* 1. *act. infin.* facere.

Πόιησαι 2. *ſing. a.* 1. *med. imperat.* facito.

Sic ad οἴκοι domi, *ad differentiam nominativi, plur.* οἶκοι ædes: *item tertia ſingularis. a.* 2. *act. opt.* εὕροι *non* εὗροι, *ab* εὑρίσκω *invenio.*

28. Particulæ α δυ δυ δι ὁμο ἀρχι ἀντι ὑπο &c. compoſitæ cum nominibus oxytonis accentum retrahunt, *ut* πιςὸς *fidelis*, ἄπιςος *infidelis*, 1. Corinth. 6. ℣. 6. Τακτὸς *ordinatus*, ἄτακτος *inordinatus*, 1. Theſſalon. 5. ℣. 14. Νοητὸς *ſub intelligentiam cadens*, δυσνόητος *difficilis intellectu*, 2. Petr. 3. ℣. 16. ψυχὴ *anima*, δίψυχος *animô duplex*, Jacob. 4. ℣. 8. Ὁμότεχνος *qui eſt ejuſdem artificii* Actor. 18. ℣. 3. Ἀντίχριστος *antichriſtus*, ὕπανδρος ἡ *quæ viro ſubjecta eſt*, Rom. 7. ℣. 2.

29. Item Adjectiva ex duobus Adjectivis compoſita ſunt προπαροξύτονα, *ut* σοφὸς *ſapiens*, φιλόσοφος *ſapientiæ ſtudioſus*, καλὸς *mundus*, φιλόκαλος *munditiei ſtudioſus. At legimus* Actor. 7. ℣. 14. Ἑβδομηκονταπέντε, *ubi accentus manet in penultima*, εὐφωνίας ἕνεκα.

30. Sic ex duobus ſubſtantivis compoſita ναύκληρος ἡ *navis hæres*, δήμαρχος *populi princeps.*

31. Item ex Adjectivis & Subſtantivis compopoſita, *ut* ἑκατόνταρχος ὁ *centurio* Luc. 7. ℣. 6. ubi τοῦ εὐφωνίας ἕνεκα *iteratur. Dicitur enim* ἑκατοντάρχος

pro

pro ἐνϑάδναρχος. Ὀλίγωρος ὁ ἡ *negligens, ex* ὀλίγος *parvus, & ὤρα ας ἡ cura.* Φιλόστοργος *ex* φίλος *deditus, &* στοργὴ ῆς ἡ *amor innatus, & qualis eſſe ſolet inter conſanguineos.* Δεκάλογος *q.d.* δεκαλόγοι *decem verba.* Θεήλατος ὁ ἡ *à Deo immiſſus, pro* θεοέλατος *ubi* ο ε *mutantur in* η.

32. At compoſita cum ὀρὸς οῦ ὁ *cuſtos* ſunt ὀξύτονα, *ut* οἰκουρὸς οῦ ὁ ἡ *domûs cuſtos,* πυλωρὸς *vel* πυλουρὸς οῦ ὁ ἡ *portæ cuſtos, janitor, trix.* Eodem modo ſe habent compoſita cum *Adject.* ἀγωγὸς, *hoc eſt, alliciendi vi præditus, ut* ψυχαγωγὸς *flexanimus,* δημαγωγὸς οῦ ὁ *qui plebem, quæ eſt bellua multorum capitum, ſcit flectere, quò vult,* παιδαγωγὸς *pædagógus, &c.* Item cum nomine ἔργον ου τὸ *opus, ubi* ο ε *contrahuntur in* ου, *ut* ἀγαθουργὸς *pro* ἀγαθοεργὸς *beneficus,* δημιουργὸς *pro* δημιοεργὸς *opifex publicus,* θαυματουργὸς *pro* θαυματοεργὸς, *qui miracula edit,* λειτουργὸς *pro* ληϊτοεργὸς, *publicus miniſter,* συνεργὸς οῦ ὁ. 1. Corinth. cap. 3. *Collega,* ὑπουργὸς *pro* ὑποεργὸς, *adjútor, &c.* Excipe *duo* κακοῦργος (*pro* κακόεργος) *ſceleſtus, &* πανοῦργος (*pro* πανσοῦργος, *quod contractum pro* πανσόεργος, *per Syncopen literæ* ταῦ) *aſtutus.*

33. Secus ſe habent cum præpoſitionibus παρὰ & περὶ compoſita, *ut* πάρεργος *præter opus, ad rem non pertinens,* περίεργος *curioſus, &c.*

Regulam ſequuntur compoſita ex ἔχω in ῦχος vel οχος, *ut* ῥαβδοῦχος ου ὁ, *qui faſces geſtat, lictor q. d.* ὁ ἔχων ῥάβδον, ἡνίοχος ου ὁ *auriga, q. d.* ὁ ἔχων τὴν ἡνίαν, *qui habenas capeſſit.*

34. Nominativi Accentus manet in obliquis, niſi regula generalis impediat, *ut* στεῖρα *ſterilis, q. d.*

στέῤῥα

στεῤῥὰ *firma.* Luc. 1. v. 7. *Genit.* στείρας. *Dativ.* στείρᾳ. *Accuſativ.* στεῖραν. *Vocat.* στεῖρα. *Genitivus & Dativus non retinent circumflexum ob ultimam naturâ longam,* Προφήτης *Propheta,* Genitiv. προφήτου. Luc. 4. v. 24. *Nominat. Plural.* προφῆται. Luc. 10. v. 24. *ex regula, vide* Num. 19. v. 27. Σῦκον οὐ τὸ, *ficus fructus, in* Genit. σύκου *ob ultimam longam,* ῥυτὶς ῥυτίδος *ruga,* ὄρνις ὄρνιθος *avis,* παροψὶς, παροψίδος *pátina.* Matthæi 23. v. 25. Πέλεκυς *ſecuris,* ἀξίνη δίστομος, *in Gen.* πελέκεως, σφραγὶς *ſigillum, in* Genit. σφραγῖδος, *ob penultimam naturâ longam,* μεγιστὰν, ᾶνος, *plural.* μεγιστᾶνες *proceres; Dativ. plural.* μεγιστᾶσι, Marc. 6. v. 21. Accentus hîc ſemper in eodem manet loco, etſi non idem.

35. *At* δεσπότης *herus, in Vocat.* δέσποτα *non* δεσπότα, *prout dicimus* ἐπιστάτης, *in Voc.* ἐπιστάτα, Luc. 5. v. 5. *Sic* μία *una, in* Genit. μιᾶς, *Dativ.* μιᾷ, οὐδεμία *nulla,* οὐδεμιᾶς, οὐδεμιᾷ. *Sic* ἀνὴρ, *vir, levir ſeu mariti frater,* σωτὴρ *ſervator,* πατὴρ *pater, in Vocat.* ὦ ἄνερ, ὦ σῶτερ, ὦ πάτερ, ὦ δᾶερ, *&c. ubi accentus retrahitur. Regulare eſt* μήτηρ, ὦ μῆτερ.

36. Genitivi & Dativi cujuſcunque numeri in declinationibus pariſyllabicis ultimam circumflectunt, ſi in ea accentum habuerint, *ut* μαθητὴς *diſcipulus, Genit.* μαθητοῦ, *Dativ.* μαθητῇ, *Dual.* μαθηταῖν, *Genit. plural.* μαθητῶν, *Dativ.* μαθηταῖς. Τιμὴ *pretium, honor,* ῆς, ῇ, αῖν, ῶν, αῖς. *Sic* ὁδὸς, ὁδοῦ, ὁδῷ. *Dativ.* ὁδοῖν, *plur.* ὁδῶν, ὁδοῖς.

37. Excipe Genitivos ſingulares Atticos quartæ ſimplicium, *ut* Ἀπολλώς, *in Genit.* Ἀπολλώ, *no-*

men viri, 1. Corinth. 1. v. 12. *Sic* νεώς, *templum*, *Genit.* νεώ.

38. Ultima Genitivi pluralis in prima & ſecunda ſimplicium, qualiſcunque etiam fuerit nominativi ſingularis accentus, ſemper circumflectitur, *ut* τράπεζα *menſa*, *Genit. plur.* τραπεζῶν, πολίτης *civis*, *Genit. plur.* πολιτῶν, γλῶσσα *lingua*, *Genit. plur.* γλωσσῶν.

39. Fœminina Adject. ſecundæ ſimplicium, orta à maſculinis tertiæ ſimplicium, genitivum pluralem parem habent ſuo maſculino, *ut* ἅγιος *ſanctus*, ἁγίων, ἡ ἁγία *ſancta*, *Genit. plural.* ἁγίων (*non* ἁγιῶν) *ſanctarum* (*Æolicè diſtinctiùs* ἁγιάων,) *ab* οὗτος αὕτη, *Genit. plur.* τούτων *per omnia genera.*

40. Secus fit in Adjectivis fœm. gen. quorum maſculina ſunt quintæ ſimplicium, *ut* πᾶς *omnis*, παντός, πᾶσα πασῶν, ἅπας *ſimul omnis* ἅπαντος, ἅπασα, *in Genit. plural.* ἁπασῶν, λέγων *dicens*, λέγοντος, *fœm. gen.* λέγουσα, *Genit. plur.* λεγουσῶν.

41. Quintæ Declinationis Genitivi & Dativi diſſyllabi accentum ſortiuntur in ultima: Nominativi verò Accuſativi & Vocativi diſſyllabi in priori, *ut* χεὶρ, *manus*, χειρὸς, χειρὶ, χεῖρα, χείρ, χεῖρε, χειροῖν, χεῖρες, χειρῶν, χερσὶ, χεῖρας, χεῖρες, *ubi obiter nota* χεὶρ *eſſe gen. fœm. in ſingular. & plural. numero: in duali verò etiam gen. maſc.* τὼ χεῖρε, *quia maſcula virtus ex robore manuum & lacertorum imprimis apparet.*

42. Eandem accentus rationem ferè imitantur etiam alia, *ut* ἀνὴρ (*pro Genit.* ἀνέρος) ἀνδρός, *Dat.* ἀνδρὶ,

ἀνδρί, *Accuſ.* ἄνδρα, *Voc.* ἄνερ. *Plur.* ἄνδρες, ἀνδρῶν, ἀνδράσι, ἄνδρας, ἄνδρες. *Sic* πατὴρ, πατρὸς, πατρὶ, *at in Accuſ.* πατέρα *pro* πάτρα, *differentiæ cauſâ, ne videatur nomen* πάτρα ας ἡ *patria. Et* μήτηρ, *mater,* μητρός, μητρί, *at in Accuſ.* μητέρα, *ut diſtinguatur, à nomine* μήτρα ας ἡ *matrix,* γαστὴρ *venter in Accuſat.* γαστέρα *tantùm, ut diſcriminetur à* γάστρα ας ἡ *vas amplum Ventrioſum. Item* γυνὴ, *mulier,* γυναικὸς, γυναικὶ, γυναῖκα, γύναι, *Dual.* γυναῖκε γυναικοῖν, *Plur.* γυναῖκες, γυναικῶν, γυναιξὶ, γυναῖκας, γυναῖκες. Θυγάτηρ *filia,* θυγατρός, θυγατρί, θύγατρα, θύγατερ, *Dual.* θύγατρε, θυγατροῖν, *Plur.* θύγατρες, θυγατρῶν, θυγατράσι θύγατρας, θύγατρες. *Homerus,* θυγατέρα ἥν, *filiam ſuam.*

43. Excipiuntur participia, ὢν *ens,* ὄντος, ὄντι, ὄντα, ὤν, *Dual.* ὄντε, ὄντοιν, *Plur.* ὄντες, ὄντων, οὖσι, ὄντας, ὄντες. *Sic part. a. 2. act.* θεὶς *qui poſuit,* θέντος, στὰς, *qui ſtetit,* στάντος, γνοὺς, *qui cognovit,* γνόντος, δοὺς, *qui dedit,* δόντος, φύς, *qui natus eſt,* φύντος *&c.*

44. Excipiuntur præterea hi Genitivi plurales, πάντων *à nomine* πᾶς *omnis,* παίδων (*pro* παΐδων) *à* παῖς *puer* (*pro quo quoque* πάϊς *dicitur dialyſi Poëtica*) *item* φώτων Jacob. 1. v. 17. *A nomine* φῶς *lumen, ut diſtinguatur à Genit. plural.* φωτῶν *à nomine* φὼς *vir, item* ὤτων *aurium ab* οὖς *auris, ut diſcernatur ab* ὠτὸς οῦ ὁ *quod eſt nomen avis.* Λύκον ὤτων κρατῶ, *lupum auribûs teneo.* Prov. *Sic* τρώων, δμώων, *à nomine* τρὼς *Trojanus,* δμὼς *ſervus, ut diſcernantur à genitivis* τρωῶν, δμωῶν, *quorum Nominativi ſingulares ſunt pariſyllabi.* Τρωὸς οῦ ὁ *Trojanus,* δμωὸς οῦ ὁ *ſervus. Sic* πᾶσι *pro* πασὶ *omnibus, ne videatur fluxiſſe à voce* πάν, πανός *Pan,*

idolum, plur. πᾶνες, πανῶν, πασί. *Sic* κῆρ (*pro* κέαρ αῖ⊙ τὸ) κῆρ⊙ τὸ cor, *ad differentiam vocis* κὴρ κηρὸς ἡ fatum, ἦρ ἦρ⊙ τὸ (*pro* ἔαρ αρ⊙ τὸ) ver, *ob ſolam contractionem.*

45. Excipitur etiam τίς quis, ἐρωτηματικὸν, *hoc eſt*, interrogativum, *quod ſic declinatur:*

Τις quis, τίν⊙, τίνι, τίνα,
τίνε, τίνοιν.
Τίνες, τίνων, τίσι, τίνας.

Johan. 6. v. 68. πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; *ad quemnam abituri eſſemus? item quoties* τίν⊙ *vertitur* cujus *& non* alicujus, *licet non ſit interrogativum reipſa ſed tantùm poteſtate, ut* Johan. 19. v. 24. Λάχωμϑυ περὶ αὐτῦ, τίν⊙ ἔςαι, *ſortiamur de illa, cujus futura ſit.* Joh. 2. v. 25. Τί ἦν *quidnam eſſet.* Johan. 4. v. 10. Καὶ τίς ἐςιν *& quiſnam ſit.* Johan. 6. v. 64. Τίνες εἰσὶν *quinam eſſent,* Luc. 19. v. 15. Τίς τί διεπραγματεύσατο, *quis quid negotiando confeciſſet,* Johann. 12. v. 49. Τί εἴπω καὶ τί λαλήσω *quid dicam, & quid loquar.*

At τὶς aliquis, ἀόριςον indefinitum, ſic declinatur:

Τὶς τινὸς τινὶ τινὰ
τινὲ τινοῖν
τινὲς τινῶν τισὶ τινὰς.

46. *Sic* πῦρ ignis, *in Nominativo plurali* πυρὰ ignes, incendia, *pro* πύρα, *idque neglecto diſcrimine. In cauſa eſt litera* ῥῶ, *ad quam accentus feſtinat. Iliad.* θ. 509. 557. *&c. At* πυρὰ ᾶς ἡ (*Ionicè* ἡ πυρὴ) pyra, rogus ardens. *Iliad.* ψ. 164.

47. Dicitur etiam λᾶον, κρᾶτων, δᾷδων, *quæ contracta ſunt ex* λαάων, κραάτων, δαΐδων, *Nominativis*

nativis λᾶας ᾶος ὁ *lapis*, κέρας ατος τὸ *caput*, δαῒς δαΐδος ἡ *fax* à δαίω *uro*, *quamvis non negem* λᾶς λαὸς ὁ *lapis*, δᾶς δαδὸς ἡ *fax*, κρὰς κρατὸς τὸ *caput*, *flecti etiam inſtar ſuperioris paradigmatis* χεὶρ χειρὸς

48. *Sic* νόος νοῦς, *in Genit.* νόου νοῦ, *Dativ.* νόῳ νῷ, pro quibus *tamen* uſitatiora ſunt τοῦ νοὸς, τῷ νοΐ: *ubi* νοῦς, *in Genitvo & Dativo, degenerat in familiam nominum quintæ ſimplicium.*

49. Vocativus in ες à propriis in ης primæ contractorum, *eſt* προπαροξύτονος, *ut* Σωσθένης, ὦ Σώσθενες. *Vide ſuprà Num.* 23. *Cætera in* ης *retinent accentum Nominativi*, *ut* ἐυσεβὴς ὦ ἐυσεβὲς.

50. Subſtantiva primæ contractorum in ος nunquam accentum habent in fine, *ut* τέλος εος τὸ *finis*, στρῆνος εος τὸ *luxus*, στῆθος εος τὸ *pectus*, ῥάκος εος τὸ *panniculus*, ein lumbe / τεῖχος εος τὸ *murus*, σκεῦος εος τὸ *vas*. *Sic* polyſyllaba ἔλεος ἐλέεος τὸ *miſericordia*, ὄνειδος ὀνείδεος *probrum*, πέλαγος πελάγεος τὸ *profunditas maris*, μέγεθος μεγέθεος τὸ *magnitudo*, Epheſ. 1. v. 19.

51. Omnia nomina in εὺς ſunt ὀξύτονα, *ut* βασιλεὺς έος *vel Atticè* έως *rex*, θρησκεὺς έος ὁ *religioſus*, ἱερεὺς έος ὁ *ſacerdos*.

52. Nomina diminutiva in ιον accentum primorum ſequuntur, *ut* παιδίον ου τὸ *puellulus* (*non* παίδιον) *oritur à Genitivo* παιδὸς, ὠτίον ου τὸ *auricula ab* οὖς ὠτὸς (*pro* ὄτὸς) *auris*, ψωμὸς οῦ ὁ *offa*, *unde eſt* ψωμίον ου τὸ *offula*, Johan. 13. v. 26. *Non dicimus* ψώμιον, *quia derivatur à* ψωμὸς, *quod eſt* ὀξύτονον. *Sic* στρουθὸς οῦ ὁ *paſſer*, *unde eſt* στρουθίον ου τὸ *paſſerculus*, κηρὸς οῦ ὁ *cera*,

 κηρίον

κηρίον ου τὸ *favus, cellula cerea, in qua apes mellificant*, Luc. 24. v. 42. Μόριον ου τὸ *particula, à* μόρος ου ὁ *portio*, κέρας ατος τὸ *cornu*, κεράτιον (*non* κερατίον) ου τὸ *ſiliqua*, Luc. 15. v. 16. Κτῆμα τος τὸ *poſſeſſio*, κτημάτιον (*non* κτηματίον) *poſſeſſiuncula, à Gen.* κτήματος, εἰδύλλιον ου τὸ *tenue carmen, ab* εἶδος εος τὸ *ſpecies, item oda. At* θυγάτριον ου τὸ *filiola*. Matthæi 7. v. 25. *à nomine* θυγάτηρ, *in Genit.* θυγατρός, *accentum nominativi ſequitur, à* βότρυς υος ὁ uva, βοτρύδιον *pro* βοτρύιον, εὐφωνίας ἕνεκα, *interpoſito* δέλτα, uvula Eſaiæ 18. v. 5.

53. Diſcrepant pauca, *ut* σχοινίον ου τὸ *funiculus*, Actor. 27. v. 27. 32. *à* σχοῖνος ου ὁ *funis*, βιβλίον ου τὸ *à* βίβλος ου ἡ *liber*, χωρίον ου τὸ *ager* (*pro* χώριον,) Actorum 1. v. 18. *à nomine* χῶρος ου ὁ *locus*, τεκνίον Galat. 4. v. 19. *à* τέκνον ου τὸ *proles*, νησίον ου τὸ *parva inſula*. Actorum 27. v. 16. *à* νῆσος ου ἡ *inſula*. Κράνον ου τὸ *caput*, κρανίον ου τὸ *calvaria*, πέδον ου τὸ *ſolum*, πεδίον ου τὸ *campus*, φορτίον ου τὸ *onus à* φόρτος ου ὁ. *Sed obiter hîc moneo*, non omnia nomina in ιον eſſe diminutiva. *V. g.* δαιμόνιον ου τὸ, *non eſt diminutivum à* δαίμων ονος ὁ ἡ, *ut videri poſſet, ſed eſt ab Adjectivo* δαιμόνιος, *& ſubintelligitur* πνεῦμα.

54. Diminutiva in άριον ſunt προπαροξύτονα, *ut* παιδάριον *puellulus*, βιβλάριον *libellulus*.

55. Diminutiva in ίσκος, ίλος, ίων ſunt penacuta, *ut* νεανίσκος ου ὁ *adoleſcentulus*, παιδίσκη ης ἡ *ancillula*, ἀνθρωπίσκος ου ὁ *homunculus*, ἀστερίσκος ου ὁ *ſtellula, ab* ἀστήρ έρος ὁ *ſtella*, ναυτίλος *parvus nauta*, μωρίων *ineptulus*.

56. Adje-

56. Adjectiva in εις, εσσα, εν ſunt in Maſcul. & Neutr. Gener. παροξύτονα, ut χαρίεις, εσσα, εν, gratioſus a um, σκιόεις, εσσα, εν, umbroſus a um.

57. Adjectiva in ώδης copiam notant, more Adjectivorum Latinorum in óſus, & ſunt παροξύτονα, ut λιθώδης εος ὁ ἡ, lapidoſus a. θρηνώδης εος ὁ ἡ, luctuoſus a.

58. Adjectiva in ρος α ον ſunt ὀξύτονα, ut αἰσχρὸς ὰ ὸν, turpis, σκληρὸς ὰ ὸν, durus, πονηρὸς ὰ ὸν, malignus a um. Sic alia Adjectiva in ος, ut καθαρὸς, mundus, σοφὸς ſapiens, κακὸς malus. At φίλος amicus, πρᾶος mitis, ἥσυχος quietus, ὠφέλιμος utilis, &c. non habent accentum in ultima.

59. Adjectiva in αιος non ſolent ὀξύνεσθαι, ut ἀρχαῖος αία αῖον antiquus, ἑδραῖος αία αῖον ſtabilis, ἐξαπιναῖος αία αῖον repentinus, βίαιος αία αιον violentus, δίκαιος αία αιον juſtus a um, βέβαιος αία αιον firmus. Sic σπουδαῖος αία αῖον ſtudioſus a um, ἀναγκαῖος αία αῖον neceſſarius a um.

60. Excipiuntur perpauca παλαιὸς ὰ ὸν antiquus a um, κραταιὸς ὰ ὸν robuſtus, γεραιὸς ὰ ὸν ſenex.

61. Gentilia omnia ad unum accentum ſortiuntur in penultima, ut Ἀθηναῖος αία αῖον, Athenienſis, Ῥωμαῖος αία αῖον, Romanenſis vel Romanus a um.

62. Sic ſe etiam habent alia in ος purum, quæ formant fœmininum in α, ut νέος α novus, τέλειος εία ειον, perfectus a um, αἰώνιος αἰωνία. (Hebr. 9. v. 12.) αἰώνιον, æternus a um, σπάνιος α ον, rarus a um, οὐράνιος α ον cæleſtis. Item ἐπίγειος terreſtris,

Ἀχίλλειος *Achilléus*, Ἀριστοτέλειος *Ariſtoteléus*, *non Ariſtotelæus.* Ει *non mutatur in æ ſed e longum.*

63. At ὄγδοος όη οον, *octavus a um*, & ὁλοπαθῆ, *hoc eſt, quæ per omnes caſus patiuntur* κρᾶσιν, *ut* ἁπλόος οῦς, όη ῆ, όον οῦν, *ſimplex*, *item Adjectiva à* nominibus metallorum orta, *ut à* χρυσὸς *aurum*, *eſt* χρύσεος *& contractè* χρυσοῦς *aureus*, χρυσᾶ (*pro* χρύσεα) ἔπη, *aurea carmina*, *à* σίδηρος ου ὁ *ferrum eſt* σιδήρεος *contractè* σιδηροῦς *ferreus*, *in Fœm. Gen.* σιδηρέα *contractè* σιδηρᾶ. Actor. 12. v. 10. Apocal. 2. v. 27. Idque Doricè, *à* χαλκὸς οῦ ὁ *æs*, *eſt* χάλκεος *contractè* χαλκοῦς *æneus*, *ab* ἄργυρος ου ὁ *argentum eſt* ἀργύρεος *contractè* ἀργυροῦς *argenteus*, λίνεος οῦς, έη ῆ, εον οῦν, *lineus a um. Sic* πορφύρεος οῦς *purpureus*, πορφυρέη ῆ, πορφύρεον *contractè* πορφυροῦν, Johan. 19. v. 5. Obiter hîc obſervetur quòd differre videantur χρυσὸς οῦ ὁ & χρυσίον ου τὸ, *quorum illud aurum*, *hoc aureum indicat nummum. Sic* ἄργυρος ου ὁ *argentum &* ἀργύριον ου τὸ *pecunia.*

64. Nomina Subſtantiv. in εῖον locum notare ſolent, & circumflectunt penultimam, *ut* Λυκεῖον ου τὸ *Lycéum*, γυναικεῖον είου τὸ *gynæcéum*, πανδοχεῖον είου τὸ *diverſorium publicum*, Luc. 10. v. 34. Ταμεῖον είου τὸ *conclave*, Marc. 2. v. 19. Μουσεῖον είου *muſéum* (*non muſæum.*)

65. *Item* Nomina in ὼν ῶνος locum notant, *ut* νυμφὼν ῶνος ὁ *ſponſi conclave* Marc. 2. v. 19. Ἀμπελὼν ῶνος ὁ *vinea*, οἰνὼν ῶνος ὁ *cella vinaria*, ἐλαιὼν ῶνος ὁ *olivétum* Actor. 1. v. 12. Κοιτὼν ῶνος ὁ *cubile* Actorum 12. v. 20. Πυλὼν ῶνος ὁ *veſtibulum.*

66. Adje-

66. Adjectiva in ης 1. contract. ſunt ὀξύτονα, *ut* ἀληθὴς έος ὁ ἡ *verus a, in neutr. gener.* τὸ ἀληθὲς *verum,* ψευδὴς έος ὁ ἡ *falſus a, &c. item compoſita in* ης *ut* εὐσεβὴς έος ὁ ἡ *pius a,* νουνεχὴς έος ὁ ἡ *cordatus,* ἐνδεὴς έος ὁ ἡ *indig us a,* ἀδεὴς *metu vacuus q. d.* ἄνευ δέους, εὐφυὴς έος ὁ ἡ *bonæ indolis,* ἐγκρατὴς έος ὁ ἡ *continens,* συγγενὴς έος ὁ ἡ *ſanguine junctus a,* ἀγενὴς έος ὁ ἡ *ignobilis,* εὐγενὴς έος ὁ ἡ *nobilis, generoſus.*

67. Excipe compoſita cum ἦθος εος τὸ *mos, ut* ἀήθης εος ὁ ἡ *inſuetus a,* κακοήθης εος ὁ ἡ *pravis moribus imbutus. Hinc neutr. gen.* κακόηθες εος τὸ *prava & inveterata conſuetudo, item cum* ἀρκέω, αὐτάρκης εος ὁ ἡ *ſufficiens,* ποδάρκης εος ὁ ἡ *pedibus præſtans. Sic* φιλαλήθης εος ὁ ἡ *amans veritatis, &c.*

68. Compoſita cum nomine ἔτος εος τὸ *annus* communitet acuunt ultimam: Atticè verò accentus retrahitur in penultimam, *ut* ἐννεαετὴς εος ὁ ἡ *novennis, qui vel quæ eſt novem aunorum. Atticè* ἐνναέτης ου ὁ, *fœmininum* ἐνναέτις ιδος ἡ, *quæ eſt novem annorum. Sic* διετὴς έος ὁ ἡ *biennis, bimulus a,* Matth. 2. v. 16. ἀπὸ διετοῦς *à bimulo,* τριετὴς *triennis,* ἑπταετὴς, *ſeptennis &c.*

69. Adjectiva in ὺς ſunt ὀξύτονα, quorum fœmininum deſinit in εια neutrum in ύ, *ut* ἡδὺς εια ὺ *ſuavis, in Genit.* ἡδέος ἡδείας ἡδέος, *&c. Eundem ſortiuntur accentum* βαθὺς *profundus,* βραδὺς *tardus, bardus,* βαρὺς *gravis,* γλυκὺς *dulcis,* εὐρὺς *latus,* παχὺς *craſſus,* ταχὺς *celer,* ὠκὺς *velox. Sed ab hiſce degenerat* ἥμισυς *dimidius, in fœm. gen.* ἡμίσεια, *in neutr. gener.* ἥμισυ, λιγὺς *canorus,* λίγεια.

70. Nullus Comparativus & Superlativus eſt *ὀξύτονος*, *ut βελτίων melior, κράτιστος præſtantiſſimus, ὕψιστος altiſſimus.*

71. Adjectiva in ος, orta à Subſtantivis, non ſunt *ὀξύτονα*, *ut σωτήριος ὁ ἡ ſalutaris*. Tit. 2. v. 11. *à σωτὴρ, ſervator, αἰώνιος ὁ ἡ, æternus a, ab αἰὼν ῶνος ὁ, ævum, χρήσιμος ὁ ἡ, utilis, à χρῆσις εως ἡ, uſus. Sic habent ſe quoque Adjectiva pleraque in ος compoſita, ut θεόπνευστος*, 2. Tim. 3. v. 16. *Pleraque dico, quia legimus ἀγακλυτὸς*. Ιλιαδ. ζ. 436. Οδυσ. γ. 388.

72. Subſtantiva in *ία* ab Adjectivis in ος, habent *α* longum, & proinde ſunt penacuta, *ut φιλία ας ἡ amicitia à φίλος amicus, σοφία ας ἡ ſapientia, à σοφὸς ſapiens, κακία ας ἡ malitia à κακὸς malus. In plur. num. etiam manent penacuta, ut θυσία ας ἡ, θυσίαι ῶν αἱ, non θύσιαι, ἐπαγγελία ας ἡ, ἐπαγγελίαι ῶν αἱ, promiſſiones.*

73. At, quæ à Subſtantivis oriuntur non ſunt penacuta, *ut στρατιὰ ᾶς ἡ militia, à στρατὸς οῦ ὁ exercitus, τρυμαλιὰ ᾶς ἡ, foramen, à τρύματος τὸ*, Matthæi 10. *Ἀνθρακιὰ ᾶς ἡ prunarum congeries, à nomine Subſtant. ἄνθραξ ακος ὁ carbo, λαλιὰ ᾶς ἡ loquela, à λάλος loquaculus, καλιὰ ᾶς ἡ nidus, à κᾶλον ου τὸ lignum, πατριὰ ᾶς ἡ familia, à πατὴρ pater, τροχιὰ ᾶς ἡ rotæ veſtigium, à τροχὸς οῦ ὁ rota, παιδιὰ ᾶς ἡ ludus puerorum, à παῖς puer.* Multa tamen ſunt *ἀνάλογα, Euphonia id requirente, ut διδασκαλία doctrina, à διδάσκαλος ου ὁ magiſter, doctor, κοπρεία ας ἡ, ſordes, à κόπρος ου ἡ ſtercus, ἀγγελία ας ἡ res quæ nun-*

tiatur,

tiatur, *ab* ἄγγελος ὁ *nuntius*, λειτουργία ας ἡ *miniſterium publicum*, *à* λειτουργὸς ὁ *publicus miniſter*.

74. Eodem modo ſe habent Subſtantiva in ότης, orta ab Actjectiv. in ος, *ut* αἰσχρότης ητος ἡ *turpitudo*, *ab* αἰσχρὸς ὰ ὸν *turpis*. *At* ἁδρότης ῆτος ἡ *plenitudo*, δηϊοτὴς ῆτος ἡ *pugna*, *à* δήϊος *hoſtilis*, *quod à* δαΐω *uro*.

Item deſinentia in ύτης, *ut* πραΰτης ύτητος ἡ *manſuetudo*, 1. Petr. 3. v. 15. Ὀξύτης ητος ἡ *acumen*. *At* βραδυτὴς ῆτος ἡ *tarditas*, *à* βραδὺς *tardus*. 2. Petr. 3. v. 9. Ταχυτὴς ῆτος ἡ *celeritas*, *à* ταχύς.

75. Subſtantiva Fœminina orta Maſculinorum ſuorum accentum imitantur: *cæterîs tamen paribûs*, *ut* λέων *leo*, λέαινα. *Hîc manet accentus in* ἐψιλόν. *Sic* δώτωρ *dator*, δώτειρα, τέκτων *faber*, τέκταινα, γείτων *vicinus*, γείταινα. *Sic* πολίτης ου ὁ *civis mas*, πολῖτις ιδος ἡ *civis fœmina*, οἰκέτης ου ὁ *famulus domeſticus*, οἰκέτις ιδος ἡ *famula*, δοῦλος ου ὁ *ſervus*, δούλη ης ἡ, *ſerva*, προστάτης ου ὁ *patronus*, προστάτις ιδος ἡ *patrona*, ἑταῖρος ου ὁ *ſocius*, ἑταίρα ας ἡ *ſocia*. *At* Jud. 15. v. 2. Συνέταιρος ου ὁ *ſodalis meus & Jud.* 11. v. 37. Συνεταιρὶς ιδος ἡ *ſodalis fœmina*.

76. Cæterîs paribûs, *hoc eſt*, *ita tamen ut cæterarum quoque regularum habeatur ratio V. g.* δεσπότης ου ὁ *herus*, δέσποινα ας ἡ *hera*, ἀρτοπώλης ου ὁ *panum venditor*, ἀρτόπωλις εως ἡ *panum venditrix*, *non* ἀρτοπῶλις, παρακοίτης ου ὁ *maritus*, παράκοιτις ιδος ἡ *uxor*.

77. Subſtantiva in ον tertiæ ſimplicium *non ſunt* ὀξύτονα, *ut* δένδρον ου τὸ *arbor*, ξύλον ου τὸ *lignum*, δεῖπνον ου τὸ *cœna*. *Excipe* ὠὸν οῦ τὸ ovum, *ut diſtinguatur*, *ab* ᾦον ου τὸ *ſuperior pars domus*.

78. Sub-

78. Subſtantiva in εια ab Adjectivis in ης habent α breve, & proinde ſunt προπαροξύτονα, *ut* ἀλήθεια είας ἡ *veritas, ab* ἀληθὴς έος ὁ ἡ *verus.* Nomina urbium *in* εια *eandem imitantur flexionem & accentum, ut* Καισάρεια είας ἡ *Cæſaréa,* Αντιόχεια είας ἡ *Antiochía,* Φιλαδέλφεια ας ἡ *Philadelphía,* Σαμάρεια ἡ Samaría. *Alii vitioſè Latinè pronuntiant* Samária *&c. Sic* βασίλεια ας ἡ regina *à* βασιλεύς.

79. Subſtantiva in εία orta à verbis in εύω habent α longum, ideoque ſunt παροξύτονα, *ut* βασιλεία ας ἡ *regnum à* βασιλεύω, *regno vel ſum rex. in plur. nom.* βασιλεῖαι ῶν αἱ *regna,* δουλεία ας ἡ *ſervitutus, à* δουλεύω *ſervio,* προφητεία ας ἡ *prophetia, à* προφητεύω *propheto, in plur. num.* προφητεῖαι ῶν αἱ *prophetiæ, Herod.* θεῖαι προῤῥήσεις.

80. Subſtantiva in οια orta ab Adject. *in* ος *habent* α *breve, ut ab* εὔνος *benevolus, eſt* εὔνοια ας ἡ *benevolentia.*

81. Subſtantiva in ύνη ſunt penacuta, *ut* δικαιοσύνη ης ἡ *juſtitia,* σωφροσύνη *temperantia,* ἀσχημοσύνη ης ἡ *geſtuum turpitudo, à* σχῆμα τος τὸ *geſtus,* Rom. 1. v. 27.

82. Diphthongi ευ & ου finales in Nominibus & Adverbiis circumflectuntur, *ut* ὦ βασιλεῦ, *ô rex,* πανταχοῦ *ubique. At* ἰδοὺ ecce *ad differentiam, a. 2. med. imperat.* ἰδοῦ.

83. Subſtantiva in μα & μων orta à prima perſona Præteriti Paſſivi nunquam ſunt ὀξύτονα, *ut* κρίμα τος τὸ res judicata, *à* κέκριμαι, ῥῆμα τος τὸ *verbum, ab* ἔῤῥημαι, *Atticè* εἴρημαι, *abjecto augmento &*

to & mutato αι *in* α, λεῖμμα τὸ *reliquiæ*, Rom. 11. v. 5. *à prima perſona Præteriti Paſſivi* λέλειμμαι *relictus fui*, *verbi* λείπω *linquo*, *abjecto* λε *& mutato* αι *in* α, γνώμων ονος ὁ *gnomon*, *ſtylus horas indicans*, *ab* ἔγνωσμαι, *ubi* σῖγμα *abjicitur*, εὐφωνίας ἕνεκα.

84. At verbalia in μος à prima perſona Præteriti Paſſivi ſunt omnia ὀξύτονα, *ut* ψαλμὸς οῦ ὁ, *Pſalmus*, *ab* ἔψαλμαι *verbi* ψάλλω, ἐπισιτισμὸς οῦ ὁ *cibaria*, Lucæ 9. v. 12. ὑπογραμμὸς οῦ ὁ *exemplum*. *Quædam* εὐφωνίας ἕνεκα θ *interponunt*, *ut* κλαυθμὸς οῦ ὁ *fletus pro* κλαυμὸς, *à* κλαίω *in Fut.* κλαύσω. *Sic* βαθμὸς οῦ ὁ *gradus*, κινηθμὸς οῦ ὁ *motus*.

65. Sic quoque nomina verbalia in μη ſe habent, *ut* γραμμὴ ῆς ἡ *linea*, στιγμὴ ῆς ἡ *punctum*. *At* γνώμη ης ἡ *ſententia*, *decretum*.

86. Subſtantiva in ις & ια, orta à ſecunda perſona Præteriti Paſſivi, nunquam ſunt ὀξύτονα, *ut* κρίσις εως ἡ, actus judicandi, κλισία ας ἡ *diſcubitus*, Lucæ 9. v. 14. Θυσία ας ἡ *ſacrificium*, γνῶσις εως ἡ *notitia*, ἀγνωσία ας ἡ *ignorantia*, δοκιμασία ας ἡ *probatio*.

87. Nomina verbalia in τος, orta à tertia Singulari Præteriti Paſſivi, paſſivè capiuntur & ſemper ſunt ὀξύτονα, *ut* ὁρατὸς *viſibilis*, *ab* ἑώραται, ποιητὸς *factus*, *à* πεποίηται, διδακτὸς *doctus*, Johann. 6. v. 45. *à* δεδίδακται, εὐλογητὸς. *benedictus ab* εὐλόγηται *vel Atticè* εὐλόγηται. Excipe 1.) compoſita pleraque, *ut* ἀπόβλητος *rejectaneus*, 1. Tim. 4. v. 4. ἀπόδεκτος *acceptus*, 1. Tim. 2. v. 3. Εὐπρόσδεκτος *idem*,

idem, Rom. 15. v. 31. Παράκλητος ου ὁ, *Advocatus*. 2. Nomina propria virorum, *idque differentiæ cauſâ, V. g.* πιτὸς honoratus, *at, quum tribuitur viro, ſcribitur* πίτος. Galat. 2. v. 3. *Sic* ἐραστὸς dilectus, *at, quum viro tribuitur, accentus retrahitur* ἔραστος, Rom. 16. v. 23.

88. *Item* omnia Adjectiva in ικος hinc orta activè capiuntur, & ſunt ὀξύτονα, *ut* ποιητικὸς *factivus*, *à* ποιητὸς, διδακτικὸς, *aptus ad docendum*, *à* διδακτὸς. Hunc accentum imitantur etiam alia in ικος, *ut* μουσικὸς *canendi peritus*, γραμματικὸς *ſcribendi gnarus*, μνημονικὸς *memor*, λειτουργικὸς *miniſtratorius*, Hebr. 1. v. 14.

89. Verbalia in της ſunt ὀξύτονα, *ut* αὐλητὴς οῦ ὁ *tibicen*, κριτὴς οῦ ὁ *judex*, μαθητὴς οῦ ὁ *diſcipulus*, μιμητὴς οῦ ὁ *imitator*.

Verbalia in της *à verbis in* μι *ſunt penacuta, ut* θέτης ου ὁ *poſitor*, νομοθέτης ου ὁ *legiſlator*, προφήτης ου ὁ *Propheta*, γνώστης ου ὁ *cognitor*, *tanquam à* γνῶμι, ἀναγνώστης ου ὁ *lector*, καρδιογνώστης ου ὁ *cordium ſcrutator*.

Diphthongus in ψεύστης, *retinet accentum in penultima*.

90. Verbalia in τηρ ad unum (*hoc eſt, nullo excepto*) ſunt ὀξύτονα, *ut* χαρακτὴρ ῆρος ὁ *character*, Hebr. 1. v. 3. Στατὴρ ῆρος ὁ *ſtater*, (*genus numiſmatis*) Matth. 17. v. 27.

91. Verbalia in τωρ ſunt penacuta, *ut* κτήτωρ ορος ὁ *poſſeſſor*, ῥήτωρ ορος ὁ *rhetor*.

92. Verbalia in τηριον & τρον nunquam habent accentum in ultima, *ut* θυσιαστήριον ου τὸ *altare*, μυστήριον

ϛήϱιον ȣ τὸ, *myſterium*, οἰκητήϱιον ȣ τὸ, *habitaculum*, 2. Corinth. 2. v. 5. Ἀκϱοατήϱιον ȣ τὸ, *auditorium*, ποτήϱιον ȣ τὸ *poculum*, 1. Corinth. 10. v. 16. Κάτοπτϱον ȣ τὸ *ſpeculum*, κϱιτήϱιον ȣ τὸ *tribúnal*, δίδακτϱον ȣ τὸ *merces, quæ datur docenti*, λύτϱον ȣ τὸ *pecunia, quam damus pro redimendo captivo tempore belli. Sic* ἀντίλυτϱον ȣ τὸ *idem*, σῶϛϱον ȣ τὸ *quod damus ei, qui nos ſervavit*, νόμιϛϱον ȣ τὸ *quod damus ei, qui noſtra bajulavit*, ἀμφίβληϛϱον ȣ τὸ, *verriculum, rete quod utrinque jacitur. At* λȣτϱὸν ȣ τὸ lavacrum, *differentiæ cauſâ*, λȣ̃τϱον ȣ τὸ *enim ſignificat aquam ſordidam, quâ quis ſe lavit. Aliquando* σῖγμα *additur, ut in* ἀμφίβληϛϱον, *aliquando tollitur, ut in verbali* γνώμη *ab* ἔγνωσμαι, *de quo ſuprà num.* 83. *quarum ſubtilitatum Grammaticarum optimus magiſter eſt uſus, prout Poëta ſcripſit*,

Solus & artifices qui facit, uſus erit.

93. Subſtantiva verbalia in ος à præterito medio orta accentum non habent in fine, *ut* λόγος ȣ ὁ *ſermo, à* λέλογα, δόμος ȣ ὁ *domus, à* δέδομα, τόμος ȣ ὁ *ſectio, à* τέτομα *ſecui, verbi* τέμνω *ſeco*, ἄγγελος ȣ ὁ *Angelus, à Præterit. Med.* ἤγγελα. *At* σκοπὸς ȣ̃ ὁ *meta, ad quam collimamus, ab* ἔσκοπα *verbi* σκέπτομαι *diſpicio.* Raró ſunt prim. contractorum, *ut* ψύχος εος τὸ *frigus, ab* ἔψυχα *verbi* ψύχω, *refrigero.*

94. Excipiuntur quæ differunt, *ut* τϱόχος ȣ ὁ, *curſus*, τϱοχὸς ȣ̃ ὁ, *rota.* Jacob. 3. v. 6. *à* Τέτϱοχα, *pro quo uſitatum eſt* δέδϱομα, *unde etiam* δϱόμος ȣ ὁ, *curſus*, πϱόδϱομος ȣ ὁ ἡ *anteambulo, præcurſor*, τϱό-

φος

φ@ ȣ ὁ qui alitur, *τροφὸς ȣ ὁ ἡ altor*, *nutrix*, *τόμ@ ȣ ὁ ſectio*, *pars*, *at τομὸς ἡ ὸν penetrans.* Hebr. 4. v. 12. Nota. Accentus eſt in fine eorum verbalium, quæ activè capiuntur.

95. Adjectiva contra ſunt *ὀξύτονα*, *ut λοιπὸς ἡ ὸν reliquus*, *à Præt. med. λέλοιπα.*

96. Verbalia in *η* & *α*, à Præterito medio orta, ſunt *ὀξύτονα*, *ut τομὴ ῆς ἡ ſectio*, *στολὴ ῆς ἡ veſtis*, *ῥιπὴ ῆς ἡ jactus*, *à ῥίπτω Præt. med. ἔῤῥιπα*, *τρυφὴ ῆς ἡ deliciæ*, *à Præt. med. τέτρυφα*, *verbi θρύπτω frango*, *ᾠδὴ* (*pro ἀοιδὴ*) *ῆς ἡ cantus*, *à Præt. med. ἤοιδα*, *quod eſt ab ἀείδω*, *σπονδὴ ῆς ἡ fedus*, *ab ἔσπονδα verbi σπένδω libo*, *σπορὰ ᾶς ἡ ſatio*, *à Præt. med. ἔσπορα ſevi*, *διαφορὰ ᾶς ἡ differentia*, *à διαφέρω*, (*tanquam à Præt. med. διαπέφορα*, *quod non eſt uſitatum*) *φθορὰ ᾶς ἡ corruptio*, 1. Corinth. 15. v. 42. *à Præt. med. ἔφθορα verbi φθείρω. At βλάβη ης ἡ damnum*, *à βλάπτω*, *κάπη ης ἡ præſepe*, *à κάπτω edo.*

97. Idem ſæpe obſervatur in verbalibus ortis ab aliis temporibus, ut à Præterito activo, *&c. V. g. διδαχὴ ῆς ἡ doctrina*, *à δεδίδαχα docui*, *verbi διδάσκω*, *ταραχὴ ῆς ἡ perturbatio*, *à ταράσσω*, *ἁφὴ ῆς ἡ nexus*, *ab ἧφα verbi ἅπτω apto*, *necto. At σκάφη ης ἡ ſcapha*, *differentiæ cauſâ. Nam σκαφὴ ῆς ἡ effoſſio. Sic δόξα ης ἡ opinio*, *gloria*, *eſt ab Aorſt. prim. ἔδοξα putavi*, *verbi δοκέω ῶ*, *θήκη ης ἡ ab Aorſt. prim. Activ. ἔθηκα*, *γένος à γένω*, *pro quo uſitatum γείνομαι*, *νέμος τὸ nemus*, *à νέμω.*

98. Præterita & Aoriſta tempora diſſyllaba priorî longâ ſervant accentum eundem in compo-

ſitis,

ſitis, *ut*, εἶπον *dixi*, προεῖπον *prædixi*, ἧκα *miſi*, συνῆκα *intellexi*, ἧφα *nexui*, καθῆφα *attigi*, ἵγμαι (*ab* ἱκνῦμαι *pervenio*) ἐφῖγμαι. *Sic in Præſ. Infinit.* κεῖσθαι *jacere*, ἐπικεῖσθαι *incumbere*, θεῖναι *ponere*, προσθεῖναι *apponere*, περιέχω *comprehendo Aoriſt. 2.* περιέχον, ἐπάγω *in Aoriſt. 1. Act.* ἐπῆξα, *etiam diſcriminis cauſâ, ne confundatur cum* ἔπηξα *à verbo* πήγνυμι. *At* οἶδα *novi*, σύνοιδα *conſcius ſum.*

99. Neutra Participia ſedem retinent accentus Maſculini, *ut* ἀγιάζον (*non* ἁγίαζον *juxta num.* 23.) *ab* ἁγιάζων, Matth. 19. v. 23. Πῦρ καταναλίσκον *ignis conſumens*, Hebr. 12. v. 29. Ὡς κύμβαλον ἀλαλάζον, *ut cymbalum tinniens*, 1. Corinth. 12. v. 1. Τὸ ἐπιβάλλον μέρος, Luc. 15. v. 12. *partem mihi competentem*, Actor. 26. v. 7. Λατρεῦον *à maſculino* λατρεύων, *Ibid.* ℣. 13. φῶς περιλάμψαν, Apoc. 11. v. 7. Ἀναβαῖνον, Luc. 11. v. 24. Τὸ εὑρίσκον. *Sic* τὸ γηράσκον *ſeneſcens*, Hebr. 8. v. 13. Τὸ καθῆκον *quod convenit*, Actor. 22. v. 22. Ἄρσεν διανοῖγον μήτραν *mas aperiens matricem*, Luc. 2. v. 23.

100. Omnis Imperativus accentum habet in antepenultima, ſi eam habeat; ſecus in penultima, *ut*, 1. Tim. 6. v. 11. φεῦγε *fuge*, 1. Tim. 4. v. 16. Ἔπεχε σεαυτῷ *intentus eſto tibi*, ἐπίμενε αὐτοῖς, *permane in iis*, Johan. 8. v. 11. Μηκέτι ἁμάρτανε, *ne pecca ampliùs*, Luc. 6. v. 30. Μὴ ἀπαίτει (*pro* ἀπαίτεε) *ne repétito.* Excipiuntur quinque activa, εἰπὲ *dic* (*ad differentiam* εἶπε *dixit*) λαβὲ *cape*, *ne videatur* λάβε *pro* ἔλαβε, εὑρὲ *inveni*, *ne accipiatur pro* εὗρε *invénit*, ἰδὲ *vide*, *ad differentiam* ἴδε *vidit pro* εἶδε (*quam-*

vis in Nov. Teſtam. ſemper legamus ἴδε *ecce*, Rom. 2. ℣. 17. &c. *tanquam adverbium*) ἐλθὲ *veni*, *item* omnia Aoriſt. ſecund. Med. Imperativi γενοῦ ἔσθω *eſto*.

101. Participia Præterit. Activ. ſunt ὀξύτονα, *ut* ἡμαρτηκὼς ὄντος ὁ, *qui peccavit* Geneſ. 44. ℣. 32. *In fœmin. gener.* ἡμαρτηκυῖα υἱας, *in neutro gener.* ἡμαρτηκὸς ὄντος.

102. Participia Præteriti Paſſivi ſunt penacuta, *ut* κεκορεσμένος *ſaturatus*, βεβλημένος *projectus*.

103. *Item verbalia deſinentia in* έος, *ut* βλητέος *conjiciendus*, Marc. 2. v. 22. φευκτέον *fugiendum*. *Vide ſupra* §. 23.

104. *Sed ut multa paucîs complectar*, quiſquis cupit in accentuum doctrina expeditus eſſe & certus, declinationes & conjugationes exactè diſcat. *Eſt enim perpetua & conſtans ſua ſingularum vocum* ἀναλογία.

105. Adverbia accentum primorum ſequuntur, *ut* θεόθεν *divinitus*, *à* θεός, οὐρανόθεν *cœlitus*, *ab* οὐρανός, ἀγρόθεν *rure*, *ab* ἀγρός, ἐγγύθεν *cóminus*, *ab* ἐγγύς, οἴκοθεν *domo*, (*non* οἰκόθεν) *ab* οἶκος, ἄλλοθεν *aliunde*, *ab* ἄλλος, παιδιόθεν *à pueritia*, *à* παιδίον *puerulus*. Marc. 9. v. 21. θύραζε *foras*, *à* θύρα ας ἡ *janua*. *Sic* Ἀθῆναι ῶν αἱ *Athenæ*, *unde eſt* Ἀθήνηθεν *ex Athenis*, Ἀθήνησι *Athenis*, Ἀθήναζε *Athenas*.

106. Legimus tamen ποντόθεν *è mari à* πόντος, πεδόθεν *è terra à* πέδον ου τὸ *ſolum*, *terra*, κυκλόθεν *undique* Apocal. 4. v. 3. *Sed Budæus* (*vide Theſaurum Stephani*) *ſcribit* κύκλοθεν. *Et veri ſit ſimile*, *culpa eo-*

rum qui à manu fuerunt, menda ejuſmodi irrepſiſſe, ut jam putemus legendum ποντόθεν, pro πάντοθεν & κυκλόθεν, pro κύκλοθεν, πάντοθεν undique tanquam à genit. plur. πάντων.

107. Adverbia in ως formantur à Genitivo plurali, mutato ων in ως, ut σοφῶς ſapienter, à σοφὸς in Genit. plur. σοφῶν, ῥητῶς diſertè, à ῥητῶν, ἐπισταμένως peritè, ab ἐπισταμένων, φειδομένως parcè, à φειδομένων, verbi φείδομαι parco. Sic οὐσιώδης εος ὁ ἡ in Genit. plur. οὐσιωδέων ῶν, unde eſt οὐσιωδῶς eſſentialiter, κεφαλαιώδης εος ὁ ἡ ſummarius, Genit. plur. κεφαλαιωδέων ῶν, unde eſt κεφαλαιωδῶς ſummatim. Ab hac itaque regula deflectunt, qui ſcribunt ἀνάγκως pro ἀναγκῶς, φιλαλήθως pro φιλαληθῶς.

108. Adverbia in ιστι deſinentia ſunt ὀξύτονα, ut πανστρατὶ cum toto exercitu, πανοικὶ cum tota domo, ἀθεεὶ ſine Deo, αὐτολεξεὶ iiſdem verbîs, αὐθωρεὶ eádem hora, παμπληθεὶ univerſa turba. Luc. 23. v. 18. Sic Ἑβραϊστὶ Hebraicè, Ἑλληνιστὶ Græcè, Ῥωμαϊστὶ Latinè, Johan. 19. v. 20. At ab ἀντὶ eſt ἔναντι, Luc. 1. v. 8. Et ἀπέναντι, Actorum 3. v. 16. coram. Nomen tamen hinc ortum ἐναντίος contrarius retinet accentum ſui Thematis.

109. Adverbia quantitatis in άκις ſunt penacuta, ut δισσάκις bis, τετράκις quater, πεντάκις quinquies, ἑξάκις ſexies, ἑπτάκις ſepties, ὀλιγάκις raro, πολλάκις, etiam poſt Æolicam apocopen τοῦ σ, πολλάκι ſæpe. Ὁσάκις quoties, ἀόριστοι, ποσάκις quoties? ἐρωτηματικόν.

110. Adverbia in δὸν ſunt ὀξύτονα, *ut* ὁμοθυμαδὸν *unanimiter*, ῥοιζηδὸν *cum ſtridore*, ἀγεληδὸν *gregatim*, κυνηδὸν *more canino.*

111. Adverbia in δην deſinentia ſunt παροξύτονα, *ut* διαῤῥήδην *diſertè*, συλλήβδην *comprehenſim*, ἄρδην *penitus*, *ab* ἄιρω *tollo.*

112. Præpoſitiones biſyllabæ accentum in fine habent, *ut* ἀπὸ *à, ab*, παρὰ *apud, præter*, ἐνὶ *Poëticè pro* ἐν, ἔνι *verò pro* ἔνεσι, μέτα *pro* μέτεσι, πάρα *pro* πάρεσι *adeſt.*

113. Præpoſitiones immediatè poſtpoſitæ caſui, quem regunt, accentum retrahunt in primam, *ut* εἰρήνης πέρι *de pace, pro* περὶ εἰρήνης. Ἀνὰ *tamen &* διὰ *differentiæ cauſâ retinent, ne* δία *videri poſſit eſſe Accuſativus à* Ζεὺς, *&* ἄνα *Vocativus ab* ἄναξ *rex. Dico* immediatè. *V. g.* Actor. 13. v. 23. Τούτου Θεὸς ἀπὸ τοῦ σπέρματος, *ex hujus ſemine Deus, ubi* ἀπὸ *accentum retinet in fine, quia caſus Genitivus non præcedit immediatè.*

114. Ὑφὲν inſtar makkaph Hebraici præcedentem dictionem naturâ ἔντονον accentu deſtituit, *ut* ἀειπαρθένος virgo. *Epitheton beatæ virginis Mariæ. Scilicet per* ὑφὲν *q. d.* ὑφ᾽ ἓν ſub unum, *duæ voces coaleſcunt in unam, & proinde quoque tanquam una vox uno duntaxat accentu proferuntur.*

115. Syntaxi (*ceu Compoſitione*) quandoque fit, ut plures dictiones coaleſcant veluti in unam, *unde, quorundam nativo abjecto accentu, unus tantùm manet in præcipua dictione, ut* τουτέσι, *hoc eſt,* τοκαταρχὰς *in principio,* τοτελευταῖον *poſtremò,* τοκαθη-

μέραν

μέραν *quotidie*, πρωΐ *mane. Quamvis etiam ſcribatur* τὸ πρωΐ, τὸ καθημέραν & *pro* καθημέραν καθ' ἡμέραν; &c. *Sic pro* τοῖοσδε *ſcribitur* τοιόσδε *abjectô circumflexô*, *pro* τοίασδε τοιᾶσδε, 2. Petr. 1. v. 17. Διὸ *pro* δι' ὃ *quapropter. Idque fit* τῆς ταχυγραφίας ἕνεκα.

116. *Ad extremum quum* dictiones encliticæ, *ut vocant, negotium faceſſant tironibus, iſtæ quoque enodandæ ſunt tricæ, ut prima fronte tam de vera accentuum ſede, quàm de mendoſis accentibus ferre poſſimus judicium.*

117. Dictiones verò Encliticæ ſunt *ſequentes.*

Ex articulo, & *Poëticè* τεῦ *pro indefinito* τινὸς, *alicujus*, τῷ *pro* τινὶ *alicui.*

Ex nomine τὶς τὶ *aliquis, per omnes caſus, vide ſupra num.* 47.

Ex pronomine μοῦ, μεῦ, *mei*, μοὶ *mihi*, μὲ *me. At* ἐγὼ ἐμοῦ ἐμὲ *encliticis non ſunt accenſenda. Sic* σοῦ (τεῦ σεῦ) *tui*, σοὶ *tibi Doricè* τοι, σὲ *Doricè* τέ. *At* σὺ τὺ *ſicut &* τέο *non patiuntur* ἔγκλισιν. *Sic* οὗ (ἕυ ἕο) *ſui*, οἱ *ſibi*, ἑ *ſe*, σφὲ σφωὲ σφῷ *tertiæ perſonæ. Nam* σφῷ *ſecundæ perſonæ non eſt encliticum, in plur. num.* σφίσι & σφὶν, *ſeu* σφὶ *pro* σφίσι, *ut &* σφᾶς *pro* σφέας & ψὲ *pro* σφέ. *His adde Poëtica pronomina* μὶν & νὶν *pro* ἑ *vel* αὐτόν.

118. Ex verbis ſunt enclitica, εἰμὶ *ſum*, ἐσὶ *es*, ἐστὶ *eſt*, ἐσμὲν *ſumus*, ἐστὲ *eſtis*, εἰσὶ *ſunt. Sic* φημὶ *inquam*, φησὶ *ait*, φαμὲν *dicimus*, φατὲ *dicitis*, φασὶ *Doricè* φαντὶ *ajunt, inquiunt, ubi ſecundæ ſingu-*

lares εἷς *vel* εἶ *es*, *&* φῂς *ais*, *per* ῄς *acutum* (*ut diſſerat*, *à ſecund. ſingular. Aoriſti* 2. *Activi* φῆς *pro* ἔφης *dixiſti*) *non patiuntur* ἔγκλισιν.

119. Ex Adverbiis πῶς *quodammodo*, πω *adhuc*, *dum*, πῆ *alicubi*, πȣ *uſpiam*, *circiter*, *& alia id genus*, *quando non ſunt interrogativa*, *ſed indefinita. Item* πυθὲν πυθὲ *alicunde*, *aliquando*, *Ariſtot.* 3. *pol. cap.* 11. πυθὶ *alicubi*, ποτὲ *aliquando*.

120. Ex conjunctionibus *multæ ſunt encliticæ*, *& quandoque* μόρια συμπληρωματικὰ, *hoc eſt*, *particulæ expletivæ*, *ut* τὲ *&* γὲ quidem, πὲρ quamvis *poſtpoſitum participio*; κὲ κὲν *dictiunculæ potentiales*: *in proſa reſpondent* τῷ ἄν, ῥα facile, νὺ nunc, θὴν quidem; *ſunt ſæpe expletivæ particulæ. Huc pertinet* δὲ *Accuſativo poſtpoſitum*, *ubi valet* ad *& eſt dictio enclitica.*

REGULÆ.

121. 1.) DIctio enclitica rejicit accentum in ultimam præcedentis vocabuli proparoxytoni, *quem tamen adventitium accentum molliuſculè eſſe enuntiandum*, εὐφωνία *ſuadet.* Marc. 11. v. 30. ἀποκρίθητέ μοι *reſpondete mihi.* Rom. 2. v. 19. Πέποιθάς τε *fidiſque.* Rom. 3. v. 3. Ἠπίστησάν τινες, *increduli fuerunt quidam.* Σȣ̃ tui *non reponit proprium ſeu nativum accentum*, (*vide ſuprà num.* 17.) *ſed acutum. Idem fit in* μȣ̃ *mei*, ȣ̃ *ſui. Cauſa eſt* ἡ εὐφωνία. *Vltima enim ſyllaba*, *in quam hæc dictio enclitica rejicit talem accentum*, *prorſus averſatur circumflexum. Vbicunque enim circumflexus eſt*, χρόνον *notare ſolet*, *aut*

ſaltem

ſaltem quantitatem longam, quorum neutrum hîc locum habet, & præterea moram requirit, Johann. 17. v. 11. Ἐν τῷ ὀνόματί σου, *in nomine tuo,* Coloſſ. 4. v. 18. Μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν, *memores eſtote vinculorum meorum,* Luc. 4. v. 7. Ἐνώπιόν μου, *coram me.*

122. 2.) Dictio enclitica monoſyllaba amittit accentum præcedente vocabulo paroxytono: diſſyllaba contrà retinet, *ut* Johan. 4. v. 16. φώνησον τὸν ἄνδρα σου, *voca maritum tuum,* Johann. 7. v. 27. Πόθεν ἐστὶν *unde ſit,* Johan. 15. v. 14. φίλοι μου ἐστὲ *amici mei eſtis. Hîc* μου *amittit accentum,* ἐστὲ *verò retinet in fine.* Johann. 14. v. 19. Ὁ κόσμος με οὐκ ἔτι θεωρεῖ, *mundus me non ampliùs conſpiciet.* Johann. 22. v. 18. Ἄλλος ζώσει σε, *alius cinget te,* Johan. 22. v. 22. Σὺ ἀκολούθει μοι, *tu ſequere me,* Luc. 22. v. 35. Ὅντος μου μεθ' ὑμῶν, *quum eſſem vobiſcum,* Actorum 5. v. 2. Μέρος τι *partem quandam.* Actor. 16. v. 16. Παιδίσκην τινὰ *puellam quandam.* Rom. 7. v. 9. Ἐγὼ ἔζων χωρὶς νόμου ποτὲ, *ego vivus eram ſine lege quondam.* Rom. 8. v. 16. Ὅτι ἐσμὲν τέκνα, *quòd ſimus filii Dei.* Rom. 14. v. 8. Τοῦ Κυρίου ἐσμὲν, *Domini ſumus.* Hebræ 12. v. 8. Ἄρα νόθοι ἐστὲ *nempe ſpurii eſtis.* Jac. 3. v. 5. Ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ, *lingua parvum membrum eſt.* 2. Petr. 1. v. 13. Ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι, *quamdiu ſum in hoc tabernaculo.* 1. Cor. 3. v. 20. Ὅτι εἰσὶ μάταιοι, *quòd vani ſint.* Quidam hîc τὶς τὶ excipiunt, *ut* Johan. 2. v. 25. Ἵνα τὶς μαρτυρήσῃ, *ut aliquis teſtaretur. Confer Græcos interpretes Vet. Teſtam.* Exod. 22. v. 5, 16. Deut. 22. v. 13. 1. Sam. 10. v. 12. Prov. 6. v. 27. &c.

 123. 3.) Præ-

123. 3.) Præcedente vocabulo oxytono dictio enclitica quæcunque accentum prorſus amittit, *ut* Luc. 5. v. 21. Τίς ἐστιν οὗτος. *Quis eſt iſte?* Luc. 10. v. 13. Οὐαί σοι, *væ tibi.* Johan. 19. v. 21. Βασιλεύς εἰμι, *rex ſum.* Joh. 20. v. 23. Ἄν τινων ἀφῆτε, *ſi quorum remiſeritis.* Act. 10. v. 4. Τί ἐστι κύριε; Act. 25. v. 19. Ζητήματα δέ τινα, *quæſtiones verò quaſdam.* 1. Cor. 3. v. 9. Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοὶ, *Dei enim ſumus adminiſtri.* Rom. 1. v. 13. Ἵνα καρπόν τινα σχῶ, *ut fructum aliquem conſequar.* Rom. 4. v. 16. Ὅς ἐστι πατὴρ πάντων, *qui eſt pater omnium.* Luc. 13. v. 10. Καί εἰσι *& ſunt.* Ἐστὶ *quidem poſt* καὶ *(vide infrà) habet accentum in prima, ſed* οὐ εἰσὶ, *&c. alia eſt ratio.*

124. Præcedente dictione ἀτόνῳ (*ſuprà num. 16.*) dictio enclitica in eam accentum ſuum reponit, *ut* Jacob. 1. v. 16. Εἴ τις δοκεῖ, *ſi quis videtur.* Alia tamen eſt ratio adverbii negativi οὐ, οὐκ, poſt quod εἰμὶ, ἐσμὲν, ἐστὲ, εἰσὶ accentum retinent, *ut*, Luc. 18. v. 11. οὐκ ἐσμέν Johann. 15. v. 19. οὐκ ἐστέ. *Scribitur etiam* τουτέστι *tanquam vox unica. Sic poſt* εἰ, 2. Cor. 13. v. 5. Εἰ ἐστὲ *ſi eſtis.*

125. 4.) Præcedente vocabulo properiſpomeno, dictio enclitica accentum ſuum reponit in ejus ultimam, Matth. 27. v. 24. Ἀθῶός εἰμι *innocens ſum.* Rom. 8. v. 14. Οὗτοί εἰσι υἱοὶ Θεοῦ, *hi ſunt filii Dei.* 1. Cor. 12. v. 5. Ἓν σῶμά ἐσμεν, *unum corpus ſumus.* Luc. 1. v. 47. Τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου, *Deo ſervatori meo.* Luc. 1. v. 38. Κατὰ τὸ ῥῆμά σου, *ſecundùm verbum tuum.* Luc. 5. v. 24. Πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου, *abi domum tuam.* 1. Corinth. 12. v. 22. Ἀναγκαῖά ἐστι, *neceſſaria ſunt.*

126. 5.) Præ-

126. 5.) Præcedente verò vocabulo periſpómeno, dictio enclitica quæcunque penitus ſuum amittit accentum, *ut*, Johan. 19. v. 11. Εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον, *niſi tibi datum eſſet*. Johan. 21. v. 15. Ἀγαπᾷς με; *an diligis me?* Actor. 14. v. 15. Ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν. Actor. 22. v. 3. Ὑμεῖς ἐστε *vos eſtis*. Rom. 1. v. 8. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, *gratias ago Deo meo.*

DE SYNENCLITICIS.

127. 6.) Quum complures dictiones encliticæ concurrunt, ex ſequente in præcedentem transfertur accentus, ultima manente nuda ſeu ſine accentu, *ut* Luc. 9. v. 38. Ὅτι μονογενής ἐστί μοι. Luc. 10. v. 29. Τίς ἐστί μου πλησίον; *Quis eſt meus proximus?* Luc. 19. v. 8. Εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, *ſi quid cuipiam per calumniam eripui.* Rom. 3. v. 7. Καθώς φασί τινες, *prout quidam ajunt*. Rom. 13. v. 4. Θεοῦ διάκονός ἐστί σοι εἰς τὸ ἀγαθόν. Gal. 1. v. 7. Εἰ μή τινές εἰσιν. Actor. 18. v. 10. Διότι λαός ἐστί μοι πολύς. *At* Tit. 1. v. 6. Εἴ τις ἐστί, *q.* εἴτις *ſit vox compoſita, & contrà* οὔτινος *quaſi non ſit vox compoſita.*

128. Excipe μοῦ, σοῦ, οὗ, μοὶ, *&c.* Joh. 8. v. 31. μαθηταί μου ἐστέ. Rom. 1. v. 9. Μάρτυς γάρ μοι ἐστὶν ὁ Θεός. Matthæi 3. v. 11. Ἰσχυρότερός μου ἐστίν, *fortior me eſt.* Philipp. 1. v. 8. Μάρτυς γάρ μου ἐστί. Johan. 15. v. 4. Ὑμεῖς φίλοι μου ἐστὲ, *vos amici mei eſtis.* Actor. 9. v. 15. Σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐστὶν οὗτος. Matthæi 18. v. 8. Καλόν σοι ἐστίν. Johann. 19. v. 11. Διὰ τοῦτο ὁ παραδιδούς με σοί, *item* quoties intérvenit diſtinctio quantulacunque, licet non ſemper ſit expreſſa, *ut*

Actor. 9. v. 6. Λαληθήσεταί σοι τί σε δεῖ ποιεῖν. *Hîc poſt* σοι *eſt tacita quædam diſtinctiuncula, ob quam* σοι *ex regula non habet accentum. Sic* Actor. 10. v. 6. Λαλήσει σοι τί σε δεῖ ποιεῖν.

129. Dictiones encliticæ in præpoſitiones præcedentes raro accentum ſuum rejiciunt, idque propter εὐφωνίαν, Lucæ 4. v. 10. Actorum 21. v. 21. περὶ σοῦ *de te.* Johan. 17. v. 5. παρὰ σοὶ *apud te.* Matthæi 18. v. 15. Εἰς σέ. Johann. 13. v. 37. ὑπὲρ σοῦ *pro te.* Actorum 28. v. 22. παρὰ σοῦ *à te.* Lucæ 11. v. 35. & cap. 19. v. 44. Johan. 17. v. 21. Ἐν σοὶ *in te.* Actor. 18. v. 10. Johan. 3. v. 26. Μετὰ σοῦ *tecum.* Actor. 26. v. 3. διὰ σοῦ *per te.* Matth. 5. v. 42. ἀπὸ σοῦ *à te.* Actor. 23. v. 30. Ἐπὶ σοῦ *coram te.* Interdum regulam ſequuntur, Johan. 21. v. 3. Σύν σοι *tecum.* Johann. 17. v. 11. Lucæ 7. v. 20. & cap. 18. v. 16. πρός σε *ad te.* Johan. 6. v. 65. Actorum 22. v. 10. πρός με *ad me.* Luc. 18. v. 9. πρός τινας *ad quoſdam.* Actorum 9. v. 43. παρά τινι *apud quendam.* Quandoque utroque modo ſe habent, *ut* Actor. 13. v. 11. & cap. 19. v. 22. Ἐπί σε, *idque in fine periodi.* At contrà Deut. 28. v. 2. Ἐπὶ σὲ *contra te. Sic* Johan. 21. v. 23. Τί πρὸς σέ; *Quid tua refert? Alii* τί πρός σε;

130. 7) Dictiones encliticæ retinent accentum ſuum ob quinque cauſas, nempe ob εὐφωνίαν, ἔμφασιν, διαφορὰν, παρένθεσιν, & διαστολὴν, hoc eſt, diſtinctionem.

Εὐφωνίας ἕνεκα, Actorum 25. v. 8. Οὔτε εἰς Καίσαρά τι ἥμαρτον, *neque in Cæſarem quicquam peccavi.* *Hîc*

Hîc τι *retinet accentum, quem ſi rejiceret ex regula in ultimam præcedentis dictionis, tàm* κακόφωνον, *quàm obſcurum foret. Vide Editionem Novi Teſtamenti Henrici Stephani emendatiſſimam anni* 1576. *Sic* ἕνεκά μου *dicimus: Ad* Rom. 8. v. 36. Ἕνεκά σου (*pro* ἕνεκα σοῦ) θανατούμεθα, *tua cauſa occidimur.*

Ἐμφάσεως ἕνεκα, Rom. 11. v. 18. Ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ. *Hîc* σε *retinet accentum ob emphaſin*, 1. Timoth. 4. v. 14. Ὃ ἐδόθη σοί, *quod* TIBI *datum eſt. Hic* σοι *retinet accentum ob* ἔμφασιν. 2. Corinth. 11. v. 16. Μή τις μέ δόξῃ ἄφρονα εἶναι, *nequis me putet mente captum.* Μὲ *hic retinet accentum ob* ἔμφασιν.

Διαφορᾶς ἕνεκα, Epheſ. 2. v. 13. Οἵ ποτε ὄντες, *pro* οἵ ποτε ὄντες: *diſcriminis cauſâ, ne quis putet* οἱ *eſſe ex nominativo ſingulari* ὅς, *qui.* 2. Petr. 3. v. 9. Ὥς τινὲς, *&c. non* ὥς τινες, *ne videretur* ὡς *poſitum pro* οὕτως. *Sic* Luc. 14. ℣. 9. Ὅ σε *non* ὅ σε, *ne* ὁ *videretur articulus poſtpoſitivus gen. neutr.*

131. Diſtinctio (ἡ διαστολὴ) facit, ut dictio enclitica ſuum retineat accentum, idque in principio diſtinctionis ſemper, in fine rariſſimè, Lucæ 4. ℣. 6. Σοὶ δώσω *tibi dabo.* Σοὶ *hîc retinet accentum in principio periodi.* Luc. 7. v. 14. Νεανίσκε, σοὶ λέγω, *Adoleſcens* TIBI *dico. Hîc* σοὶ *retinet accentum poſt* κόμμα, *& ob* ἔμφασιν. Matth. 17. v. 4. Σοὶ μίαν, *Ibidem* v. 27. ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ, *pro me & te,* σοῦ *hîc retinet accentum ob finem periodi, nec non* ἔμφασιν. Philipp. 1. v. 15. Τινὲς μὲν, τινὲς δὲ, *alii quidem, alii verò, &c. Hîc utrumque* τινὲς *accentum retinet ob diſtinctionem, unum enim eſt in principio periodi, al-*

terum

terum in principio τ̃ κόμματ☉. Johan. 13. v. 3. Εἰμὶ γὰρ, *ſum enim. Hîc* εἰμὶ *retinet accentum in principio coli.* Lucæ 10. v. 21. Ἔμπροσθέν σου, *hîc* σου *in fine periodi non retinet accentum, ſed rejicit in vocem proximè præcedentem. Sic* Johan. 14. v. 11. Πιστεύετέ μοι, *in fine periodi.*

132. Παρενθέσεως ἕνεκα, Marc. 5. v. 41. Τὸ κοράσιον (σοὶ λέγω) ἔγειραι, *puella, tibi dico, ſurge. Hîc* σοὶ *retinet accentum ob* ἔνδειξιν & παρένθεσιν, *quæ ipſa eſt diſtinctionis ſpecies.* Hebr. 8. v. 5. Ὅρα γὰρ (φησὶ) *vide enim (inquit.) Alii pro parentheſios ſignis hîc habent duo* κόμματα, *ſed res eódem redit.* Marci 2. v. 10. (Λέγει τῷ παραλυτικῷ) σοὶ λέγω, ἔγειραι, *dicit ad paralyticum,* Tibi *dico, ſurge. Confer* Lucæ 5. v. 24. Actor. 26. v. 25.

133. Ἔστι accentum ſortitur in prima ſyllaba, primò in principio ſententiæ, ſive ſit completa, ſive non. Johan. 5. v. 2. Ἔστι δὲ, *eſt verò.* 1. Corinth. 15. v. 44. Ἔστι σῶμα ψυχικὸν καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν. 2. Tim. 4. v. 11. Ἔστι γάρ μοι εὔχρηστ☉, *eſt enim mihi perutilis.* Matth. 13. v. 39. Ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας αὐτὰ, ἐστιν ὁ διάβολ☉, *hoſtis qui ſevit illa zizania, eſt diabolus.* 1. Johan. 5. v. 16. Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον, *eſt peccatum ad mortem.*

134. Deinde ἔστι accentum in prima ſyllaba habet poſt voculas οὐκ ὡς καὶ εἰ ἀλλ' τοῦτ', *ut,* Matth. 10. v. 24. οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, *non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum.* Johann. 1. v. 48. Ἐν ᾧ δόλ☉ οὐκ ἔστι, *in quo non eſt dolus.* Johann. 20. v. 30. Ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα, *quæ non ſunt ſcripta.*

Sic

Sic ἔνι *pro* ἔστι. Jacob. 1. v. 17. Παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, *apud quem non eſt mutatio.* Coloſſ. 3. v. 6. Καὶ ἔστι, *& eſt.* Rom. 10. v. 6. Τοῦτ' ἔστι, *hoc eſt.* 2. Regum 10. v. 24. Ἴδετε εἰ ἔστι μεθ' ὑμῶν (τις) τῶν δούλων Κυρίου; *videte an ſit vobiſcum aliquis ex ſervis* DOMINI. Johan. 7. v. 28. Ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με, *ſed verax eſt, qui miſit me.*

135. Accentus quoque multas diſtinguit voces, *ut* Luc. 4. ℣. 9. Εἰ, εἶ, ſi, es. *Sic differunt* ἡ hæc ἥ quæ, ἦ (*ab* ἠμὶ *pro* φημὶ *per aphæreſin*) dixit, ἦ erat, ᾖ ſit, ᾗ quâ. *Item* ὦ ᾧ, μύριοι decies mille, μυρίοι infiniti. *Diſcrimen eſt inter* ἥ, τε, & hæc. Rom. 1. v. 20. *&* ἥτε quâque, *inter* μόνη ſola *&* μονὴ manſio, Johan. 14. v. 17. Ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν. *Hic differunt* ὃ *&* ὁ. *Sic* ἀλλὰ ſed *&* ἄλλα alia, ὦμος ὁ humerus *&* ὠμὸς crudus, ἐχθρὰ inimica, ἔχθρα inimicitia, εἶσι vadit, *&* εἰσὶ ſunt, κρίνω judico *&* κρινῶ judicabo, στρέβλη ης ἡ tormentum *&* στρεβλὴ ῆς ἡ perverſa, ζωὸν vivum *&* ζῶον animal, κῦδος gloria *&* κύδος probrum, ἐραστὸς amatus, *at* ἔραστος *nomen viri*, Actor. 19. v. 22.

136. Græci virgula ſeu interciſione (*Græc.* διαστολὴ ἡ ὑποδιαστολὴ, Euſtathio χωρισμὸς *dicitur*) multas diſcriminant, quæ virgula reſpondet accentui Hebraico metheg, idque ad vitandam ambiguitatem, *ut*, τό, τε hoc, Actorum 27. v. 5. *differt à* τότε *tunc*, Actorum 27. v. 21. *Sic* ὅ, τε und der Actor. 13. v. 1. Luc. 23, v. 12. *Et* ὅτε quando. Luc. 17. v. 22. *Item* ὅ, τι quod *relativum*, Luc. 10. ℣. 13. *Et* ὅτι quod *conjunctio*, Matthæi 18. v. 28.

ἀπόδος

ἀπόδος μοι ὅ, τι ὀφείλεις. Johan. 2. v. 5. Ὅ, τι ἂν λέγῃ ὑμῖν ποιήσατε, *quicquid dixerit vobis facite.*

137. Sæpe accentus vocabula non diſtinguit, quorum diſcrimen ex ſerie orationis & analyſi Logica eruendum eſt. *Qualia ſunt*, οὗ ubi *&* οὗ cujus, ἦτε eratis *&* ἦτε ſitis, ἐρευνᾶτε inveſtigatis *&* ἐρευνᾶτε inveſtigate. Johann. 5. v. 39. Γινώσκουσι cognoſcunt *&* Rom. 7. v. 1. Γινώσκουσι cognoſcentibus. Deut. 28. v. 57. Ἐν τῇ θλίψει (*dat. ſing.*) ᾗ θλίψει (3. *ſingul. fut.* 1. *act. indic.*) σε ὁ ἐχθρός σου, πείσομαι perſuadebo *&* πείσομαι patiar. Johan. 17. v. 6. Σοὶ ἦσαν *utrùm hic* σοὶ *ſit dativus à* σὺ *vel num. plural. à* σός. *Hebræi dicunt* לְךָ הָיוּ. *Sic* Rom. 12. Ἐμοὶ ἡ ἐκδίκησις pro ἐμὴ ἡ ἐκδίκησις. *Hebraiſmus idem*, ἡ πόσις, εως *potio*, *&* ὁ πόσις, ιος *maritus*; μὴν *tamen &* μὴν, νὸς, *menſis.*

Sæpe utrolibet modo tempora, quæ coincidere dicuntur, accipere licet. *Verbi gratiâ, perinde eſt utrum dicas* εἴπω *eſſe Aoriſt.* 1. *Act. vel Aoriſt.* 2. *Act.* *Subjunct.* Johann. 11. v. 10. ἀποκλείνωσιν *utrùm ſit*, *Aoriſt.* 1. *Act. Subjunct. vel Præſ. Act. Subjunct.* γέγραφα *utrùm ſit Præteriti activi vel medii.*

Nonnunquam diſtinguit ſignificatio, *ut* ἔστησαν *ſtitérunt*, Actorum 1. ℣. 23. *&* ἔστησαν *ſtetérunt*, Lucæ 17. ℣. 12. *quorum illud eſſe Aoriſt.* 1. *Activ. hoc verò Aoriſt.* 2. *Activ. oſtendit ſignificatio. Sic* τρυγητὸς οῦ ὁ *vindemia, fructuum collectio,* τρύγητος ου ὁ *verò tempus vindemiæ. At* ἀμητὸς οῦ ὁ *meſſis tempus*, *&* ἄμητος ου ὁ *meſſis.*

Sæpe

Sæpe genus *diſtinguit, ut* ἅλς ἁλὸς ὁ *ſal,* ἅλς ἁλὸς ἡ *mare,* βάτος ου ἡ *rubus,* βάτος ου ὁ *menſura liquidorum.* Vocalis, *ut* νῶτος ου ὁ *dorſum,* νότος ου ὁ *notus, ventus,* conſona, νόθος ου ὁ *ſpurius, &c.*

138. Ex accentu quoque quantitas ſyllabæ perſæpe cognoſcitur. *V. g. omnia nomina in* ίτης *(non verbalia) habent penultimam longam, ut* πολίτης ου ὁ *civis, in plural. num.* πολῖται ῶν οἱ *cives,* Luc. 19. v. 14. *in fœminin. gener.* πολῖτις ιδος ἡ *civis fœmina. Sic* νεάν ᾶνος ὁ *juvenis,* νεᾶνις ιδος ἡ *juvencula.* Ergo α *in* νεανίας *&* νεανίσκος *eſt longum.* Similî rem explicabo. Geneſ. 27. v. 11. Ἐγὼ δὲ ἀνὴρ λεῖος, *ego verò ſum vir lévis. Hîc Latinè, diſcriminis cauſâ, dicendum & ſcribendum eſt* lévis *non* levís. *Nam* lévis *prima longa* glat / levis *verò prima brevi* leicht. Λεῖος lévis *vitioſè vulgò ſcribitur* lævis. *Nam* ει *in lingua Græca non mutatur in æ ſed in e vel i longum, ut* πολιτεία polițía, Μουσεῖον muſéum. *Lævus verò per æ à Græca* λαιὸς *idem eſt quod ſiniſter.*

139. Ex origine plurimarum vocum tam orthographia, quàm proſodia ſponte emergit, primoque intuitu dignoſci poteſt. *V. g. ſcribendum eſſe* κίνδυνος periculum, *compoſitio oſtendit. Sic n. dicitur q.* κινεῖν δυνάμενος *movere valens, vel q.* κινῶν ὀδύνας *ciens dolores. Sic* ῥᾴθυμος piger *ex* ῥᾴδιος *&* θυμὸς, *facilis ſeu diſſolutus animus. Sic dicimus* ἅυτη *q.* ἡ αὐτὴ hæc, τούτου *q.* τοῦ αὐτοῦ, οὗτοι *q.* οἱ αὐτοί. *Sic* θησαυρὸς παρὰ τὸ τεθῆναι εἰς ἄυριον. *Sic ſcribendum Latinè* cœmeterium *ex* κοιμητήριον *(non cum vulgo* cæmeterium*) hoc eſt cubile, vel dormitorium, prout eleganter per*

metaph,

metaph. ſepulcrétum Chriſtianorum *vocatur*, Eſ. 57. ℣. 6.

140. Dialectus quandoque tam ſpiritum, quàm accentum mutat, *ut* ὅμοιος *ſimilis. Atticè* ὁμοῖος. *Item* ἕτοιμος ἑτοῖμος *paratus*, γέλοιος γελοῖος *ridiculus.* Apocal. 6. ℣. 14. Ἐιλισσόμενος *pro* εἱλισσόμενος convolutus, *Æolicè. Æoles enim fugiunt aſpirationem. Quamvis hic diſſentiat editio Stephani & Plantiniana. Sic ſuperiores Germani dicunt* heiſchen / *ſed in inferiori Germania* eiſchen, *omiſſa litera* h. *Sic* Heb. 11. ℣. 21. Ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ *pro* αὑτοῦ, *qui Æoliſmus, ſeu quæ pronominis relativi* ἐναλλαγὴ *inprimis Græcis interpretibus, quos* LXX. *vocant, eſt admodum frequens. Sic Dores pro* γράψω *ſcribunt* γραψῶ.

141. Apoſtrophus quoque tenues literas mutat in aſpiratas, & accentum, aut tollit, aut revocat, aut relinquit, *ut* Actor. 9. v. 31. Καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, *per totam Iudæam. Hic* α *in* κατὰ *tollitur, &* τ *mutatur in* θ *propter ſequentem vocalem aſpiratam.* 1. Corinth. 15. ℣. 33. Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί, *corrumpunt bonos mores colloquia prava*, χρῆσθ' *pro* χρηστὰ, *ubi* τ *mutatur in* θ. *& accentus non tantùm revocatur in penultimam, ſed etiam mutatur, nempe gravis in circumflexum, quod tamen à nonnullis negatur. Sic* νύχθ' ὅλην tota nocte, *pro quo* Luc. 5. ℣. 5. Δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, per totam noctem, *ubi accentus in* υ *manet*, πόλλ' ἔχω *multa habeo*, ἅπαντα τῷ πλούτῳ ἔσθ' ὑπήκοα, *omnia divitiis obtemperant*, δεῖν' ἔπαθον *gravia paſſus ſum, pro* δεινά. *Vides, cùm vocalis acuto accentu notata per* ἀπόστροφον *abjicitur, in* dictionibus inde-

indeclinabilibus accentum *unà cum vocali* abjici; *in* declinabilibus *autem* accentum *vel* relinqui *loco ſuo*, *vel* transferri *ad ſyllabam præcedentem*.

142. *Sed hic obiter moneo* Apoſtrophum *perſæpe non eſſe, ubi eſſe poſſit, idque more Ionum. Vt*, Lucæ 15. v. 6. Ἐπὶ ἑνὶ *pro* ἐφ᾽ ἑνί. Rom. 2. v. 2. Κατὰ ἀλήθειαν. Rom. 3. v. 5. Κατὰ ἄνθρωπον λέγω. Joh. 5. Κατὰ ἑορτὴν *pro* καθ᾽ ἑορτήν. Rom. 14. v. 15. οὐκ ἔτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς, *non jam ſecundùm charitatem incedis*, Rom. 16. v. 25. & Galat. 2. v. 2. Κατὰ (*pro* κατ᾽) ἀποκάλυψιν *ex revelatione*.

Hactenus de Encliticarum dictionum accentibus *fusè dixi. Ne tamen aliquis tiro, tot regularum congerie abſterritus, hanc de Accentibus inſtitutionem declinet, ad tres regulas ſequentes ferme omnia de dictionibus encliticis ſum contracturus.*

REGULA I.

DIctio enclitica qualiſcunque poſt vocabulum παροξύτονον & προπερισπώμενον reponit *ſeu transfert* accentum ſuum, *ut*, Johann. 21. v. 7. Ὁ Κύριός ἐστι, DOMINIUS eſt. Johan. 20. v. 1. Τὸν Κύριόν μου, (*abſtulerunt*) *Dominum meum*. Matthæi 11. v. 29. Πρᾶός εἰμι, *mitis ſum*. Actor. 7. v. 59. Πνεῦμά μου, *Spiritus meus*.

REGULA II.

POſt vocabulum ὀξύτονον & περισπώμενον amittit accentum ſuum, *ut* Matthæi 28. v. 20. Μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι, *vobiſcum ſum*. Actor. 16. v. 9. Ἀνήρ τις, *vir qui-*

vir quidam, Johann. 21. v. 16. Ἀγαπᾷς με; *an diligis me?*

REGULA III.

POſt vocabulum penacutum *ſeu* παροξύτονον dictio enclitica monoſyllaba amittit accentum, diſſyllaba verò ſuum retinet, *ut*, Rom. 14. v. 23. Πᾶν ὃ οὐκ ἐκ πίστεως ἁμαρτία ἐστί. *Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt*, Rom. 1. v. 11. Ἵνα τι μεταδῶ, *ut quid impertiar. Hîc* τι *amittit accentum ſuum poſt vocem penacutam.*

APPENDIX VI.

De PRAXI GRAMMATICÆ.

LECTORI S. P.

GRammaticæ *Analyſes* in tribus Linguis, nempe *Latina*, *Græca* & *Hebræa*, (quæ cruci CHRISTI non abs re fuerunt præfixæ) in Scholis Chriſtianis omnibus vigere debent, eoque fine diſcentes ſingularem habeant libellum, in quo pro ſuo ſinguli captu *Lectionem* domi Grammaticè retexant, annotent, quam *Analyſin*, à ſe utcunque ſcriptam, ſuo oſtendant Magiſtro. Quantum hinc proficere poſſint, ipſa me docuit experientia.

rientia. Quoties hæſitaverint, ſolam vocem ſcribant, relictô ſpatiô, cujus deinde *Analyſin* in Lectione publica audire & adſcribere queunt. Quod ſi Ludimoderator vocem iſtam relinquat intactam, diſcentes liberè, ſub finem horæ, aut in ipſa Lectione, vocis illius ἀνάλυσιν clara voce, (cum debita reverentia, & honoris præfatione) rogent, idque audientibûs omnibûs condiſcipulîs. Idem faciant, ſi quæ obſcuriùs à docente fuerint propoſita. Παῤῥησία hæc fidelibus Præceptoribus tam grata eſt, quàm ipſis diſcentibus utilis. Valete.

I. *Exemplum* Ἀναλύσεως *in proſa.*

1. Tim. 1. ℣. 15.

Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος,
Certus hic ſermo, & omni rcceptatione dignus,
ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς
Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatores
σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ.
ſervatum, quorum primus ſum ego.

℣. 16.

Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ
Sed propter hoc miſertus eſt mei, ut in me primo
ἐνδείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν,
oſtenderet Jeſus Chriſtus omnem clementiam,
πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς
in exemplar crediturorum in ipſum ad
ζωὴν αἰώνιον.
vitam æternam.

℣. 17.

Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοράτῳ,
Porrò regi ſeculorum immortali, inviſibili
μόνῳ σοφῷ Θεῷ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας
ſoli ſapienti Deo ſit honor & gloria in ſecula
τῶν αἰώνων. Ἀμήν.
ſeculorum. Amen.

Analyſis Grammatica.

1. Πιστὸς *fide dignus*, *certus*, *fidelis*. Nomen Adjectiv. Gener. Maſcul. tert. ſimpl. πιστότατος, *ſummæ autoritatis*. Æſch. πιστὸς ἑταῖρος, *fidus ſocius*. Videtur dici πιστὸς pro πειστὸς à πείθω *perſuadeo*, tert. barytonorum. In Novo Teſtamento ponitur etiam pro *credente*, 1. Timoth. 4. v. 3. Ἄπιστος *alienus à fide Chriſtiana*. 1. Corinth. 6. v. 6. Notanda hîc *Regula*:

Omnia verbalia in τὸς *ſunt* ὀξύτονα, *& paſſivè accipiuntur*. Πιστὸς eſt *creditus*, item *credibilis*. At, ut modò dictum eſt, in Novo Teſtamento ponitur etiam pro *credente*.

2. Sic (ut ſimilî exemplô declaremus) διδακτὸς vertitur *doctus*, item *docilis*, διδακτικὸς *aptus ad docendum*. Regula:

3. *Verbalia in* τὸς *accipiuntur paſſivè*, *ſed ab iis orta in* ικὸς *activè*. Item omnia iſta orta in ικὸς ſunt ὀξύτονα.

Tria ergo in iis ſunt notanda. 1. Quòd deſinentia in τὸς & ικὸς ſint ὀξύτονα. 2. Quòd deſinentia in τὸς accipiantur *paſſivè*, in ικὸς verò *activè*. 3. Quòd deſinentia

ſinentia in ικὸς, ut plurimùm deriventur ab Adject. verbalibus in τὸς. Ut plurimùm dico, quia etiam aliunde derivantur, ut γραμματικὸς aptus ad interpretandas literas, quod eſt à γράμμα litera, &c. Hîc unum bis dicimus propter diſcentes, ne fortè ſeverus ariſtarchus nos accuſet τῆς παλιλλογίας.

4. Ὁ eſt Articulus præpoſitivus, de quo vide libr. 1. hujus Grammaticæ, cap. 3.

5. Λόγος *ſermo*, eſt nomen Subſtantiv. verbale Gener. Maſc. penacutum. Vide lib. 3. append. 5. num. 95. Thema eſt λέγω *dico*, 2. barytonorum. Fut. λέξω. Præt. act. λέλεχα. Præt. paſſiv. λέλεγμαι. Præt. med. λέλογα, unde eſt λόγος *ſermo*, &, per *metonymiam effecti*, *ratio*. A ratione eſt oratio. Verbalia illa ſunt penacuta: Sed in η deſinentia (quamvis ſint ejuſdem ſtirpis) ſunt ὀξύτονα. Vide libr. 3. append. 5. num. 95. 98.

6. Καὶ conjunctio copulativa. Hîc copulat duos nominativos.

7. Πάσης eſt nomen, Genitivi caſ. gener. fœm. ſecund. ſimplic. à nominativo πᾶσα. Πᾶς πᾶσα πᾶν, *omnis, e.*

8. Ἀποδοχῆς nomen Subſtant. caſ. gener. fœm. ab ἀποδοχὴ ῆς ἡ, *acceptatio, laus, commendatio, ab ἀποδέχομαι recipio.* Verbum Compoſitum ex ἀπὸ & δέχομαι *capio*, δοχὴ ῆς ἡ *convivium*, quòd eo excipiantur invitati. Luc. 14. v. 13. Formantur à præteritis mediis inuſitatis δέδοχα, ἀποδέδοχα. Sic διαφορὰ *differentia* formatur à præterito medio inuſitato διαπέφορα.

9. Ἄξιος *dignus*. Nomen Adjectiv. in fœmin. gene. ἀξία, in neutr. gener. ἄξιον, ab ἄγω *æſtimo*. ἀνάξιος *indignus*. *Plato* de Rep. ἄγω ὑμᾶς ἐν ἴσῃ τιμῇ, vos pari honore dignos æſtimo. Hinc eſt verbum ἀξιόω *dignum eſſe cenſeo*, ἀξίωμα *dignitas*, *amplitudo*. Ἀξίωμα apud Dialecticos *enuntiatum*, *effatum fide dignum*. Quum enim ſententia eſt dubia, fit quæſtio, & tum invenitur argumentum tertium ad illam quæſtionem demonſtrandam.

10. Ὅτι hîc eſt ἄσημον, nihil ſignificat ſed redundat, quod interpretes, non annotarunt. Vide libr. 3. Append. 4. num. 49. Cæteroquin ὅτι eſt conjunctio cauſalis.

11. Χριστὸς Chriſtus, nomen verbale in τὸς à χρίω *ungo*. Fut. Χρίσω. Præter. activ. Κέχρικα. Præter. Paſſiv. Κέχρισμαι *unctus fui*, unde eſt χρίσμα *unguentum*. In ſecund. Perſon. κέχρισαι, unde eſt χρίσις *unctio*. In tert. Perſ. κέχρισαι, unde eſt χριστὸς *unctus*. Idem quod κεχρισμένος, Hebr. מָשִׁיחַ, Μεσσίας.

12. Ἰησοῦς JESUS, *ſervator*, *ſalvator*, nomen proprium SERVATORIS, origine Hebræum. Vide Lexicon Novi Teſtamenti, & ſupra libr. 1. cap. 9. § 10.

13. Ἦλθεν verbum tert. ſingul. Aoriſt. 2. act. ab ἔρχομαι *venio*. Vide libr. 3. append. 3.

14. Εἰς *in*, præpoſitio quæ ſervit ſoli accuſativo. Vide ſuprà libr. 2. cap. 18. §. 7.

15. Τὸν eſt articulus præpoſ. accuſat. caſus ab ὁ. Vide paulò ante.

16. Κόσμον,

16. Κόσμον, nomen Accuſat. ſingul. à κόσμος ὁ *mundus*, à κοσμέω *orno*, vel à κάζω *orno* quaſi κοσμὸς *ornatus*.

17. Ἁμαρτωλοὺς Accuſat. plural. ab ἁμαρτωλὸς ὁ ἡ, *peccator*. Thema eſt ἁμαρτάνω *pecco*. Vide Lexicon Novi Teſtamenti.

18. Σῶσαι verbum Aoriſt. 1. Act. Infin. à σώζω, pro τοῦ σῶσαι ἕνεκα. Thema eſt σάος, contractè σῶς, *ſalvus*, unde eſt σώζω *ſervo*. Futur. Σώσω. Præt. Act. Σέσωκα. Vide ſupra libr. 2. cap. 12. §. 7.

19. Ὧν *quorum*, articulus poſtpoſit. genit. plur. ab ὅς ἥ ὅ. Vide ſuprà libr. 1. cap. 4. §. 6.

20. Πρῶτος *primus*, nomen Adject. Superlativi gradus à πρό. Vide ſuprà libr. 1. cap. 10. §. 12.

21. Εἰμὶ verbum Subſtantivum prim. ſing. vox enclitica, reponit accentum in ultimam præcedentis vocis. Vide libr. 2. cap. 21. §. 1. & libr. 3. Append. 5. §. 12.

22. Ἐγὼ pronomen primæ perſonæ gen. omn. Vide libr. 1. cap. 12. §. 3.

23. Ἀλλὰ *ſed*, conjunctio diſcretiva: Differt accentu à nomine ἄλλα *alia*.

24. Διὰ *propter*, præpoſitio. Vide lib. 2. cap. 18. §. 9. Cum Genitivo valet *per*, cum Accuſativo *propter*.

25. Τοῦτο eſt pronomen gener. neutr. ab οὗτος *hic*. Vide libr. 1. cap. 12. §. 8.

26. Ἠλεήθην *miſericordia mihi obtigit*, vel *miſericordiam conſequutus fui*. Latini una voce non poſſunt reddere. Eſt Aoriſt. 1. Paſſiv. Indicativi, primæ

ſingul. ab ἐλεέω ῶ *miſereor*, ἐλεέομαι ῦμαι *miſericordiâ donor, dignor.* Futur. Activ. ἐλεήσω. Præterit. Activ. ἠλέηκα. Præterit. Paſſiv. ἠλέημαι. Aoriſt. I. Paſſiv. ἠλεήθην. Futur. I. Paſſiv. ἐλεηθήσομαι. Thema eſt ἔλεος *miſericordia*, duarum declinat. Vide libr. I. cap. 9. §. 9.

27. ἵνα *ut*, Conjunctio cauſalis regit Subjunct. rarò Indicat.

28. Ἐν *in*, Præpoſitio quæ ſervit ſoli *Dativo*, & indicat quietem.

29. Ἐμοὶ, eſt Pronomen Dativi ſingul. ab ἐγὼ. Vide §. 22.

30. Πρώτῳ. Nomen Adjectiv. Dativi ſingular. à πρῶτος *primus*. Vide ſuprà §. 20.

31. Ἐνδείξηται, eſt verbum med. tert. ſingular. Aoriſtus primus Subjunctiv. ab ἐνδείκνυμι oſtendo. Futur. ἐνδείξω. Præterit. ἐνδέδειχα. Vide libr. I. cap. 20.

32. Ἰησοῦς Χριστὸς. Vide ſuprà §. 11. 12.

33. Τὴν, Articulus Præpoſitiv. gener. fœmin. ab ἡ.

34. Πᾶσαν. Nomen Adject. gener. fœm. accuſativi ſingul. à πᾶς πᾶσα πᾶν, omnis e.

35. Μακροθυμίαν, *iræ cohibitionem, clementiam &c.* Nomen Subſtant. gener. fœmin. accuſativi ſingul. ortum à μακρόθυμος ὁ ἡ *longanimus.* Compoſitum ex μακρὸς *longus*, & θυμὸς *animus.* Hebr. אֶרֶךְ אַפַּיִם μακρὸς ὰ ὸν *longus*, à μᾶκος εος τὸ Doricè pro μῆκος *longitudo.* Θυμὸς ῦ ὁ *ira, animus, impetus*

tus, à θύω *impetu feror*. Futur. θύσω. Præter. τέθυκα. Præter. paſſiv. τέθυμαι, unde eſt θυμὸς. Μακροθυμέω, ſum animo patiente.

36. Πρὸς *ad*, Præpoſitio ſerviens Genitivo & Accuſativo. Vide libr. 2. cap. 18. §. 14.

37. Υ'ποτύπωσιν, *exemplar*. Nomen Subſtantiv. Accuſat. ſingul. gener. fœmin. ab ὑποτύπωσις εως ἡ, ſecundæ conttactorum, nomen verbale ab ὑποτυπόω *delineo*. Radix τύπτω.

31. Τῶν. Articulus Præpoſitiv. Genit. plural. ab ὁ.

39. Μελλόντων, eſt Particip. generis maſculin. Genitivi pluralis à ſingular. μέλλων μέλλουσα μέλλον, *futurus*, à μέλλω. Futur. μελλήσω. Pro μελλόντων πιστεύειν, legimus, Johann. 17. v. 20. Τῶν πιστευσόντων.

40. Πιστεύειν, eſt verbum Infinit. Præſens Activi, à πιστεύω *credo*. Futur. πιστεύσω. Præterit. πεπίστευκα, à πίστις εως ἡ *fides*. Vide ſuprà §. 1.

41. 'Επ', per apoſtrophum pro ἐπὶ, præpoſitio. Vide libr. 2. cap. 18. §. 17.

42. Α'υτῷ, Pronomen Dativi ſingular. gener. maſcul. ab ἀυτὸς ἡ ὸ *ipſe*.

43. 'Εις *in*, Præpoſitio, ſervit Accuſativo.

44. Ζωὴν *vitam*, Nomen Subſtantiv. Accuſativi ſingularis, à ζωὴ ῆς ἡ *vita*, quod à ζωὸς ἡ ὸν *vivus a um*. Hinc ζῶον *animal*, ubi differentiæ cauſâ accentus retrahitur, in ζωὴ *vita*, verò manet. Thema eſt ζάω ῶ *vivo*.

45. Αἰώνιον *æternam.* Nomen Adjectiv. gener. com. accuſat. ſing. ab αἰώνι☉ ὁ ἡ *æternus a.* in fœm. gener. flectitur etiam αἰωνία, Hebr. 9. v. 12. Thema eſt αἰὼν ῶν☉ ὁ *ævum.*

46. Τῷ Articulus Dativ. ſingul. gener. maſcul. ab ὁ.

47. Δὲ *porrò*, quaſi dicat Apoſtolus, ſed, quod reſtat, & quod præcipuum eſt, celebremus Dei miſericordiam eique agamus gratias. Δὲ alioquin valet *verò*, *autem*, &c. Vide Lexicon.

48. Μόνῳ *ſoli.* Nomen Adjectiv. Dativ. ſingul. à μόν☉ η ον, *ſolus a um.* Accentum habet in prima, ut diſtinguatur μονὴ *manſio*, à μόνη *ſola*, &c.

49. Σοφῷ *ſapienti.* Nomen Adject. Dativ. ſing. à σοφὸς ἡ ὸν, *ſapiens.* Affine eſt Hebræum צֹפֶה *ſpeculans*, *obſervans.* Ezech. 3. v. 17. Solus Deus dicitur *ſapiens* (ne hæc quæ ad ædificationem faciunt, prætercam) nempe *eſſentialiter*, *immutabiliter*, *infinitè*, *æternè*, & *ſibi ſufficienter* ſive *independenter*, &c.

50. Θεῷ nomen Subſtant. gener. maſcul. dativi ſingul. à Θεὸς *Deus.* Dicitur verò θεὸς quaſi θεὶς τὰ πάντα, *qui poſuit*, *qui fecit omnia*, à θέω obſoleto, pro quo nunc uſitatum eſt τίθημι *pono*, *facio.*

51. Τιμὴ *honor*, nomen Subſtant. gener. fœm. à τίω *æſtimo*, *honoro.* Fut. τίσω. Præt. τέτικα. Præt. paſſiv. τέτιμαι, unde τιμή.

Καὶ. Vide ſuprà §. 6.

52. Δόξα eſt nomen Subſtantiv. gener. fœmin. *gloria*, *opinio*, ſed in Novo Teſtamento in priori

ſignifi-

ſignificatione accipitur, à δοκέω ῶ, quod inter alia ſignificat *valeo autoritate.* Fut. δόξω. Præt. δέδοχα, ἄχρηστον. Præt. Paſſiv. δέδογμαι, unde eſt δόγμα τος τὸ *edictum.* Luc. 2. v. 1. Εἰς. Vide ſuprà §. 43.

53. Τοὺς articulus præpoſitivus accuſat. plural. ab ὁ.

54. Αἰῶνας *ſecula*, nomen Subſtantiv. accuſat. plural. ab αἰὼν ῶνος ὁ *ævum.* Αἰὼν quaſi ἀεὶ ὢν *ſemper ens*, hoc eſt, diu durans. Solus enim Deus ſemper fuit, eſt & erit.

55. Τῶν. Vide ſuprà.

56. Αἰώνων *ſeculorum*, nomen Subſtant. genit. plur. ab αἰὼν ῶνος ὁ *ævum, ſeculum*, vide vocem 45. Eſt Hebraiſmus, *in ſecula ſeculorum*, hoc eſt, in omnem æternitatem.

II. *Exemplum* ἀναλύσεως *in Carmine, ex Gregorio Nazianzeno.*

Θυμὲ βλέψον ἄνω, χθονίων δὲ ἐπιλήθεο πάντων,
Anime reſpice ſurſum, terrenorũ verò obliviſcere omnium,
Μηδέ σε νικήσῃ πρὸς κακότητα δέμας.
Neque te vincat ad malitiam caro.
Τυτθὸς μὲν βίος οὗτος, ᾧ ὄλβιος ὡς ἐν ὀνείρῳ
Parva quidem vita hac, qua locuples ceu in ſomnio
Τέρπεται: Ἀλλοίῃ δ' ἄλλος ἔκυρσε τύχῃ.
Fruitur: In aliam verò alius incidit fortunam.
Μούνης δὲ ζωῆς καθαρῆς βίος ἔμπεδος αἰεὶ,
Solius verò vitæ puræ vita conſtans ſemper,
Καὶ πολὺς, ὃν ζώειν ἐστὶν ἀρειότερον.
Et potior, quam vivere eſt longè melius.

Idem

Idem Alibi.

Ἄλλοι μὲν χρυσὸν, οἱ δ' ἄργυρον, οἱ δὲ τράπεζαν
Alii quidem aurum, alii argentum, alii verò menſam
Τιμῶσιν λιπαρὴν, παίγνια τοῦδε βίου.
In pretio habent lautam, quæ ſunt ludibria hujus vitæ.
Ἄλλοι δ' αὖ σηρῶν καλὰ νήματα, καὶ γέας ἄλλοι
Alii contrà ſerica præclara fila, & terras alii
Πυροφόρους, ἄλλοι τετραπόδων ἀγέλας.
Quæ proferunt triticum, alii quadrupedum greges.
Αὐτὰρ ἐμοὶ Χριστὸς πλοῦτος μέγας, ὃν ποτ' ἴδοιμι
Sed mihi Chriſtus opulentia magna, quē aliquando videbo
Νῷ γυμνῷ καθαρῶς, τἄλλα δὲ κόσμος ἔχοι.
Mente nuda purè, cætera verò mundus habeat.

Analyſis Grammatica.

57. Θυμὲ, eſt nomen Vocativi ſingul. à θυμὸς *animus*. Thema θύω impetu feror. Ultima habetur pro longa ob ſeqq. duas conſonantes. Vide ſuprà §. 35.

58. Βλέψον, eſt verbum Aoriſt. 1. act. imperat. à βλέπω *video*. Eſt 1. barytonorum. Futur. βλέψω. Præter. βέβλεφα.

59. Ἄνω, *adverbium* loci, *ſurſum*.

60. Χθονίων, ſcilicet πραγμάτων, *terreſtrium rerum*. Χθονίων, eſt nomen Adjectiv. genit. plural. à χθόνιος *terreſtris*, χθονία, χθόνιον. Thema eſt χθὼν ονὸς ἡ *terra*.

61. Δ', per apoſtrophum pro δὲ *verò*, conjunctio. Vide ſuprà §. 47.

62. Ἐπλήθεο,

62. Ἐπιλήθεο, Verbum Med. Præſ. Impetativ. Jonicè pro ἐπιλήθου, ab ἐπιλήθομαι *obliviſcor*, pro quo verbo in proſa uſitatum eſt ἐπιλανθάνομαι. verbum ſimplex vide libr. 3. append. 3.

63. Πάντων omnium. Nomen Adjectiv. genit. plur. gener. neutr. à πᾶς πᾶσα πᾶν, *omnis e*. Genit. παντὸς, πάσης, παντός. Accentus ratio redditur ſuprà libr. 3. append. 5. §. 6. Ἅπας idem, quaſi dicas ἅμα πᾶς. Latini *cunctus*, quaſi *conjunctus*. Sic ξύμπας ex σὺν vel ξύν. Νῦ mutatur in μῦ. Vide lib. 1. cap. 1. §. 21.

64. Μηδὲ *neque*, vel μὴ δὲ *deinde ne*, δὲ enim quandoque ponitur pro *deinde*, *porrò*. Vide ſuprà §. 47.

65. Σὲ *te*, pronomen 2. Perſ. accuſat. ſingul. à σὺ *tu*. Amittit hîc accentum, quia eſt dictio enclitica. Vide libr. 3. append. 5. §.

66. Νικήσῃ *vincat*, verbum tert. ſingularis Aoriſti primi Activ. Subjunctivi, à νικάω, *vinco*. Futur. νικήσω. Præterit. νενίκηκα. Aoriſt. prim. ἐνίκησα. *Plutarchus* tradit νικᾷν dici παρὰ τὸ μὴ ἔικειν, *à non cedendo*. Hinc oritur νῖκος εος τὸ, & νίκη ης ἡ, *victoria*.

67. Πρὸς. Vide ſuprà §. 36.

68. Κακότητα, nomen Subſtant. accuſat. ſingul. à κακότης ητος ἡ, quintæ ſimplic. *malitia*, *pravitas*, *peccatum*.

69. Δέμας, *corpus*, *caro*, nomen ἄκλιτον, dictum (ut tradit *Euſtathius*) quaſi δῶμα ψυχῆς, *domicilium animæ*.

70. Τυτθὸς,

70. Τυτθὸς *parvulus*, nomen Adject. gen. maſc. affinitatem habet, cum Græca voce τίτθος ꝋ ὁ *mamma*, quaſi ſit talis parvulus, qui adhuc pendeat ab uberibus matris. Τυτθὸν βρέφος, quod ſit adhuc quaſi ὑποτίτθιον.

71. Μὲν conjunctio diſcretiva.

72. Βίος ꝋ ὁ *vita*, Subſtantiv. gener. maſc. Sed βιὸς ꝋ ὁ *arcus*, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἔντασιν βίας, quia vî arcus intenditur. Sic quoque cum *vi vitæ* vox cognationem habet.

73. Οὗτος, eſt pronomen demonſtrativum, compoſitum ex ὁ αὐτὸς, prout manifeſtè oſtendit declinatio per omnes caſus. Sed de hoc pronomine vide libr. 1. cap. 12. §. 8.

74. ᾧ *qua*. Articulus poſtpoſit. Dativ. ſingul. gener. maſcul. ab ὃς ἣ ὃ.

